

2
6
522







# ANASTASII SINAITÆ, PATRIARCHÆ ANTIOCHENI ὉΔΗΓΟ͂Σ, SEV DVX VIÆ, ADVERSVS ACEPHALOS.

*Nunc primùm*

Ex Bibliotheca inclytæ Reipublicæ AVGVSTANÆ græcè & latinè editus.

*Studio & opera*

*JACOBI GRETSERI SOCIETATIS IESV THEOLOGI.*

AD

MARCVM VELSERVM REIP. AVGVST. II.VIRVM AMPLISSIMVM.

*Accesserunt*

*Quadraginta duo opuscula* THEODORI ABVCARAE, *Episcopi Cariæ, contra varios Infideles, Seuerianos, Nestorianos, Iudæos & Mahometanos.*

Ex Bibliotheca Serenissimi vtriusque Bauariæ Ducis, &c. MAXIMILIANI, &c.

*AD*

ANTONIVM VELSERVM, CATHEDRALIS ECCLESIAE FRISINGENSIS CANONICVM.

*Cum gratia & priuilegio Cæsareæ Maiest.*

INGOLSTADII, Ex Typographeo ADAMI SARTORII.

*ANNO DOMINI M.DCVI.*

# ANASTASIVS E GRÆCO
## IN LATINVM VERSVS.

*HActenus Argiuæ iaciebam fulmina linguæ,*
*Hæresis Argiuos cùm violasset auos:*
*Nunc etiam voces didici formare* LATINAS,
*Impietas Latio dum rotat ora sono.*
*Si noua lingua meo semper discenda libello,*
*Crimina cùm linguas addidicêre nouas,*
*Parcite iam plures mala secula discere linguas,*
*Pœnituit linguas me didicisse duas.*

# MARCO VELSERO, REIPVBLICÆ AVGVSTANÆ II.VIRO AMPLISSIMO

## *IACOBVS GRETSERVS SOCIETATIS IESV.*

VENIT tandem, *Nobilissime Marce, Anastasius* Sinaita. Tuus an meus? Si serius; ignosces: Longum iter est à monte Sinai ad has nostras oras, neque vnius, sed plurium mensium; neque tibi, tuæque bibliothecæ sese sistere voluit Anastasius, nisi iam Latinè, si non eleganter, certè fideliter, in hoc suo nostroque ὁδηγῷ loqui doctus. Quod vt consequeretur, mora temporis nō modica opus fuit; præsertim, cùm in eum

latinæ linguæ magiſtrum incidiſſet; quem aliæ occupationes ita diſtinent; vt horas dũtaxat exceptas, & quaſi furtiuas Græcis latinitate imbuendis impendere queat. Nunc igitur Romāna verba formare, & ſonare peritus Anaſtaſius, *Auguſtam* ad te lętus proficiſcitur, tuumq́; nomen ipſa in fronte præſcriptum gerit, vt palàm teſtetur, cui ſacer ſit ac deuotus, & qua clientela fretus in publicum procedat, certiſsimus, ſe vniuerſo eruditorum choro, vel hac de cauſſa gratum acceptumq́ue fore; quòd clariſsimo nomine tuo inſignitus venit. Quis enim in Germania noſtra, Belgio, Italia, Gallia, & alibi, qui Muſis & literis non modò amœnioribus, & hilarioribus, ſed & ſeuerioribus illis litet, cui VELSERVS vel ex propriis monumẽtis; vel ex aliorum relatione; celebriq́ue fama; vel etiam ex vltro citroq́ue

troq́ue miſsis epiſtolis non ſit cogni-
tiſsimus?

In Origene Adamantio tria com-
mendat Euſebius: Primum, quòd Græ-
corum Philoſophi, (& in his Chriſtia-
norum hoſtis, & inſectator acerrimus
Porphyrius) licet à vera religione alie-
ni, incredibili Origenis eruditione
commoti, eiuſdem crebram mentio-
nem libris ſuis inſperſerunt; eo fine, vt
lucubrationes ſuas illuſtri hoc ſole il-
luſtrarent. Secundum; quòd nonnul-
li aliquando libros abs ſe elaboratos ei
dedicarunt. Tertium, quòd interdum
vigilias ſuas eidem, tanquam iudici,
arbitro, & doctori cenſendas, emendã-
das poliendaſq́ue ſubiecerunt. Hæc
triplex Origenis laus non minus in te,
niſi me fallit animus competit. Quàm
frequẽs enim nominis & doctrinæ tuæ
cõmemoratio & prædicatio in eorum

*Euſeb. lib. 6. Hiſt. Eccleſ. cap. 13.*

 com-

commentariis, qui hoc tempore in ſe-
natu litterario vel prima ſubſellia, vel
à primis proxima; vel ſaltem non infi-
ma tenent; quorum aliqui paulò plus,
ſi tamen plus, in pietatis ſinceræ ſenſu
guſtuque tecum conſentiunt; ac cum
Origene Porphyrius, & reliqua à le-
gitimo Dei cultu abhorrens Philoſo-
phorum caterua. Nimirum hæc ſoli-
dę eruditionis natura eſt; & hic genius;
vt in ſui amorem, & admirationem fa-
cilè quoſuis rapiat, præſertim ſi, vt in
te, cum morum humanitate & affabi-
litate copuletur; generiſque ſplendo-
re, & functionis in Republica admini-
ſtranda amplitudine exornetur. Iam
verò, ſi libri olim Origeni à Philoſo-
phis nuncupati inſcriptique, compa-
rarentur cum illis, qui tibi ſacri & di-
cati, in Muſarum Memoriæque, vt ſic
loquar, templo; ſuſpenſi viſuntur; for-

ſan

ſan paucitas illorum præ horum multitudine non iniuriâ nobis vileſceret. Noui inſuper non deeſſe viros omnibus diſciplinis egregiè excultos, quibus religio ſit publico ſe & cogitata ſua, ſi quæ in chartam retulerũt, committere; niſi prius ſuffragio, & grauiſſimo tuo iudicio ad audendũ erigãtur, & incitentur. Et qua alia ratione doctorũ hominum voluntates, & ſtudia adeò tibi deuincis, niſi indefeſſa illa de omnibus litterarum amantibus benè merendi alacritate, & inexſaturabili cupiditate; cuius ego ipſe tot iam annos fructum capio vberrimum; dum tua, imò & publica Inclytę Reipublicę veſtræ bibliotheca mihi non ſecus patet, atque tibi; dumque, ſi vel ex regionibus exteris liber arceſſendus ſit; nec operæ, nec impẽſæ parcis; vt voti compos fiam. Taceo vix tam intricatam

quæ-

quæstionem exstitisse, ex cuius tricis non euaserim, quando tê vindicem adhibui. Hæc igitur beneuolentia, qua aduersus me, aliosque, qui litteras tractant, vteris, omnium vicissim beneuolentiam & amorem tibi conciliat; eamque ob rem te, *dignum laude virum Musa vetat mori, cœloq; beat*; quia, vt idem Lyricus canit; *virtus & fauor & lingua potentium vatum diuitibus consecrat insulis.*

Magna quidem hæc, fateor; sed maiora illa; quæ & ego magis in te colo, suspicioque; pietatis erga Deum, cœlitesque singulare studium; prisce fidei ardens amor; in sacris Catholicis obeundis frequentia; veræ & ab æuo Apostolico ad hanc nostram vsque ætatem deductæ religionis publica, eaque non rara professio; eiusque quà tempora & mores sinunt; amplificandæ & propagandæ

gandæ incenſum deſiderium. Neque inficias eo; me etiam mirificè delectari mentis tuæ beneuolo & benefico in Societatem noſtram affectu; cuius ſi nullus in tanta largitate ad nos manaret ſenſus, haud temerè ſenſu deſtitutis accenſeremur; cui aliquantulum remunerando; En tibi Anaſtaſium. *Donarem pateras, donarem tripodas, præmia fortium Graiorum: neq; tu peßima munerũ Ferres, diuite me ſcilicet artiũ, quas aut Parrhaſius protulit aut Scopas; ſed non hæc mihi vis: non tibi talium res eſt, aut animus deliciarum egens. Gaudes carminibus* & libris; *carmina* & libros *poſſumus donare*, & reipſa itidem donamus. Tu non munus ſeorſim; ſed vnà cum offerentis animo; æſtima; nec ambigo, grande viſum iri; quod per ſe vix puncti inſtar habet. Vale. Ingolſtadij. III. Non. Martij. M. DCVI.

## *AD LECTOREM*

# DE ANASTASIO SINAITA.

PRIVS quàm hunc librum, amice lector, legis; paucula hæc de Anastasio, operisque argumento lege. Monasticam vitam primò professus est, in monte Sinai, vnde & Sinaitæ cognomentum accepit. Inde ad Episcopatum Antiochenum vocatus Anno Christi D L X I. Iustiniani Imperatoris Anno X X X V. eundem piè, sanctè, & fortiter administrauit vndecim annis, nempe vsque ad annum Christi D. L X X I I. & Iustini Iunioris Imperatoris septimum; quo ab eodem Iustino ex sede sua exterminatus, & in exilium actus est; in quo viginti tres, aut vt aliis placet, viginti quatuor annis vixit; videlicet ad annum vsque Redemptoris D. X C V. & Decimum Mauricij Imperatoris, qui exuli sedem & honorem Episcopalem reddidit. Migrauit ex hac vita anno salutis D. XCIX. Imperatoris Mauricij X I V. cuius anniuersariam memoriam colit Ecclesia X I. Kalen. Maij. Cùm sedisset annos sex inchoatos, postquam ad suam Ecclesiam reuerterat; vt notat Baronius. Successorem habuit eiusdem nominis Anastasium, qui anno Christi D C. I X. crudelissimè à tumultuantibus Iudæis interfectus est.

Multa scripsit noster Anastasius; Etiam Latinæ linguæ

guæ gnarus, nam librum Paſtoralem S. Gregorij Magni, cui familiari litterarum vſu coniunctus fuit, in Græcum ſermonem tranſtulit. Teſtis ipſe D. Gregorius lib. 10. epiſt. 22. Primùm, hunc ipſum librum, quem ὁδηγὸν inſcripſit; cuius mentio apud Nicephorum quoque lib. 18. cap. 44. Ratio inſcriptionis eſt; quia orthodoxis commentarium hunc, quaſi ducem ductoremque viæ cupiebat eſſe, ne in laqueos, & retia hæreticorum; præſertim eorum, qui Seuerum ſectabantur, inciderent. Nam totus liber nihil aliud continet, quàm inſtructionem & inſtitutionem, quo pacto fraudulentiſſimæ Seuerianorum technæ & fallaciæ vitari debeant. Et hinc itidem liquidò cognoſces, quàm impigrè & imperterritè Anaſtaſius cũ his monſtris, in Ægypto potiſſimùm, congreſſus fuerit: At quo tempore hunc ὁδηγὸν, (quem cum recentioribus quorundam librorum Epigraphis, rectè fortaſſe nominaueris; VADE MECVM, ſi minus ſcitè, attamen verè) elaborauit? Niſi me coniectura in errorem ducit; ante Epiſcopatum, cùm adhuc in Monte Sina Monachũ ageret. Cui probando non pauca argumenta ſuggeret lectori ipſa libri lectio; quæ breuitatis cauſſa ſilens prætereo.

Exſtant eiuſdem Anaſtaſij *in Hexaëmeron* libri XI. Errat enim Sixtus Senẽſis, qui opus hoc Anaſtaſio ſucceſſori huius noſtri Anaſtaſij tribuit. Potius credendum Glycæ, & aliis, qui nomine Sinaitæ citant. Habetur Græcè in bibliotheca Bauarica cod. 202. & cod. 241. II. *De rectis fidei Catholicæ dogmatibus* libri, ſeu orationes V. interprete Godefrido Tilmanno. Eaſdem olim latinitate donauit Franciſcus Turrianus. Sed verſio eius necdũ vidit lucem. Videbit aliquando cum Theodoro Presbytero Lauræ Raithu, cuius προπαρασκευὴν

 aduer-

aduerſus Hæreticos idẽ Turrianus latinitate donauit. III. Oratio *de ſacra Euchariſtia, & de non iudicando, deq́ʒ obliuione iniuriarum.* IV. Oratio *ſeu Homilia in ſextum Pſalmum,* cuius meminit Nicephorus lib. 18. Hiſt. Eccleſiaſt. ca. 44. Vtramque edidit Græcè & Latinè *D. Henricus Caniſius* Tomo III. Antiq. Lect.

A collectore Bibliothecæ SS. Patrum commemorantur hæc Anaſtaſiana inedita. Oratio *ad Antiochenos,* in ingreſſu ſuo ad Epiſcopatum ſcripta, de qua Nicephorus. Oratio *pacificatoria*, quam trigeſimotertio anno in ſedem ſuam reſtitutus habuit. de qua idem Nicephorus. *Ad interrogata monaſteriorum primæ, & ſecundæ Syriæ reſponſiones. Ad Antiochenos* συνταϰτήϱιον, ſeu, *de diſciplina. De conſtructione hominis libri duo. Contemplatio myſtica paſſionum Chriſti. Encomium Aegypti.* Quæſtio *aduerſus eos, qui in diuinis dicunt tres eſſentias.* Oratio *de Reſurrectione*, quam ſæpe citat Glycas. Nec eſt illa, quæ quintum librum de rectis fidei dogmatibus conficit, cùm loca, quæ Glycas citat, in ea non inueniantur. Oratio *de transfiguratione Domini.* Citatur aliquoties à Ioanne Cypariſſioto Decade VI. cap. 4. 5. 7. Eiuſdem orationem *in nouam Dominicã*, & *in Apoſtolum* Thomam, citat Damaſcenus oratione tertia de Imaginibus. In Concilio altero Nicæno Act. 4. mentio fit ſermonis *de Sabbato*, B. Patris Anaſtaſij ad Simeonem Epiſcopum Boſtrorum; & *epiſtolæ*, per quam reſpondet cuidam ad dubitationem quandam, ex qua expediri cupiebat. Sermonis *de Sabbato* meminit etiam Damaſcenus oratione tertia.

In codice Auguſtano, quem ſuprà laudaui, & in quo ὁδηγὸς ineſt, continetur etiam ſub Anaſtaſij Epiſcopi Theo-

Theopolitani,ſeu Antiocheni nomine ἐξήγησις περὶ τῶν ἐν Περσίδι πραχθέντων : *Relatio de rebus geſtis in Perſia*, nimirum de diſceptatione Chriſtianorum Præſulum cum Ethnicis,Græcis, & Iudæis,iudice Aphrodiaſino Regis Perſarum Archimagiro; cui etiam ſe Anaſtaſius interfuiſſe dicit; & quidem ſolum ex Romani Imperij Epiſcopis. Sed oratio illa olet neſcio quid fabularum, vt difficile creditu ſit ex Anaſtaſij noſtri officina prodiiſſe. Exſcribendum quidem Græcum contextum ex Auguſtano exemplari curaueram,& ad verſionem me accinxeram; ſed multitudine mendorum & fabularum offenſus, retuli pedem; neque vlli puto hanc διήγησιν fore peruiam,niſi emendatiorem,aut plures manuſcriptos codices acquirat.

Scripſit idem Anaſtaſius librum an libros? contra Ioannem Philoponum, qui pro Seueri ſecta & placitis vulgauerat librum decem capitulis comprehenſum, teſte Nicephoro lib.18. hiſt.Eccleſ. cap.47.quem indigitauerat διαιτητὴν, hoc eſt, *arbitrum* vel *iudicem*, in quo Philoponus Palęmonem quendam agebat;& partes diſcordantes in concordiam redigere volebat; irrito conatu,neq; enim hæreſes per hæreſes, erroresq; per errores ſedantur;quod & hoc tempore à nonnullis διαιτηταῖς tentatum vidimus,non maiore ſucceſſu.Hinc eundem librum etiam περὶ ἑνώσεως, *de vnione* inſcripſerat,teſte Nicephoro. Hunc librum cùm alij refutarunt; tum Anaſtaſius noſter; cuius lucubratio vtinam, ſi penitus non periit, ex tenebris in lucem educeretur; ex qua hoc fragmentum reperi inter Turriani aduerſaria; ipſo Turriano Interprete.

*διαιτητῶν.

*Anastasij Antiocheni ex iis quæ scripsit contra* arbitrum, siue iudicem, sic inscripsit Ioannes Grammaticus libros, quos pro hæresi Seueri composuit.*

*QVòd homo singularis non eſt vna natura, hoc enim exemplo sursum, & deorsum vsi sunt hæretici, sed duæ; & vnius naturæ dicitur homo propter vnitatem speciei. Et si homo, inquit, dicitur vnius naturæ, non tamen singularis, sed vniuersalis propter vnitatem speciei, & similitudinem* constitutionis, sumpto nomine naturæ pro communi specie, non eſt igitur vna natura animæ, & corporis; anima enim eſt rationis particeps, & intelligens, atque incorporea, corpus verò crassum, mortale, & sine ratione, quæ non sunt vnius naturæ secundum diuisionem substantiæ, ergo non eſt homo singularis vnius substantiæ, sed duarum. Et aliter, si omnis definitio declarat naturas subiectas definitioni, & homo eſt secundum definitionem animal rationale, mortale, non eſt autem idem secundum rationem naturæ rationale, quod mortale, non eſt igitur homo vnius naturæ secundum regulam propriæ definitionis. Quod si aliquando dicitur homo vnius naturæ, nomen naturæ sumitur pro specie, vt sit perinde, ac si dicatur, non differt homo ab homine secundum aliquam differentiam naturæ. Quin potius eodem modo naturaliter se inter se homines habent secundum rationem* constitutionis, ita vt omnes ad vnam definitionem reuocentur. neque hoc eſt paradoxum, siquidem omnia alia vniuersè, facta & creata, siue ratione vtentia, siue corporea quandoque vnius naturæ esse dicimus, quatenus facta sunt, vt distinguantur ab iis, quæ non sunt naturæ factæ, neque creatæ, vt præter cæteros alios doctores S. Athanasius in libro contra blasphemos in Spiritum sanctum, sic ait: Quod autem supra creaturam eſt Spiritus sanctus, & aliud quidem præter naturam creaturarum,*

*κατασκευῆς

*συστάσεως

pro-

*proprium autem diuinitatis, licet hinc perſpicere, & quæ ſequuntur. non eſt igitur vnius naturæ homo ſingularis & indiuiduus, ſed vnius quidē hypoſtaſis, duarum verò naturarum.*

Hæc ex Anaſtaſij opere contra Philoponum: qui, vt & alij, facilius è Seuerianorum ſophiſmatiis & obiectiunculis ſeſe expediuiſſent; ſi reſpondiſſent, hominem, etiam ſingularem & in indiuiduo ſpectatum, eſſe vnam integram, totalem, & adæquatam naturam, ex duabus partialibus & inadæquatis naturis; materia ſcilicet & forma; ſeu corpore & animo conſtitutam & coagmentatam; ex diuina autem & humana in Christo natura nequaquam, quaſi ex partibus vnam integram conflatam eſſe; cùm vtraque per ſe ſit perfecta natura; duæ autem per ſe perfectæ naturæ; quarum neutra ſit pars, à coniunctione cum alia parte vel partibus perfici apta; non poſſint vnam per ſe naturam efficere. Quam ſolutionem non ſemel in ὁδηγῷ ſuo adfert Anaſtaſius noſter.

Quamuis autem Nicephorus Philoponi διαιτητὴν nominet librum decem duntaxat capitulis conſtātem; attamen inter Turriani noſtri aduerſaria reperi magnum fragmentum, ex libro quarto τοῦ διαιτητοῦ ſeu *arbitri* Ioannis Philoponi; vt minimum διαιτητὴς ille quatuor libros videatur complexus. Hoc τοῦ διαιτητοῦ τμηµάτιον à Turriano latinè conuerſum edidiſſem hoc loco, velut omnium commodiſſimo, cùm luculenter Philoponus, Seueri ſectator, explicet, quid Seueriani de natura & hypoſtaſi ſentiant; ſed quod iam per temporis anguſtias non licuit; id aliquando licebit, cùm in publicum prodibunt quinque orationes Anaſtaſij de rectis fidei dogmatibus, vnà cum Theodori Preſbyteri

teri Raïthensis contra Seuerianos syntagmate: quæ omnia diligentissimus Turrianus Latinè reddidit.

Restat, vt de ipsa secta Eutychiana, contra quam Anastasius in suo ὁδηγῷ dimicat, aliquid dicatur, vt & de illis, qui pestilentissimam hanc hæresin totis viribus oppugnatum ierunt. Pestilentissimam appello, quia vix vlla Ecclesiæ Dei tantas clades intulit, quantas ista; (nisi fortè Nestorij perfidiam adiungere placet, tanquam sororem ad omnia propè gemellam) non enim tantum varietate; sed & diuturnitate Ecclesiam mirabiliter & miserabiliter afflixit; pertinax, si qua alia; & vel euidentissimæ veritatis luci cedere nescia, quam verè affirmaueris, Mahometi & Mahometanis in oriente fores patefecisse. Aduersus quam longè lateque grassantem, virusque suum diffundentem validissimos, & omnibus armaturæ generibus instructissimos pugiles Græcos & Latinos Deus submisit; ex quorum numero, præter Anastasium nostrum est I. Eulogius Patriarcha Alexandrinus, Anastasio synchronus, & æquè cum S. Gregorio Magno Pontifice Romano familiari epistolarum vsu coniunctus: cuius præclarissima contra Hæreticos istos monumenta inuidit nobis vel mortalium negligentia, vel temporũ iniuria, Eclogas quasdam & excerpta reperies in bibliotheca Photij, ex quibus, quasi ex vngue intelliges, quanto dispendio tanti viri labores interierint.

II. Ephræmius Episcopus Antiochenus; qui in Chronico Nicephori appellatur Ephraimus; aliis Ephræm, Episcopatum adeptus anno Christi D.XXVI. Iustini Senioris Imperat. anno IX. Mortuus anno D.XLVI. successorem reliquit Domnum; post quem sedem

Antio-

Antiochenam obtinuit noſter Anaſtaſius. Huius Ephræmij libros recenſet ac relegit quoque Photius ſelectis inde ſummariis, quibus nos, ceu bellariis, contentos eſſe oportet, poſtquam lautiſſimis epulis, quas parauerat, carere cogimur.

III. Leontius Byzantinus; cuius opera contra Eutychianos & Neſtorianos à Turriano noſtro in Latinum verſa edidit D. Henricus Caniſius Tom. 4. Antiq. Lect. vbi etiam inuenies, quis Leontius iſte fuerit, & num ille, cuius iam antea exſtabant de Sectis Actiones. Aſſeruantur inſuper in Bibliotheca Bauarica Num. 117. octo libri contra Eutychianos ſeu Seuerianos & Neſtorianos; Leontij Hieroſolymitani nomine prænotati; opus eruditum, & publico dignum.

IV. Ioannes Damaſcenus, cuius extat contra Seuerianos & Acephalos liber de Triſagio, Alius, de compoſita natura. Alius contra eoſdem Acephalos, à Turriano latinitate donatus, & tomo quarto Antiq. lectionis euulgatus.

V. Gelaſius, cuius commẽtarium de duabus in Chriſto naturis aduerſus Eutychen & Neſtorium inuenies Tom. 4. Bibl. SS. PP. Quis autem Gelaſius iſte fuerit, docebit te Baronius Tom. 6. ad annum Chriſti CD. XCVI. Num. 1. & ſeqq.

VI. Theodorus Abucara; de quo infra; quem cum Anaſtaſio foras iam prodire iuſſimus. Nec tam mihi gratias debebit lector, quàm R. P. Antonio Poſſeuino noſtro, abſque cuius pietate ſi fuiſſet, forſan Turriani verſio, parente ſuo viduata, penitus periiſſet.

VII. S. Maximus; qui vt contra alias peſtes, ita & contra Eutychianam & Acephalam fortiſſimè dimicauit;

vt patet ex opuſculis eius, quę nuper hic typis excuſa; ex interpretatione Turriani noſtri.

VIII. Euſtathius Beryti Epiſcopus, qui Apologiam pro tomo ſeu epiſtola S. Leonis Pontif. Rom. aduerſus Seuerianorum importunitatem, vel potius inſaniam, conſcripſit. Fragmentum eius habes Tomo 4. Antiq. Lect. D. Caniſij, & in Apparatu ſacro P. Poſſeuini V. *Euſtathius.* De quo plura Annalium ſcriptor Tomo ſexto.

IX. Ex Latinis Vigilius Martyr & Epiſcopus Tridentinus; qui Tom. 4. Bibl. SS. Patrum inſertus eſt.

X. Ruſticus Diaconus S. R. E. Cardinalis, cuius diſputationem aduerſus Acephalos in eodem Tomo 4. Bibliothecæ SS. Patrum leges. Plures ſunt, non neſcio, ſed hæc decas nobis ſufficiat; niſi adiicere lubet Georgium Piſidam, quem contra Philoponum, amentemque Seueri hęreſin Iambis pulcherrimis decertaſſe, Nicephorus auctor eſt; lib. 18. cap. 48. vt ita ex Decade conficiatur *Hendecas*. Quod ſi Dodecas magis placet, adiunge Euſebium Epiſcopum contra Andream *Incluſum*, Acephalorum morbo laborantem; de cuius inſignibus in hanc hæreſin vigiliis, Photium conſulas licet. Nec ſilendus Liberatus Diaconus in Breuiario ſeu Hiſtoria ſua de hæreſi Eutychiana & Neſtoriana; qui lectus magnam lucem adferet his, quæ Anaſtaſius diſputat.

Neque orthodoxi duntaxat in iſtos Chriſti & Eccleſiæ hoſtes inſurrexerunt; ſed & ipſi ſeſe mutuis pugnis & vulneribus conciderunt. In varias enim ſectas diſſecti, & in varia ſchiſmata ſciſsi parum fraternè, quãuis ex eodem parente Eutyche prognati, ſeſe exceperunt. Hinc Conon, etſi Philoponi inſtar, Tritheita, arma

ma in Philoponum mouit; teste Nicephoro. Nec Cononon tantùm, sed & Eugenius & Themistius; quibus in Synodo quadam Constantinopolitana restiterunt pro tuendo Philopono Stephanus & Paulus; vt est apud Photium in Bibliotheca. Contra Themistium porrò ex eadem secta calamum acuit Theodorus Monachus Alexandrinus, vt scribit idem Photius, vt perspicuè videre licuerit, verum esse illud, quod à Propheta dictum: *Non est pax impiis*; cuius peruersissimæ factionis genius & alastor in hodiernis sectariis reuixit, quia & ipsi atrocissimis, aculeatissimis & dentatissimis chartis perpetuò se lancinant & lacerant, absque spe vlla concordiæ ineundæ pacisque stabiliter firmandæ. Vale, Christiane lector, his Anastasij; Abucaræ meisque laboribus ad gloriam DEI fruere.

*Isaiæ 48.*

In editionem Anastasij & Abucaræ.

## CARMEN CLARISSIMI VIRI, PHILIPPI MENZELII P. L. MEDICINÆ DOCTORIS ET IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI PROFESSORIS.

*VT lubet, antiquus sinuosis orbibus anguis, (& illuc,*
*Liuida colla tumens, huc se rotet acer,*
*Vipereumq́; spuat, quanto potis ore, venenum.*
*Pestiferis sacras temerans afflatibus aras:*
*Pro templis, arisq́; vigil, benefidaq́; semper*
*Viuentis stat cura DEI. Non efficit hilum,*
*Defensore illo, quod vulnus dirigit ictu*
*Scorpius horrifico, latratorisq́; Molossi*
*Sicca siti rabies: non aspis surda, dracóque*
*Aliger, & vacua dominans basiliscus arena.*
*Respice ad annales: mundi oẽs consule fastos,*
*CHRISTIADVM tenero Fidei surgentis ab ortu,*

*Et*

*Et veteratorem nunquam ceſſaſſe colubrum*
*Res in diuinas ſua ſpargere toxica, paßim*
*Repperies. Cerinthus in hoc tenet ordine palmã,*
*Primitiæ inferni, tyrociniumq́; Sathanæ,*
*De cœlo oppreſſus balinei mole ruentis.*
*Mox alij, ex aliis geniti, velut oua malorum*
*Peßima coruorum; ſed Arius atrocior vnus*
*Omnibus ante alios, pus, & lethale venenum,*
*Doctrinæq́; aconita ſuæ funeſta per orbem,*
*Quàm latè is* CHRISTO *ſe ſubiiciebat* IESV,
*Diſperſit; ſacriq́; gregem vaſtauit ouilis.*
*Tum ſuus Eutychium genius malus exciit orco,*
*Exciit idem etiam, ſpirantem dira, Seuerum.*
*Nec modus eſt, nec finis: ab his radicibus ampla (æui,*
*Pullulat vſq; ſeges. Dij, quotnam hoc cernimus*
*Alma venenantes diuini pabula verbi,*
*Præſtigiatores, millenaq́; arte magiſtros!*
*Siue nouum virus, ſiue id, quod vicerat ætas*
*Longior, ex ima repetitum fortè Gehenna,*
*Inſpirant populis, malè cautaq́; pectora ineſcãt.*
*At veluti campo in magno, ſyluasq́; per altas*
*Non gelidæ tantum veniunt taxi, atq; cicutæ,*
*Et genus id reliquæ, ſuccis lethalibus, herbæ:*

*Oppoſuit tantis Deus auxiliaria noxis*
*Gramina: circum alio ſeſe de ceſpite tollunt*
*Dictamnusq́; , Inulæq́; , Aſclepias, & Panacea:*
*Sic, vbi tartarei miſſu ſerpentis in auras*
*Emersère graues Stygio de gurgite peſtes,*
*Prodigia illa hominũ, quos vnica cura fatigat,*
*In ſancto* CHRISTI *populo, cœtuq́; piorum*
*Vnanimæ placidam Fidei turbare quietem:*
*Actutum ſummo non deſit ab æthere præſens*
*Auxilium: nec abeſt, promiſſus numine ab ipſo,*
*Spiritus ille, vbi vult, ſpirans, vis, dextraq́; Patris*
*Æterna æterni: verum à quo fonte, bonumq́;*
*Omne fluit: cui ſeſe omnis ſapientia debet.*
*Sufficit ille viros, neq; poſthac deſinet vnquam*
*Sufficere extremam fragilis mundi ante ruinam,*
*Qui contrà arma ferant; mala quì contagia ſedent,*
*Errorumq́; fugent tenebras, lucemq́; reducant.*
*Accipimus talem te, quem dedit Africus Hippo,*
*Auguſtine pater: talem Stridonis alumnum,*
*Bethlemici cultorẽ antri. Ac; ne lumina dicam*
*Cætera, quæ toto fulgent clariſsima mundo:*
*Talis* ANASTASIVS, *montis loca ſola Sinai*

*Inco-*

*Incoluit quondam: THEODORVS Abucaratalis,*
*Eximius Carum præsul. Pugnauit vterq;*
*Eutychicam in rabiem, & commenta profana Seueri:*
*Hic & Iudæos in apellas, & Saracenos*
*Ferrũ acuens, retulit prostrato ex hoste trophæũ.*
*Vos verò, Augustæ duo sydera Vindelicorũ*
*Aurea, VELSERAEQVE domus Sol, Lunaq́; fratres,*
*MARCE, atq; ANTONI, Latio nunc more togatos*
*Authores hos Graiugenas, quos cura, laborq́;*
*GRETSERI, partim vestro quoq; munere, promit,*
*Accipite æquo animo: studiumq́; probate iuuãdi*
*Publica, in afflictis per tot discrimina rebus.*

APPRO-

# APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS PER SVPERIOREM GERMANIAM.

Hunc Anastaſij Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni aduerſus Acephalos librum nunc primùm in lucem à P. Iacobo Gretſero Societatis noſtræ Theologo prolatum, & latinitate donatum, ego GREGORIVS ROSEPHIVS Societatis IESV per Germaniam ſuperiorem Prouincialis, facultate ad hoc ab admodum R. P. noſtro P. CLAVDIO AQVAVIVA Præpoſito Generali accepta, typis mandari permitto. In quorum fidem hoc interpreti teſtimonium manu noſtra ſubſcriptum, ſigilloque munitum dedimus. Ingolſtadij M. DCV. XII. die Aprilis.

*GREGORIVS ROSEPHIVS*
*PROVINCIALIS.*

---

Digni ſunt grauiſſimi duo Auctores Anaſtaſius Sinaita, & Theodorus Abucara, vt in publicum prodeant, vel ob huius temporis hæreticos, quorum imago in hæreticis quos ſcriptores iſti refellunt, ſatis luculenter relucet.

*PETRVS STEVARTIVS SS. Theologiæ Doctor, Profeſſor, Parochus Mauricianus, & Academiæ Ingolſtadienſis PROCANCELLARIVS, &c.*

APXH

# ΑΡΧΗ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΟΥ ὉΣΙΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ μοναχοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους.

## Προοίμιον.

ΠΑρακαλοῦμεν τοὺς μέλλοντας ἐντυγχάνειν τῇδε τῇ βίβλῳ, συγγνώμην ποιήσασθαι ἐπὶ ταῖς πλείσταις ἐν αὐτῇ διορθώσεσι, ἢ ταυτολογίαις. τὸ γὰρ ἀδιάλειπτον τῶν ἀσθενειῶν οὐ συγχώρησεν ἡμῖν ἐν αὐτῇ καταθυμίως πρᾶξασθαι. δεῖ γὰρ τὰ τοιαῦτα χριστοῦ δόγματα περιχιδδύσασθαι καὶ διορθοῦσθαι, καὶ στιχίζεσθαι, καὶ εἶθ' οὕτως καλλιγραφεῖσθαι. ἀλλὰ τὸ ῥαθυμὸν, καὶ ὀκνηρὸν τῶν ἡμετέρων συμφρόνων, αὐτὴν πρέπουσαν φιλοπονίαν, καὶ σπουδὴν ἐν τοῖς τοιούτοις κέκτηται. διὸ ἀντὶ σχέδους τὴν τετράδα κατέχοντες, οὕτως ἐξεθέμεθα. εἰ δὲ καὶ οὐκ εἰκὸς

# EXORDIVM LIBRI SANCTI ANASTASII MONACHI Sinaitæ.

## *Præfatio.*

ROgamus lectores huius libri, vt nobis ignoſcant ob varias correctiones paſſim adhibitas, & propter tautologias, rerumq́; & verborũ iterationes ſæpius cõmiſſas: nam frequẽtia ægritudinum noſtrarum non ferebat, vt in his pro animi noſtri ſententia verſaremur. Par enim eſt, vt qui huiuſmodi Chriſtianę religionis dogmatibus explicandis operam nauat; omnia in ſchedis annotet, corrigat, inq́; verſus diſtinguat; & tum librariis concinnè venuſteq́; deſcribendum tradat. Verùm & hic ſegnities & lẽtitudo eorum, qui vnà nobiſcum ſentiunt, debitam diligentiæ & induſtriæ laudem retulit. Quapropter ſchedulæ loco tetradem, ſeu quaternionẽ adepti, eundem in lucem proferimus. Quod

ἐν τινι λόγῳ, ἢ νοήματι ἀπρεπόντως εἰρήκαμεν, συγγνώμην αἰτούμεθα. μόνος γὰρ ἄπταιστος ὁ μόνος θεός.

Πρὸς τούτοις δυσωποῦμεν τὸν μεταγράφειν μέλλοντα παραθέσθαι καὶ τὰ σχόλια. σημειώσασθαι δὲ ἐπιμελῶς καὶ τοὺς τόνους, καὶ τὰς στιγμὰς, καὶ ὑποστιγμὰς, καὶ τὰ σόλοικα. Καὶ γὰρ ἄλλοτέ τινες ἰδιῶται μεταγράψαντες ἡμῶν δογματικὸν τόμον, ἐξ ἀγνοίας βλασφημιῶν αὐτὸν ἐπλήρωσεν.

## Τάδε ἐστὶν ἐν τῇ δε τῇ βίβλῳ τῇ λεγομένῃ ὁδηγῷ.



τὸν

ſi alicubi aliquid improbabile aut à vero ſenſu remotum diximus, veniam poſcimus; quandoquidem ſolus Deus à lapſu immunis eſt.

Adhæc obteſtamur eos, qui librum hunc tranſcripturi ſunt, vt & ſcholia adiiciant: accentusq; accuratè obſeruent, & puncta, & ſemipuncta, & ipſa etiam ſolœca, ſeu ſolœciſmi ſpecimen præ ſe ferentia; quia aliâs quoq; imperiti quidam noſtrum dogmaticum tomum blaſphemiis in deſcriptione oppleuerunt.

## *Index eorum, quæ continentur in libro, qui* ὁδηγὸς, *hoc eſt,* VIAE DVX *inſcribitur.*

τὸν τὸν ἅγιον κύριλλον, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς μιᾶς θεοῦ λόγου φύσεως τῆς ἐσαρκωμένης.

Τὸ σχόλιον. ἐν τῷ δεκάτῳ κεφαλαίῳ εὑρήσεις κεφάλαια, ἅπερ χρὴ προαναθεματίζειν ἡμᾶς, ἡνίκα τοῖς αἱρετικοῖς διαλεγόμεθα.

ια. Παρασημείωσις περὶ τῆς φωνῆς τῆς λεγούσης τὰς φύσεις, ὑποστάσεις, πόθεν αὕτη.

ιβ. Περὶ τοῦ ζωτηρίου πάθους τοῦ χριστοῦ. καὶ περὶ τοῦ, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ σταυρωθείς.

ιγ. Συζήτησις περὶ τῶν χρήσεων τῶν πατέρων, ὧν προφέρουσιν ἡμῖν οἱ Σευήρου κατὰ τῆς συνόδου χαλκηδόνος, καὶ ἐπίλυσις αὐτῶν εὐσεβής.

ιδ. Αμμωνίου Αλεξανδρέως κατὰ μονοφυσιτῶν.

ιε. Ἕτερον κεφάλαιον κατὰ τῆς νέας αὐτῶν ἑορτασικῆς.

ις. Εἰς τὸ, ἐν χριστῷ κατοικεῖν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ἑρμηνεία εὐσεβής.

ιζ. Απόδειξις ὅτι οὐ συνεσαρκώθη τῷ υἱῷ ὁ πατὴρ, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

ιη. Κατὰ τῶν κακῶς ἐπὶ χριστοῦ λαμβανόντων τὸ ὑπόδειγμα τοῦ ἀνθρώπου.

ιθ. Κεφάλαιον μιαροῦ Παυλιανιστοῦ.

κ. Κεφάλαια συλλογιστικὰ κατὰ Σευηριανῶν ἀφρόνων.

κα. Ἕτερον κεφάλαιον σύντομον, ἐν ᾧ ἀπόδειξις ὅτι οὐ δεῖ ἄλλοτε ἄλλως μεταλλάττειν τὰ δόγματα.

κβ. Κεφάλαια γραφικὰ ἀπορηθέντα ἡμῖν ὑπὸ ἀπίστων. Καὶ Ανδρέου Νεστοριανοῦ κεφάλαια κδ.

κγ. Κατὰ Γαϊανιτῶν ἐν ἐπιτομῇ.

κδ. Τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἀπόφασις, φάσκουσα ὅτι κατ' οὐδένα τρόπον ἐκοινώνησεν ὁ πατὴρ, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῇ τοῦ λόγου σαρκώσει εἰ μὴ τῇ εὐδοκίᾳ μόνῃ. τοῦτο δὲ παρεθέμεθα, διὰ τὸ φάσκειν Σευῆρον, συσσαρκωθῆναι τῷ υἱῷ τὸν πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα. περὶ δὲ φίλου τοῦ κδ. κεφαλαίου

εὑρήσεις

ctum Cyrillum coniiciant; vbi & de vna diuini Verbi Incarnati natura agitur.

Scholion. In decimo capite reperies capitula, quæ prius nos προαναθεματίζειν (prædamnare) oportet, quàm cum hæreticis disputemus.



 esse.

εὑρήσεις σχόλιον περὶ τῆς μιᾶς θεοῦ λόγου φύσεως σεσαρκωμένης.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Σὺν τῷ θεῷ, προγυμνασία κατ' ἐπιτομὴν, ἐμματίζουσα τὸν φιλόπονον περὶ ὧν δεῖ πρὸ πάντων ἐξασκεῖν, καὶ τὴν εἴδησιν ἔχειν.

ΟΤΙ δεῖ προηγουμένως βίον σεμνὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἔνοικον ἔχειν.

Ὅτι δεῖ τοὺς ὅρους, καὶ μάλιστα τοὺς ἀναγκαιοτέρους ἐπίστασθαι ἐκ στήθους.

Ὅτι δεῖ γινώσκειν κατὰ ἀκρίβειαν τὰ φρονήματα τῶν ἐξ ἐναντίας, καὶ ἐγκύπτειν ταῖς τούτων γραφαῖς. πολλάκις γὰρ ἐξ αὐτῶν αὐτοὺς καταισχύνειν δυνάμεθα.

Ὅτι οὐ δεῖ τοῖς ἀμυήτοις, καὶ ἄφροσιν ὅλως συντυγχάνειν. ἀλλ' οἷς χρὴ, καὶ ὅτι χρὴ, καὶ ὅσῳ χρὴ περὶ πίστεως.

Ὅτι δεῖ μετὰ φόβου θεοῦ πάσῃ γραφῇ ἐγκύπτειν, μὴ κακούργως, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας.

Ὅτι οὐ δεῖ τὰ βαθύτερα ἡμῶν ψηλαφᾶν, οὐδὲ τὰ σεσιωπημένα τῇ θείᾳ γραφῇ. τοῦτο γάρ ἐστι, μὴ συντρίβειν ὀστοῦν, τουτέστι, μὴ ἅπτεσθαι τῶν στερεῶν. Ὅτι δεῖ ἀνακρίνειν τὰ ὁριστικῶς λεγόμενα, καὶ πάλιν τὰ μέσως πως. καὶ πάλιν, τὰ καταχρηστικῶς, καὶ ἀκάκως. οἷόν ἐστι τὸ λεγόμενον. ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. καὶ οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα ἕως ἑνός.

Σημειωτέον, ὅτι τινὰς παραδόσεις καὶ ἀγράφως παρέλαβεν ἡ ἐκκλησία. οἷον, τὸ κοινωνεῖν νηστικὸν, καὶ τὸ, προσεύχεσθαι κατὰ ἀνατολάς. καὶ, ὅτι παρθένος ἔμεινε μετὰ τόκον ἡ θεοτόκος. καὶ, ὅτι ἐν σπηλαίῳ ἔτεκε καὶ ἕτερα πολλά.

esse. At ante 24. capitulum inuenies Scholion de solo filio Dei incarnato.

## CAPVT PRIMVM.

*Diuina adiuuante gratia. Progymnasia seu praeexercitatio breuis, instruens quemlibet studiosum; in quibus sese exercere; & quorum notitiam parare debeat: Necessariò autem requiruntur sequentia.*

VT ante omnia vitam honestam grauemq; ducat, & Spiritum sanctum incolam in animo habeat.

Vt definitiones, præcipuè, magis necessarias, accuratè perspectas habeat.

Vt sensa & opiniones aduersariorum ad amussim sciat, eorumque scripta euoluat; crebrò enim ex ipsis pudefieri, & in ruborem dari poterunt.

Vt cum profanis & fatuis promiscuè, & indiscriminatim de capitibus fidei in certamen non descendat, sed habito delectu, cum quibus & quando, & quantum oportet.

Vt omnem diuinam Scripturam cum timore Dei lustret; non maligna mente; sed in simplicitate cordis: neq; ea quæ captum nostrum superant; quæque diuinæ litteræ suppresserunt, scrutari & contrectare velit. Hoc nimirum est; *os non confringere*: hoc est; *non tangere firma & solida.* *Exod. 12. Ioan. 19.*

Vt quæ definitè dicta sunt, ab aliis internoscat: & rursus, quæ abusiuè, quæúe simpliciter: cuiusmodi illud: *Omnis homo mendax*: &; *non est qui faciat bonum, vsq; ad vnum.* *Psal. 115. Psal 13. Rom. 3.*

Nouerit, Ecclesiam traditiones nonnullas etiam extra Scripturam accepisse; Quod genus: *Sacram communionem à ieiunis accipi debere: Orare ad Orientem. Deiparam post partum quoque mansisse Virginem: eandemq; in spelunca peperisse*; & si quæ sunt huius generis traditiones aliæ.

Σκοποὶ διαλέξεως εἰσὶ δύο. ὁ μὲν διὰ γραφικῶν ῥήσεων. ὁ δὲ διὰ πραγματικῶν παραστάσεων, ὃς καὶ ἰσχυρότερος, καὶ ἀληθέστερός ἐστι. τὰ μὲν γὰρ ῥήματα τῶν γραφῶν ἴσως ὑπονοθεύονται. ὅθεν ἐστὶν ἰδέσθαι, ὅτι χρῆσιν προφέρεις τῷ ἐξ ἐναντίῳ, κἀκεῖνος εὐθέως ἑτέραν χρῆσιν προφέρει, καὶ ὁ αἱρετικὸς, καὶ ὁ Ιουδαῖος. ὅθεν ὁ δυνάμενος διὰ πραγματικῶν ἀποδείξεων μᾶλλον ὁπλίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐναντίους.

Δεῖ καὶ τοὺς χρονογράφους ἐπίστασθαι, ἤγουν τὸ, κατὰ ποίους καιροὺς ὁ πατὴρ καὶ πότε ἡ δεῖνα, ἢ ἡ δεῖνα αἵρεσις ἦν.

Μὴ λανθανέτω δὲ ἡμᾶς μηδὲ τοῦτο, ὅτι ἐπὰν στενώσωμεν δι᾽ ἐρωτήσεως τὸν ἐξ ἐναντίας, ἀγωνίζεται πρὸς ἑτέραν ἐρώτησιν μετενέγκαι τὸν λόγον. ὅπερ οὐ δεῖ ἀνέχεσθαι.

Ὅτι χρὴ πρὸ τῆς διαλέξεως ἀπαιτεῖν ὅρκον τὸν ἐξ ἐναντίας, ὅτι οὐ καταπατεῖ τὸ ἴδιον συνειδὸς ἐν οἵῳ δή ποτε ῥήματι, ᾧ λαλεῖ.

Ὅτι δεῖ ἡμᾶς πρὸ παντὸς λόγου ἀναθεματίζειν, ὅσας ὑπολήψεις ψευδεῖς ὑπολαμβάνει περὶ ἡμῶν ὁ ἐξ ἐναντίας. οἷον, ὅτι πρὸς Ἄραβας μέλλομεν διαλέγεσθαι, προαναθεματίσωμεν τὸν λέγοντα δύο θεούς. ἢ τὸν λέγοντα ὅτι ἐγέννησεν ὁ θεὸς σαρκικῶς υἱόν. ἢ τὸν προσκυνοῦντα ὡς θεὸν, οἷον δέ ποτε κτίσμα ἐν οὐρανῷ ἢ ἐπὶ γῆς. ὁμοίως καὶ πρὸς τὰς λοιπὰς αἱρέσεις χρὴ προαναθεματίζειν ὅσας περὶ ἡμῶν ψευδεῖς ὑπονοίας περὶ πίστεως ἔχουσι. ταῦτα γὰρ ἀκούοντες, προθυμοτέρως καὶ τὰ λοιπὰ δέχονται.

Ὅτι χρὴ προλέγειν παντὶ μονοφυσίτῃ, ὅτι οὐκ ἐκ τῆς συνόδου χαλκηδόνος πρὸς ὑμᾶς ἀντιλέγομεν. ἀλλ᾽ ἐκ τῶν πατέρων τῶν πρὸ τῆς συνόδου, οὓς καὶ ὑμεῖς, καὶ ἡμεῖς ὀρθοδόξους ὁμολογοῦμεν.

Ὅτι δεῖ ἡμᾶς προασφαλίζεσθαι τὸν μονοφυσίτην, καὶ ἀναθεματίζειν εἰλικρινῶς τὸν μὴ ὁμολογοῦντα θεὸν ἀληθινὸν τὸν χριστόν, εἶθ᾽ οὕτως οἰκειοποιεῖσθαι πρόσωπον Ιουδαίου, ἢ τοῦ σαμοσατέως Παύλου, καὶ εἰσπράττειν αὐτὸν, τὸ πόθεν δῆλον, ὅτι θεὸς ὕψιστός ἐστιν ὁ χριστός;

καθὼς

Sciat diſputationis modos duos eſſe;alterum per ſcripturæ teſtimonia; alterum per probationes ex ipſis rebus petitas; qui modus firmior eſt & verior. nam verba ſcripturæ deprauari poſſunt;Quocirca videre licet;ſimul atq; aduerſario ſcripturæ teſtimonium obiicitur:ab ipſo viciſsim è veſtigio aliud teſtimonium produci; ſiue ſit hæreticus,ſiue Iudæus. Quapropter is, cui vires hoc concedunt, magis ſe armet contra aduerſarios demõſtrationibus ex ipſa rerũ natura deſumptis.

Exploratam habeat chronographiam; & quo tempore vixerit hic aut ille pater: Quãdo hæc aut illa hæreſis exſtiterit.

Neque illud ignorandum; aduerſarium,quando per interrogationẽ ad anguſtias redactus eſt,conari,alia interrogatione propoſita, aliò ſermonem transferre. Quod non eſt tolerandum.

Ante diſputationem ab aduerſario iuramentum petendum eſt: quo polliceatur nullo verbo contra conſcientiam ſuam ſeſe acturum.

Ante congreſsionis initium omnes omnino prauæ ſuſpiciones & opiniones, quas aduerſarius de nobis concepit,deteſtandæ,dirisque deuouendæ ſunt: vt ſi cum Arabibus depugnandum ſit,anathemati ſubiiciamus eum, qui dicit: *duos Deos*, vel eum,qui docet,Deum genuiſſe filium more modoq; carni conſueto: vel eum; qui adorat, vt Deum, qualemcunq; creaturam in cœlo aut in terra. Pari modo cæteræ hæreſes, omnesq; falſæ opinationes,quibus de nobis imbuti ſunt; prius anathemate percelli debent; Nam cùm hæc audiunt; alacrius reliquis aures præbent.

Omni Monophyſitæ prædicere oportet; nos non ex Chalcedonenſi Synodo, ſed ex Patribus, qui Synodum anteceſſerunt,contra illos arma ſumere: quos & nos & illi Orthodoxos fuiſſe confitentur.

Monophyſitam præmunire debemus, & ſyncerè anathema denunciare omnibus illis, qui non confitentur Chriſtum eſſe verum Deum. Hoc facto induenda eſt perſona Iudæi, vel Pauli Samoſateni,quærendumque ex illo,vnde liqueat,Chriſtum eſſe Deum altiſsimum; quemadmodum fecit Ammo-

καθὼς ὁ Ἀμμώνιος πεποίηκε πρὸς τὸν Ἁλικαρνασέα, ἥντινα ἀντίθεσιν εὑρήσεις ἐν τῷ τετραδίῳ κειμένην.

Σημειωθέον ὅτι περ διὰ τοῦ κράματος τοῦ ποτηρίου, οὗ προσφέρουσιν οἱ μονοφυσῖται. οἶνον ἄκρατον χωρὶς ὕδατος προσάγοντες, ἐλέγχονται σαφῶς. ἄκρατον, καὶ ἁπλῆν, καὶ ἀμιγῆ πάσης μίξεως σαρκὸς, ἢ ψυχῆς, γυμνὴν μόνην θεότητα ὁμολογοῦντες εἶναι τὸν χριστόν.

## Περὶ πίστεως ἔκθεσις ἐν ἐπιτομῇ.

Ἰστέον, καὶ μὴ ἀγνοητέον, ὅτι οὐ δεῖ ἡμᾶς ἀβασανίστως, καὶ ἀπερισκέπτως τὴν οἱανοῦν δογματικὴν φωνὴν λέγειν. ἔστι γὰρ καὶ εὐσεβῶς, καὶ δυσσεβῶς εἰπεῖν ἐν τῷ χριστῷ δύο φύσεις ὁμοίως καὶ θελήσεις, καὶ ἐνεργείας, καὶ πᾶσαν ἂν δογματικὴν φωνήν. ὁμοίως καὶ οἱ λέγοντες ἐν χριστῷ δύο φυσικὰς ἰδιότητας, ἑρμηνευέτωσαν τὸ, πῶς νοοῦσι τὸ φυσικόν; δύναται γὰρ καὶ εὐσεβῶς, καὶ δυσσεβῶς λέγεσθαι. εἴρηται γὰρ φυσικὸν, καὶ τὸ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν τῶν ψιλῶν ἀνθρώπων γινόμενον. ὅπερ οὐδὲ ἐπὶ φύσεως, οὔτε ἐπὶ ἰδιότητος ἐν τῷ χριστῷ δύναται λέγεσθαι.

Ὡσαύτως καὶ ὁ βουλόμενος ἑτέραν, καὶ ἑτέραν θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν κηρύττειν τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ χριστοῦ, μὴ, ὡς ἔτυχε κατά τινας ἀπαιδεύτους ἀθυροστόμως, καὶ ἀβασανίστως, καὶ ἀναισχύντως κραζέτω, δύο φύσεις, καὶ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας· εὐσκανδάλιστον γάρ ἐστι, καὶ μάλιστα τοῖς ἁπλουστέροις, τὸ, ἀκούειν ἐπὶ χριστοῦ δύο φυσικὰ, τόδε, καὶ τόδε. ἀλλὰ μετὰ τοῦ θείου φόβου, καὶ πάσης εὐλαβείας τοῖς δυναμένοις χωρεῖν, λεγέτω, καὶ ἀποκρινέσθω, καὶ ἑρμηνευέτω, τὸ, τί νοεῖ, καὶ πῶς νοεῖ ἐπὶ χριστοῦ τὴν φύσιν. τοῦτ' ἔστι τὸ ἀληθὲς πρᾶγμα. καὶ οὐ φύσιν ὑποστατικὴν, ἤτοι προσωπικὴν, οὔτε φυσικὸν σαρκὸς μόριον. ἀλλὰ δύο ἡνωμένα καθ' ὑπόστασιν ἀληθῆ πράγματα. τοῦτ' ἔστι, τελείαν θεότητα, καὶ τελείαν ἀνθρωπότητα, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως ἐν ἑνὶ προσώπῳ χριστοῦ. ἓν γὰρ πρόσωπον ὁ χριστὸς, μία δὲ ὑπόστασις.

Ὁμοίως

nius contra Halicarnaſſæum, quam antitheſin inuenies in quarta parte.

Obſeruandum eſt; Monophyſitas ipſa calicis ſui oblatione redargui. Purum enim merumque vinum offerunt, abſque admixtione aquæ. Quo indicant, Chriſtum, ab omni corporis & animæ concretione liberum, ex ſola nudaque diuinitate conſtare.

## *Breuis expoſitio fidei.*

SCiendum; ſine examine & diſquiſitione non quamlibet vocem ad dogmata pertinentem, amplectendam eſſe: Fieri enim poteſt, vt quis piè & impiè duas in Chriſto naturas aſſerat; ſimiliter & duas voluntates; & operationes, & omnia alia ad doctrinam fidei ſpectantia. Pari modo, qui in Chriſto duas naturales proprietates ſtatuunt, illi nobis explicent velim; quomodo vocem illam *naturale* accipiant. Poteſt enim & probè & improbè accipi. Dicitur enim naturale etiã id, quod fit ſecundum communem conſuetudinem eorum, qui nihil aliud ſunt, quàm homines; Quod neq; in natura, neque in proprietate, prout de Chriſto dicuntur, locum habet.

Eodem modo, qui vult aliam & aliam voluntatem & operationem diuinitatis, & humanitatis in Chriſto prædicare; is non, vt ſors fert, more quorundam imperitorum, illoto ore; incogitanter & impudenter clamitet duas naturas & voluntates; & duas naturales operationes; nam apud ſimpliciores ſcandalum facillimè paritur, cùm audiunt; duo in Chriſto *phyſica* ſeu *naturalia*; hoc nimirum, & illud: ſed diuino timore, omniq́ue reuerentia plenus, his, qui capaces ſunt, myſterium hoc pandat, rogatusq́ue reſpondeat, & explicet, quid nomine naturæ; & quomodo naturæ vocabulum in Chriſto accipiat; videlicet pro ipſa rei veritate; non pro natura quæ ſit hypoſtaſis aut perſona, neque pro naturali carnis particula; ſed pro duabus veris rebus vna in hypoſtaſi vnitis: hoc eſt, pro perfecta Deitate, & perfecta humanitate, inconfusè, immutabiliter, & indiuiſibiliter, in vna perſona Chriſti copulatis: vna enim perſona Chriſtus, vnaq; hypoſtaſis.

Ὁμοίως παρακαλῶ καὶ περὶ θελημάτων προασφαλίζεσθαι
τὸν ἀκροατὴν, καὶ λέγειν αὐτῷ. ὅτι οὐ λέγω, μὴ γένοιτο, ἐν χριστῷ
δύο θελήματα, ὥσπερ σὺ νομίζεις ἑαυτοῖς μαχόμενα, καὶ ἐναντι-
ούμενα. οὐδὲ ὅλως θέλημα σαρκικὸν, ἢ ἐμπαθὲς, ἢ πονηρόν. τοῦτο
γὰρ οὐδὲ οἱ δαίμονες τολμῶσιν εἰπεῖν ἐπὶ χριστοῦ. Ἀλλ' ἐπειδὴ
τέλειον τὸν ἄνθρωπον ἔλαβεν, ἵν' ὅλον σώσῃ, καὶ τέλειός ἐστιν ἐν ἀν-
θρωπότητι, τούτου χάριν θέλημα μὲν θεῖον λέγομεν ἐπὶ χριστοῦ,
τὴν δεσποτικὴν τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐντολῶν ἐπι-
τροπήν. θέλημα δὲ ἀνθρώπινον πάλιν ἐπ' αὐτοῦ νοοῦμεν τὴν θε-
λητικὴν τῆς νοερᾶς ψυχῆς δύναμιν, τὴν κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν
θεοῦ αὐτῇ δοθεῖσαν, καὶ ἐμπνευσθεῖσαν ὑπὸ θεοῦ, ἡνίκα γέγονεν, εἰς
τὸ δι' αὐτῆς δυνάμεως, βούλεσθαι, καὶ ὑπακούειν, καὶ ποιεῖν τὸ θεῖ-
ον θέλημα, καὶ τὰ θεῖα προστάγματα. εἰ δὲ ἐστέρηται ἡ τοῦ χριστοῦ
ψυχὴ τῆς λογικῆς, καὶ θελητικῆς, καὶ βουλευτικῆς δυνάμεως, ὄν-
τως οὔτε κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐστιν· οὔτε μὴν ὁμοούσιος τῶν ἡμετέρων ψυ-
χῶν ὑπάρχει. ἀλλὰ τῶν ἀθελῶν, καὶ ἀβουλεύτων, καὶ ἀσόφων, καὶ
ἀδιαλογίστων ἀλόγων ψυχῶν. καὶ οὐκ ἔτι λοιπὸν ὁ χριστὸς τέλειος
ἐν ἀνθρωπότητι δύναται λέγεσθαι.

Οὐκοῦν ἔχει ὁ χριστὸς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων κατὰ τὴν θεότη-
τα· θέλημα δεσποτικὸν ὅπερ ἐστὶ κοινὸν πατρὸς, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἁγίου
πνεύματος, ἔχει δὲ ὡς μορφὴν δούλου λαβών· καὶ τὸ θέλημα
τῆς νοερᾶς, καὶ ἀχράντου αὐτοῦ ψυχῆς, τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν
θεοῦ, ἐκ πληροῦντα τὸ θέλημα τοῦ δεσπότου. εἰ δὲ ἂν αἱρεῖται τὸ θέ-
λημα τῆς ἁγίας, καὶ νοερᾶς αὐτοῦ ψυχῆς, εὑρεθήσεται κατὰ τὴν θε-
ότητα δουλικῶς ὑποκείμενος, καὶ πληρῶν τὸ θέλημα τοῦ πα-
τρός. οὕτως γὰρ ὁ Ἄρειος, καὶ Διόδωρος ἐδυσφήμησαν, δύο
θελήματα λέγοντες κατὰ τὴν θεότητα ἐπὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ.
τὸ μὲν τοῦ πατρὸς δεσποτικόν· τόδε τοῦ υἱοῦ δουλικόν. καὶ διὰ τοῦ-
το λέγει, φησὶν ὁ υἱὸς, ὡς δοῦλος πρὸς δεσπότην· μὴ τὸ ἐμὸν
θέλημα γενέσθω πάτερ, ἀλλὰ τὸ σόν. καὶ ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλη-

μα

Similiter moneo, vt auditor etiam de voluntatibus præmuniatur, ac proinde dicito: nos minimè affirmare, in Christo duas voluntates sibi mutuò, vt aduersarius existimat, repugnantes & aduersantes: neque voluntatem carni prauisq; affectionibus & cupiditatibus obnoxiam: hoc enim neque Dæmones de Christo asserere ausint: sed cum perfectum hominem assumpserit, vt totum saluaret, perfectus & ipse homo est in humanitate. Cuius gratia diuinam quidem voluntatem in Christo appellamus vim & arbitrium illud; quo velut Dominus mandata dat & præcepta figit; per humanam verò voluntatem in Christo, nihil aliud intelligimus; quàm volendi facultatem, qua anima rationis particeps pollet; quemque secundum imaginem & similitudinem Dei, sibi à Deo concessam & inspiratam, sub ipsum creationis suæ momentum, possidet eo fine, vt per hanc ipsam volendi & obtemperandi potentiam diuinam voluntatem diuinaque mandata expleat & perficiat. Quod si anima Christi rationali facultate; volendique potestate priuata est; sequitur eam neque ad similitudinem Dei conditam, neque eiusdem cum animabus nostris substãtiæ esse: sed ex numero illarum erit; quæ volendi potentiæ prorsus sunt expertes, omnique sapientia & rationandi virtute carent; Nec de cætero poterit Christus perfectus in humanitate vocari.

Igitur Christus; qui in forma Dei est; habet secundum diuinam naturam voluntatem supremo Domino consentaneã; communem cum Patre & ipso sancto Spiritu. Habet itidem in forma serui, quam induit, voluntatem; intellectuali eius, & immaculatæ animæ competentem; conditam ad imaginem & similitudinem Dei; quæque voluntatem Domini exequitur. Si ergo tollitur voluntas ex sancta & intellectuali anima Christi; necesse erit; vt secundum diuinitatem, serui instar, subiiciatur Patri, patrisque voluntatem impleat. Sic enim Arius & Diodorus blasphemarunt; duas voluntates in Patre & Filio secundum diuinitatem constituentes: alteram patris; tanquam Domini, alteram filij, tanquam serui. Hinc aiunt illud dictum filij ad patrem esse, velut serui ad Dominum:

μα, τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τοῦ πατρός· ταῦτα τοίνυν τῶν αἱρετικῶν λεγόντων.

Οἱ ἅγιοι ἡμῶν πατέρες, μᾶλλον κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ κυρίου ταῦτα ἡρμήνευσαν. εἰ δὲ ἐστερεῖτο τῆς νοερᾶς θελήσεως ἡ τοῦ κυρίου ψυχὴ, πρόδηλον λοιπὸν, ὅτι ἀκουσίως δίκην ἀλόγου ὑπετάττετο τῷ θεῷ λόγῳ. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο. εἰ γὰρ τέλειός ἐστιν ἐν θεότητι, καὶ ὁμοίως τέλειος, καὶ ὁμοούσιος ἡμῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἔχει τελείας, ὥσπερ τὰς θεϊκὰς, οὕτω καὶ τὰς καθ' ἡμᾶς ἰδιότητας.

Οὕτω πάλιν καὶ ἐπὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν νοητέον, καὶ ἑρμηνευτέον τοῦ χριστοῦ. ἐνέργειαν μὲν αὐτοῦ τὴν τῶν θαυμάτων, καὶ τεραστίων ποίησιν, καὶ μάλιστα ἐν οἷς οὐ προσέψαυσεν, οὐδὲ ἥψατο ἡ παναγία αὐτοῦ σάρξ, οἵα ἦν ἡ τῆς θυγατρὸς τῆς χαναναίας μὴ ἐλθούσης πρὸς χριστόν, καὶ ἡ τοῦ παιδὸς τοῦ ἑκατοντάρχου. καὶ ἡ τοῦ καταπετάσματος διάρρηξις. καὶ ὁ τοῦ ἡλίου σκοτισμός. καὶ, ἡ τῶν πετρῶν διάσχισις. καὶ ἡ τῶν τάφων διάνοιξις. καὶ ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις. τοῦ παναγίου γὰρ σώματος νεκροῦ κρεμαμένου, καὶ μηδενὶ τούτων προσψαύσαντος, ἡ ἐν αὐτῷ τοῦ θεοῦ λόγου θεϊκὴ ἐνέργεια μόνη ταῦτα διεπράξατο, καὶ ἐνήργησεν.

Ἀνθρωπίνην δὲ πάλιν ἐν χριστῷ ἐνέργειαν καθαρὰν, καὶ ἁγίαν, καὶ ἄμωμον, καὶ θεόδοτον, καὶ θεόκτιστον, καὶ ζωτικὴν λέγομεν. τὴν τῆς ἁγίας αὐτοῦ ψυχῆς ζωοποιὸν ἐνέργειαν. δι' ἧς ἐζωοποιεῖτο τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα. ἧς χωρισθείσης κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, καὶ ἐξελθούσης ἐκ τοῦ σώματος, εὐθέως νεκρὸν τὸ σῶμα γέγονε, τῆς θείας ἐνεργείας μὴ χωρισθείσης ἐξ αὐτοῦ. Ὅτι δὲ διὰ τῆς ἐνεργείας τῆς ζωτικῆς, τῆς νοερᾶς ψυχῆς ζωοποιῆται τὸ σῶμα, μαρτυρεῖ ἡ γραφὴ δι' αὐτοῦ θείου ἐμφυσήματος δημιουργήσασα τῷ χοϊκῷ ἡμῶν σώματι ψυχὴν ζωτικήν. περὶ ἧς φησιν ὁ Σολομὼν πρός τινας παρανόμους, καὶ εἰδωλολάτρας. πηλοῦ ἀτιμότερος ὁ βίος αὐτῶν. ὅτι ἠγνόησαν τὸν πλάσαντα αὐτόν. καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτῷ ψυχὴν ἐνεργοῦσαν. καὶ ἐμφυσήσαντα αὐτῷ πνεῦμα ζωτικόν. Ἰδοὺ σαφῶς δι' ἐνεργείας τῆς ψυχῆς μανθάνομεν ζωοποιεῖσθαι τὸ σῶμα, καθὼς ὁ κύριος τοῦ-

περὶ

*Non mea voluntas fiat pater, sed tua.* Et, *non quæro voluntatem meam, sed patris.* Hæc hæretici.

*Luc.22.*
*Ioan.5.*

At sancti Patres hæc secundum humanam Christi naturam interpretati sunt. Si verò anima Christi intellectiua voluntate caruit; manifestum euadit; quod inuoluntariè, instar rei, quæ ratione prædita non est; diuino verbo subiecta fuerit. Sed apage ista. Nam si secundum diuinitatem perfectus fuit; similiter perfectus nobisque consubstantialis secundum humanitatem censeri debet. Quemadmodum diuinas; sic & nostras, hoc est, humanas proprietates perfectas obtinet.

Pari modo de duabus operationibus in Christo cogitandum & ratiocinandum est. nam rerum mirabilium & prodigiosarum effectiones; maximè illas, quæ absque attactu sanctißimæ carnis Christi factæ: (cuiusmodi erant, quando ad preces Chananææ mulieris filiæ ad Christum non profectæ, & puero Centurionis sanitatem contulit; quando velum templi scissum est: quando sol tenebris obscuratus; quando petræ ruptæ, sepulchra aperta; mortuique excitati; sacratißimo eius corpore iam vita orbo in cruce pendente; nihilq; horum attingente) adscribere oportet ipsi diuini Verbi diuinæ operationi: quæ sola hæc opera patrauit.

*Matth.15.*
*Matth.8.*
*Matth.27.*

Rursus humanam in Christo operationem appellamus puram illam, sanctam, inculpatam, à Deo datam, & creatam vitalemque, & viuificam actionem, à sacrosancta Christi anima manantem; qua tempore paßionis separatâ, & ex corpore eductâ; corpus derepentè exanime mansit, diuina operatione minimè ab illo seiuncta. Cæterùm quod corpus efficiatur viuum per ipsam operationem vitalis, & intellectualis animę, testatur Scriptura; cùm ait, terreno corpori nostro ex ipso Dei spiraculo animâ viuentem procreatam esse: de qua loquitur Salomon ad quosdam improbos & idololatras; *Luto vilior vita eius: quoniam ignorauit, qui se finxit: & qui inspirauit ei animam, quæ operatur, & qui insufflauit ei animam vitalem.* En perspicuè discimus per animæ operationem viuificari corpus; sicut & Dominus docet loquens de carne & sanguine: *Spiritus est, qui viuificat; caro non prodest quidquam.* Quod si aduersarius obiiciat,

*Gen.2.*
*Sap.15.*
*Ioan.6.*

περὶ σαρκὸς, καὶ ψυχῆς εἰσάγων λόγους φησίν. ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. εἰ δὲ λέγει ὁ δι' ἐναντίας. ὅτι, ὁ θεὸς λόγος ἦν ὁ ζωοποιῶν τὸ σῶμα. ἐξ ἀνάγκης εὑρίσκεται λέγων, ὅτι κατὰ στέρησιν, καὶ χωρισμὸν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λόγου τέθνηκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα. καὶ εἰ ταῦτα οὕτως, τίς ἦν χρεία, ὅλως λαβεῖν, ἢ ἔχειν αὐτὸν ζωτικὴν ψυχὴν λογικήν;

Τινὲς δὲ φασὶ, ὅτι καὶ πᾶσα αὔξησις, ἢ ἔκκρισις, ἢ ἀφαίρεσις, ἢ ἔνδεια τῆς ἁγίας σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ μὴ θεωρουμένη φυσικῶς καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος, ἐνέργεια ἀνθρωπίνη λέγεται Χριστοῦ | θεανδρικὴν δὲ ἐνέργειαν νοοῦμεν τὴν κοινοπρεπῶς πως ὑπὸ Χριστοῦ πραττομένην, καὶ θεωρουμένην. οἵα ἦν διὰ πτύσματος τοῦ τυφλοῦ ἀνάβλεψις. καὶ ἡ διὰ τῆς ἀφῆς τῆς ἁγίας αὐτοῦ χειρὸς τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου ἀνάστασις. καὶ ἡ τῶν ἄρτων εὐλογία. καὶ ἡ διὰ τοῦ δακτύλου αὐτοῦ τοῦ κωφοῦ ἴασις. καὶ διὰ τῆς οἰκείας φωνῆς τοῦ Λαζάρου ἔγερσις καὶ τῆς πλευρᾶς αἵματος ἔκκρισις ἐκ νεκροῦ σώματος. καὶ ὁ ἐπὶ τῆς θαλάσσης περίπατος. καὶ ἡ τοῦ θεοστόμου αὐτοῦ ἐμφυσήματος μετάδοσις τοῦ πνεύματος. Οἱ γοῦν αἱρετικοὶ εἰς ταύτην τὴν κοινοπρεπῆ Χριστοῦ θεανδρικὴν ἀφορῶντες ἐνέργειαν, ἀποστρέφονται τοῦ ὁμολογεῖν ἐν αὐτῷ θείαν τινὰ, ὁμοίως καὶ ζωτικὴν ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν.

Δεῖ μέντοι ἀκριβῶς, καὶ ἀναμφιβόλως ἐπίστασθαι ἡμᾶς, ὅτιπερ οἱ ἐξ ἐναντίας, ἐκ τοῦ θεωρεῖν τὸ θέλημα αὐτῶν, καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς οἰκείας ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, διηνεκῶς, καὶ ἀπαύστως πολεμουμένην, καὶ βεβορβορωμένην ὑπὸ τῆς πυρώσεως, καὶ ἐνεργείας τοῦ διαβόλου. τούτου χάριν καὶ αὐτοὶ, καὶ Νεστόριος παρῃτήσαντο εἰπεῖν ἐν Χριστῷ ἀνθρώπινον θέλημα, ἢ ἐνέργειαν. Ἀλλὰ μονοφυσῖται ταυτοβουλίαν, καὶ ταυτοπραξίαν ἐφαντάσθησαν, καθὼς περὶ τούτου διὰ πλάτους, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, καὶ ἐν ἑτέροις εἰρήκαμεν.

Σχόλιον. μὴ λανθανέτω τοὺς φιλοπόνους, ὅτιπερ ἐπειδὴ τοὺς δαιμονιζομένους, ἐνεργουμένους εἰώθαμεν ὀνομάζειν. τούτου χάριν οἱ αἱρετικοὶ. ἐπειδ' ἂν ἀκούσωσιν ἐνεργείας ἐν τῷ Χριστῷ, εὐθέως τὰς τῶν πασχόντων ἐνεργείας νομίζοντες ταύτας εἶναι, ἀγανακτοῦσι, καὶ ἀπο-

ciat, verbum diuinum viuificasse corpus, necessariò concedere debebit, corpus Christi mortuum esse seiunctione & separatione verbi diuini à corpore. Quod si ita est; quid ergo opus erat, vt animam vitalem, & rationalem assumeret aut haberet?

Quidam dicunt, omnem accretionem, aut secretionem, aut ablationem, aut indigentiam sanctissimæ carnis Christi; quæ naturaliter in ipsa diuinitate, nec re, nec consideratione insit, operationem humanam Christi appellari posse: Theandricam verò, hoc est, Deo hominiq; consonam, operationem illam nominamus; quæ communioni naturæ diuinæ & humanæ conuenienter à Christo patrata est; qualis erat cœci per lutum curatio; & excitatio filiæ Archisynagogi attactu sacrosanctæ manus Christi peracta: benedictio panum; surdi sanatio interuentu digiti; resuscitatio Lazari ministerio vocis: sanguinis fluxus ex mortuo corpore; latere perculso; ambulatio supra mare: & communicatio sancti Spiritus per insufflationem in discipulos. Hæretici oculis in hanc, Christo, vt Deus & homo est, communem competentemque operationem conuersi; abnuunt in illo diuinam quandam operationem confiteri; similiter & vitalem humanam operationem.

*Ioan.9.*
*Marc.5.*
*Luc.8.*
*Matth.14.*
*Marc.7.*
*Ioan.11.*
*Ioan.19.*
*Marc.6.*
*Ioan.20.*

Cæterùm hoc pro certo exploratoque reputandum est; Hæreticos & Nestorium, ideo in Christo humanam voluntatem & operationem non constituere; quòd videant voluntatem & operationem suæ propriæ animæ & corporis indesinenter, & absque vlla cessatione impugnari & inquinari ab inflammatione & actione Diaboli: At Monophysitæ ταυτοβουλίαν & ταυτοπραξίαν, quasi dicas *identitatem volendi & agendi*, ex cerebro suo commenti sunt; quemadmodum in sequentibus, & alibi fusè demonstrauimus.

Scholium. Nouerit studiosus lector; cum à Dæmone obsessos nominare soleamus *energumenos*, Hæretici, quando audiunt energias (hoc est, operationes) in Christo; statim arbitrantur has esse energias; quas patiuntur, quos Dæmon occupat: Quocirca indignantur, & vocabulum hoc auer-

ἀποστρέφονται τὴν τοιαύτην φωνὴν ὡς ἀληθῶς ἐνεργούμενοι ὄντες, ἤγουν δαιμονιζόμενοι.

Σὺν θεῷ. Προθεωρία τῆς ὑποθέσεως τῶν ὅρων τῆς βίβλου, ἧς ἡ ἐπωνυμία λέγεται ὁδηγός.

Τῆς καθ' ἡμᾶς ἁπάντας βροτῶν οὐσίας ἡ σύστασις ἐκ ψυχῆς λογικῆς τε μὴν, καὶ νοερᾶς· καὶ τῆς τῶν στοιχείων συνδρομῆς. ὅ ἐστι σάρξ, παρὰ τοῦ πανσόφως δεδημιουργηκότος ἔλαχε. τῆς δὲ κατ' ἀρετὴν ἐντελοῦς πολιτείας, ἐξ εὐσεβοῦς τε πίστεως, καὶ τῆς τῶν θείων ἐντολῶν τηρήσεως. τὸ κάλλος κρατύνεται· οὔτε γὰρ σῶμα ψυχῆς ἔρημον ζωὴν καθ' ἑαυτὸ κέκτηται. οὔτε μὴν ἐντολῶν τήρησις ὀρθοδοξίας ἀπηλλαγμένη, παντελῶς ὀνήσειεν τὸν ἄνθρωπον. ὅπερ γὰρ ψυχὴ σώματι, τοῦτο ὀρθοδοξία πνεύματι. οὐκοῦν σκοπήσωμεν, εἰ δοκεῖ, πρὸ πάντων, καὶ μάθωμεν, καὶ φυλάξωμεν τὴν περὶ θεοῦ, καὶ τῶν θείων ἀπαθῆ ἔννοιαν. ὅπως τοῦ θεμελίου καθαροῦ τε καὶ ἀκραδάντου προκαταβληθέντος, ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος χριστὸς, εὐσεβῶς ὑφ' ὑμῶν γεραιρόμενος, συσφίγξῃ ἡμῶν ἀμώμων εἰς ἅπαν τὸ πᾶν οἰκοδόμημα, βολαῖς ἁπάσαις, καὶ προσβολαῖς αἱρετικῆς μαγγανείας γινόμενον ἄπτωτον.

Ἐπεὶ δὲ κρηπὶς βεβαία, καὶ ἀσφαλὴς θεμέλιος λογικῆς ἁπάσης σοφίας πέφυκεν ἡ τῶν πραγματικῶν ὅρων προκατάληψίς τε, καὶ πρόγνωσις. προηγείσθωσαν οὖν ὥσπερ τινὲς ἀσφαλεῖς ὁδηγοὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως. ὀλίγοις γὰρ καὶ μάλιστα τοῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν γενεὰν σπουδὴ, καὶ πόνος γέγονεν ἡ τῶν ὅρων παίδευσίς τε, καὶ πρόγνωσις. ἀλλ' οὕτω πως, ὥσπερ ἔν τινι νυκτομαχίᾳ, μᾶλλον δὲ τυφλομαχίᾳ οἱ πολλοὶ τῶν αἱρετικῶν, οἷς συνετύχομεν, τὰ περὶ χριστοῦ δογματίζειν ἐδοκίμαζον· οἷς ὡς ἀληθῶς καὶ πλατὺν γέλωτα καταχέομεν. καὶ μάλιστα κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν. τί γὰρ ἂν καὶ ἔσται τούτου καταγελαστότερον; περὶ φύσεως ἐδογμάτιζον, καὶ τί ἐστι φύσεως ὅρος, ὅλως οὐκ ἠπίσταντο. περὶ ὑποστά-

σεως

ſantur non aliter quàm *energumeni*; hoc eſt,à Dæmonibus exagitati.

*Diuina gratia opitulante. Protheoria ſeu conſideratio ad definitiones, explicatas in libro, qui ὁδηγὸς inſcribitur.*

VNiuerſa generis noſtri; hoc eſt, humana natura & cõpoſitio, animam rationalem & intellectualem; & concretionem ex elementis; quam carnem dicimus; à ſupremo rerum conditore ſortita eſt, at vita ad virtutis normam conformata, ex pietate, fide, diuinorumq; mandatorum obſeruantia, pulchritudinem ſuam ducit. Neque enim corpus anima deſtitutum vitam per ſe obtinet: neque mandatorum obſeruatio, ſi cum vera & orthodoxa doctrina non iungatur; quidquam emolumenti parit. Nam quod anima corpori, hoc præſtat ſpiritui orthodoxia, & recta de rebus diuinis exiſtimatio. Ante omnia igitur in id incumbamus, eoque omnem induſtriam conferamus, vt puram & ab omni labe integram de cœleſti doctrina ſententiam cuſtodiamus, vt fundamento puro & immoto iacto angularis lapis Chriſtus à nobis honoretur, noſque omnes culpæ exſortes in hoc ſpirituale ædificium appoſitè coagmentet ac componat; vt ab omnibus hæreticæ impoſturæ impreſsionibus & incurſibus illæſi perſiſtamus.

Quia verò ſtabile & inconcuſſum fundamentum omnis ſapientiæ, quæ à ratione proficiſcitur, cõſueuit eſſe præceptio & prænotio definitionum propoſito argumento inſeruientium; ideo oportet, vt iſtæ antecedant, tanquam præſentis argumenti certiſsimæ duces. Paucis enim, & his minimè omnium, qui æuo noſtro degunt, curæ cordique fuit, vt definitiones benè cognitas, perſpectaſque haberent; ſed quaſi in nocturna, vel potius cœcorum pugna, multi hæreticorum, cũ quibus manus conſeruimus; de dogmatibus ad Chriſtum pertinentibus, digladiabantur. Quos meritò effuſè riſimus; potiſsimùm illos; qui Alexandriæ viuunt. Quid enim magis ridiculum eſt; de natura noua dogmata cudebant, & diſceptabant, & quæ naturæ definitio eſſet, penitus ignorabant.

σεως ἐφιλονείκουν, καὶ τί ἐστιν ὑπόστασις, οὐκ ἐγίνωσκον, καὶ τὰ λοι-
πὰ ὁμοίως. Ἡμεῖς γοῦν, τῇ συνεργείᾳ τοῦ χριστοῦ, ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας,
ἐκ πατρικῆς παραδόσεως παραλαβόντες μερικῶς τὴν τῶν ὅρων
παράδοσιν. μετὰ θεὸν δι' αὐτῆς τρεπομένους, καὶ ἠτιμωμένους πάντας
τοὺς ἀντιδίκους θεασάμενοι, παρακαλοῦμεν πρὸ πάντων τὴν τῶν ὅ-
ρων ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν. καὶ μάλιστα τῶν εἰς δόγμα συντει-
νόντων χριστοῦ. ὅπως μὴ ἔσεσθε τυφλοὶ βάρβαροι, καὶ ὁ λαλῶν σὺν
ὑμῖν βάρβαρος.

Εἰδέναι μὲν τοί γε πρὸ πάντων ἐχρῆν, ὡς ἡ παράδοσις τῆς κα-
θολικῆς ἐκκλησίας οὐ στοιχεῖ, οὐδὲ ἕπεται τοῖς ἑλλήνων φιλοσοφικοῖς
εἰς ἅπαν ὅροις. καὶ μάλιστα ἐν τῷ κατὰ χριστὸν μυστηρίῳ, καὶ τῷ
τριαδικῷ λόγῳ. ἀλλὰ ἰδίῳ τινὶ, καὶ εὐαγγελικῷ, καὶ ἀποστολικῷ
στοιχεῖ θεοπρεπῶς κανόνι. ὑπὲρ γὰρ τοὺς φυσικοὺς ὅρους, καὶ νόμους
ἐστὶ τὸ τῆς θεότητος μυστήριον. ὅπερ οἱ αἱρετικοὶ μὴ διακρίναντες ἐ-
πλανήθησαν. διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ Παῦλος, ὅτι οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας
λόγοις τοῦ αἰῶνος τούτου κηρύττει τὸν χριστόν. ὅτι μωρία ἐστὶ παρὰ θεῷ
ἡ ἐγκύκλιος φιλοσοφία.

Ὅρα γοῦν ὅτι ὁ πρῶτος ὅρος αὐτῆς οὕτω λέγει. Τὰ κατὰ φύ-
σιν ἑαυτοῖς ἐναντία, πρὸς τὴν ἀλλήλων κοινωνίαν ἀδύνατον συνελ-
θεῖν. οἷον, ὡς τὸ πῦρ ἀδύνατον ἀπαθῶς ἑνωθῆναι τῷ χόρτῳ. ἐμὴν
ὁ πρῶτος ὅρος τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀνατρέπει τὸν πρῶτον ἐν φιλο-
σοφίᾳ ὅρον. παρθενίαν, καὶ τόκον, καὶ θεῖον πῦρ πρὸς ἐναντίαν φύ-
σιν, σαρκὸς κοινωνίαν, καὶ ἕνωσιν κηρύττων.

Δεύτερος φιλοσοφίας ὅρος. Ἀπερίγραπτόν ἐστι μοναδικὴ ὑπό-
στασις τῶν πάντων περιεκτική. δυάδα γὰρ, καὶ τριάδα, ἀπερίγρα-
πτον ἀδύνατον λέγειν. ἐν γὰρ τῇ περιγραφῇ τῆς μονάδος, γνωρίζεται
δυάς. ἡ δὲ ἁγία ἐκκλησία τρεῖς ὑποστάσεις ἀπεριγράπτους θεοῦ
ὁμολογεῖ. Πάλιν ὁ Πλάτων φησὶν, ὅτι πατρότης ἐστὶ πρὸ ὕπαρξις
υἱότητος. ἡ δὲ ἐκκλησία συνύπαρκτον, καὶ συνάναρχον λέγει τὸν
υἱὸν τῷ πατρὶ, πρὸ τῶν αἰώνων.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα καλῶς ὁ θεόφρων Βασίλειος ἐπιστά-
μενός φησι πρὸς Ἀμφιλόχιον. Φύσις, καὶ οὐσία ἐν τοῖς ἐκκλησια-

De hypoſtaſi contendebant; & quid hypoſtaſis eſſet, non cognoſcebant. Nos igitur, ope Chriſti, à teneris vnguiculis per paternam traditionem, ſcientia definitionum accuratè accepta; & conſpicati, poſt Deum, per illam omnes aduerſarios fuſos fugatosque eſſe: hortamur vt ante omnia habeatur ſedula definitionum cura: maximè illarum, quæ ad defenſionem doctrinæ de Chriſto faciunt; ne ſitis barbari cæcitate percuſsi, isque, qui vobiſcum loquitur, item barbarus.

*Idem contingit hodiernis Nouatoribus, præſertim Vbiquetariis.*

Principiò ſcire oportet, traditionem Eccleſię nequaquam in omnibus ſectari & inſequi Gręcorum philoſophorum finitiones: præcipuè in diſputatione de myſterio Chriſti & ſacroſanctæ Trinitatis: ſed ſuas quaſdam ex Euangelicis & Apoſtolicis fontibus deductas ſequitur regulas. Nam myſterium de diuinitate omnes naturales definitiones & leges tranſcendit. Quod cum hæretici non aduerterint, à recta via exciderunt. Propterea dicebat Paulus, *ſe non in perſuaſibilibus ſapientiæ huius mundi ſermonibus* prædicare Chriſtum; eo quod ſapientia huius mundi, & omnis philoſophiæ cognitio, ſit *ſtultitia* apud Deum.

*1. Cor. 2.*

Aduerte igitur, quid prima Philoſophiæ definitio ſanciat. *Quæ naturâ ſibi mutuò aduerſantur, impoſsibile eſt in mutuam communionem venire.* Exempli gratia: fieri non poteſt, vt ignis fœno iungatur ſine noxa. Atqui prima ſalutis noſtræ definitio euertit primam philoſophiæ definitionem; dum docent, virginitatem & partum, diuinumque ignem, & naturam carnis in vnam communionem & ſocietatem coaluiſſe.

Altera philoſophiæ definitio. *Sola illa & vnica hypoſtaſis, quæ omnia continet, incircumſcripta eſt*; fieri enim non poteſt; vt quis binarium, aut ternarium incircumſcriptum dicat; nam in circumſcriptione vnitatis ineſt binarius. At verò ſancta Eccleſia tres hypoſtaſes incircumſcriptas in Deo confitetur. Rurſus Plato ait: *Paternitatem prius eſſe, quàm ſit ratio filij.* Eccleſia verò docet filium ſimul cum Patre ante omnia ſæcula exiſtere; pariterque initij expertem eſſe.

Hæc & alia huius generis probè ſciens diuinus Baſilius ſic ſcribit ad Amphilochium. *Natura & eſſentia in Eccleſiaſticis dog-*

σικοῖς δόγμασιν ἕν ἐστιν. εἰπὼν δὲ ὁ πατὴρ, ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς δόγμασιν ἐσήμανεν, ὅτι ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς οὐχ ἕν τι ἐστιν οὐσία, καὶ φύσις. διὰ τοῦτο καὶ κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ, καὶ γνώσει, πεποίηκεν ἰδιαζόντως ὅρους ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, ὡς φοιτητὴς, καὶ θρέμμα γνήσιον ὑπάρχων τῶν ἁγίων Πέτρου, καὶ Παύλου μάλιστα τοῦ πανσόφου. καὶ ἀκούσας αὐτοὺς ἀποβαλλομένους, καὶ λίαν μυσαττομένους. καὶ καθυβρίζοντος τὴν ἑλληνικὴν σοφίαν.

Πρώτη ἐρώτησις παρ᾽ ἡμῶν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ χριστοῦ ἀντιλέγειν ἐρχομένους πρὸς ἡμᾶς.

Πόθεν ἤτοι ἐκ τίνος, ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ παρέλαβεν ἡ ἐκκλησία, πρὸ πάντων, φύσιν; καὶ τίς ὁ εἰπὼν αὐτὴν ἐνέργειαν, καὶ ποῦ ἔμαθεν τὸ γένος; καὶ τίς πρὸ πάντων εἴρηκε, τὸ, θέλημα; καὶ ποῦ τὴν ὑπόστασιν; καὶ ποῦ τὴν οὐσίαν ἐν πρώτοις ἀκήκοε Σολομῶν, Μωϋσῆς, Λευιτικὸν, οἱ ψαλμοὶ, ὁ ψαλμός; Ἀποροῦντος δὲ αὐτοῦ τῶν τοιούτων ἀποδείξεων, πρώτη ἧττα αὐτοῦ αὕτη γενήσεται.

Σχόλιον. Ἔνθα κεῖται τὸ α. ὁ ὅρος δηλοῦται. ἔνθα δὲ πρόκειται τὸ β. τὴν ἐτυμολογίαν δηλοῖ. ὅπου δὲ πάλιν τὸ γ. τοὺς τρόπους σημαίνει.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Σὺν θεῷ. Ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν, καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας λεγόμενοι. συλλεγέντες ἀπό τε κλήμεντος, καὶ ὁσίων πατέρων· οὓς δεῖ πρὸ παντὸς ἑτέρου μαθήματος ἐνστηθίζειν τὸν τῇ βοηθείᾳ τοῦ θεοῦ προΐστασθαι τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας βουλόμενον.

Πρὸς δὲ ἀκριβεστέραν παράδοσιν, κἀκεῖνο εἰδέναι ἐχρῆν, ὅτι περ πᾶν τὸ οἷον οὖν ζήτημα, ἢ ἐρώτημα, τρεῖς γενικὰς ἐρωτήσεις, καὶ ἐξετάσεις ἔχει. οὕτως ἀπορούμεναι παρ᾽ ἡμῶν πρὸς τοὺς ἀντιδίκους· οἷον, τί ἐστι θεός; καὶ, καθότι εἴρηται θεός; καὶ ὁσαχῶς νοεῖται θεός; καὶ ὅτε μὲν ἐρωτῶμεν λέγον-

*matis idem sunt*; significans in Græcorum schola naturam & essentiam distingui. Quamobrem præstantissimus ille sapientiâ & doctrinâ Clemens composuit proprias Ecclesiasticorum dogmatum definitiones, tanquam genuinus sanctorum Petri, & maximè sapientissimi Pauli discipulus, cùm audisset ipsum valdè repudiare, & detestari Græcanicam sapientiam.

*Prima quæstio ad Hæreticos, qui veniunt contradicturi nobis de Incarnatione Christi.*

VNde, vel ex quonam fonte sacrarum litterarum hausit Ecclesia primùm naturæ vocabulum? Et quis energiam, hoc est, operationem, introduxit, & vnde didicit *genus*? Et quis primus voluntatis nomen protulit: & vbi de hypostasi, vsia seu essentia quidquam audiuit Salomon, Moyses, Liber Leuitici, Psalmi, Psalmus? cùm autem Hæreticus horũ omnium probatione ac demonstratione destituatur, certum est, illum, hoc primo statim congressu, deuictum prostratumque iri.

Scholion. Vbi signatur α; noueris definitionem indicari: Vbi β positum; Etymologiam. Vbi γ, modos.

*Omisimus hæc signa, tanquã non necessaria. Neq; in autographo Græco exstabant.*

## CAPVT SECVNDVM.

*Diuina adiuuante gratia, variæ definitiones secundum traditionem sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ à Clemente & sanctis Patribus collectæ, quas ante omnes alias disciplinas discere oportet illum, qui diuina adiutus gratia verbo pietatis præesse cogitat.*

AD accuratiorem verò tractationem, illud quoque scire conuenit, omnem quæstionem seu interrogationem tres quæstiones, & inquisitiones continere, dubitationis aliquid inter nos, & aduersarios complectentes. Exempli gratia. Quid est Deus? Et, vnde dictus est Deus? Et quot modis dicitur Deus? Et quidem,

*Exstãt istæ definitiones Græcè & Latinè Tom. 2. operum S. Athanasij. Inuenimus easdem Græcè in M.S. Cod. Bauarico.*

λέγοντες, τί ἐστι θεός; πρόδηλον, ὅτι τὸν ὅρον τοῦ πράγματος ζητοῦμεν. ὅτε δὲ λέγομεν, κατὰ τί θεὸς εἴρηται; τὴν ἐτυμολογίαν αὐτὴν τοῦ ὀνόματος ἀπαιτοῦμεν. ἡνίκα δὲ πάλιν λέγομεν, ὅτι ὁσαχῶς νοεῖται ἡ θεοῦ προσηγορία, πρόδηλον, ὅτι τὸ κατὰ πόσους τρόπους εἴρηται θεός, εἰπεῖν ἡμῖν αὐτοὺς εἰσπράττομεν. ὁ γοῦν ἐκτὸς εἰδήσεως τῶν ὅρων, δογματίζειν ἐπιχειρῶν, οὐδὲν διαφέρει τυφλοῦ ὁδοιπόρου, ὧδε, κἀκεῖσε πλαζομένου. Ἀρκτέον τοίνυν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ, τελείως ποιεῖσθαι τὰς ἐξετάσεις τῶν ὅρων, τί ἐστιν ὅρος, καὶ κατὰ τί εἴρηται ὅρος, καὶ ὁσαχῶς νοεῖται ὁ ὅρος;

Ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος δηλωτικὸς τῆς ὑποκειμένης οὐσίας τῷ πράγματι. Ὅροι δὲ λέγονται, ὡς ὁράσεις, καὶ ὀφθαλμοὶ τῶν πραγμάτων ὑπάρχοντες. ἤτοι περιλέγοντες συντόμως τὴν τοῦ νοήματος δύναμιν, οἷον, ἀνθρώπου λέγομεν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν οὐσία ἔνσαρκος, καὶ ψυχῆς, καὶ λόγου, καὶ αἵματος, καὶ στοιχείων, καὶ ἑτέρων πλειόνων. περιορίζομεν ταῦτα διὰ τοῦ ὅρου λέγοντες. ὅτι ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικόν, θνητόν, νοῦ, καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Πολλοὶ μὲν οὖν εἰσὶ καὶ ἀναρίθμητοι ὅροι περὶ παντὸς πράγματος. ἐκ πολλῶν δὲ ὀλίγους τοὺς κυριοτέρους ἐντάττομεν διὰ τὸ ῥᾴθυμον τῶν νῦν ἀνθρώπων.

Πλὴν τοῦτο γνωστέον, καὶ πιστευτέον, ὅτι ὁ φιλοπόνως πράττων τοὺς ὅρους, ῥήτορας, καὶ δεινοὺς πολυλόγους δυνήσεται εὐχερῶς ἐν ταῖς διαλέξεσιν ἐπιστομίζειν. ἐπὰν γὰρ ἐρωτηθῇ, τί ἐστι λόγος: καὶ κατὰ τί εἴρηται λόγος; ὁσαχῶς ὁ λόγος; καὶ ἀπορήσει εἰπεῖν τοὺς ὅρους ὁ δι᾽ ἐναντίας· καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς λοιπὸν καταισχύνεται ὡς μηδὲν ἐπιστάμενος.

Ὅρος τῶν ὅρων ἐστὶν, ὁ πάντα μὲν ὁρίζων, αὐτὸς δὲ ὑπ᾽ οὐδενὸς ὁριζόμενος. ὅστις ἐστὶν ὁ μόνος ὅρος τῶν ὅρων θεός. Ἀόριστόν ἐστι τὸ κατ᾽ οὐσίαν ἀσήμαντον θεός. Δυσόριστόν ἐστι τὸ μὴ καθόλου, ἀλλ᾽ ἐκ μέρους γινωσκόμενον· οἷον, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. Τρία ἐστὶ κατ᾽ οὐσίαν ἀνθρώποις ἄγνωστα, καὶ ἄῤῥητα. θεός, καὶ ἄγγελος, καὶ ψυχή. μόνῳ τῷ θεῷ γνωριζόμενα κατ᾽ οὐσίαν. λοιπὸν ὁ καλῶς διαπο-

ρῶν

dem, quando ſciſcitamur, quid eſt Deus? planum eſt, nos definitionem rei quærere. Quando autem percontamur; Vnde dictus eſt Deus? Etymologiam ſeu notationem nominis poſtulamus. Quando rurſus petimus; Quot modis Dei appellatio accipitur? liquet nos indicari nobis velle, quot modis hoc nomen *Deus* vſurpetur. Qui igitur abſque ſcientia definitionum de dogmatibus diſceptare ingreditur, is nihil differt à cœco viatore; qui hàc illácque temerè oberrat. Auſpicandum ergo eſt prædicto modo, & triplex de definitionibus inſtituenda inquiſitio, quid ſcilicet ſit definitio; vnde dicatur; & quotuplex eius notio.

*Num. 116. edit. Athan. valde diſcrepat ab Auguſt. & Bauarico codd. & longè eſt conciſior.*

Definitio eſt oratio breuis notificans ſubiectam rei eſſentiam. Nominantur ὅροι, (definitiones) quaſi ſint ὁράσεις, *intuitus & oculi rerum.* Vel quia mentis vim paucis circumſcribunt. Nam loco huius: *Homo eſt ſubſtantia ex carne, anima, ratione, ſanguine, elementis aliiſq; pluribus conflata*; breuiter rem per definitionem in hunc modum circumſcribimus: *Homo eſt animal rationale, mortale; mentis & ſcientiæ capax.* Multæ quidem ſunt & innnumeræ definitiones de qualibet re; Ex multis autem paucas duntaxat adferemus propter ſocordiam hominum huius ætatis.

Attamen illud obſeruare & credere oportet, eum, qui accuratè definitiones inſtituerit, facilè in cōgreſsionibus ſilentium impoſiturum, & Rhetoribus, & quibuſuis aliis vi dicendi pollentibus: Si enim interrogetur, quid ſit ὁ λόγος, *oratio*, vnde & quot modis dicatur λόγος; & aduerſarius in aſsignādis definitionibus fluctuet, in reliquis etiam de cætero, tanquam indoctus rubore ſuffunditur.

Definitio definitionum eſt; quæ omnia quidem definit; ipſa verò à nullo definitur. Qualis definitio finitionum ſolus Deus eſt. Definiri nequit; quod ſecundum eſſentiam ſuam ſub ſignificationem non cadit; vt Deus. Difficulter definiri poteſt, quod non eſt vniuerſale, ſed ex parte cognitum, vt lignum vitæ. Tria ſunt ſecundum eſſentiam ſuam hominibus incognita & inexplicabilia: *Deus, Angelus, & anima*, ſoli Deo ſecundum ſubſtantiam perſpecta. Poſtea; qui cum aduerſario

ρῶν πρὸς τὴν δι' ἐναντίας, οὕτω λέγει. τί ὅρος; καὶ τί τὸ ἀόριστον; καὶ τί τὸ δυσόριστον; καὶ οἷον εὐόριστον. Εὐόριστον δέ ἐστι τὸ ψηλαφώμενον, καὶ φθειρόμενον. οἷον, ὁ ἄρτος, καὶ τὰ ὅμοια. Ὅριόν ἐστιν ἀνυπέρβατος στάσις. Ἀόριστον δέ ἐστι τὸ μόνον ἄκτιστον, θεός. δυσόριστον δὲ τὸ κτιστὸν, καὶ ἀόριστον. οἷον, ἄγγελος, ψυχὴ, δαίμων.

## Τί θεός; καὶ κατὰ τί θεός; καὶ ὁσαχῶς εἴρηται τὸ, θεός;

Καὶ θεὸς μέν ἐστιν οὐσία ἀναίτιος, αἰτία παναλκὴς, πάσης αἰτίας αἰτία τις ὑπερούσιος. θεός ἐστιν ἀνώνυμος, καὶ ἀσήμαντος παρ' ἀνθρώποις ὕπαρξις, πάσης ὑπάρξεως ποιητική. ἀκοινώνητον γὰρ ὄνομα, εἶπεν ὁ Σολομῶν, εἶναι τὸν θεόν. Ἀκοινώνητον δὲ ὄνομά ἐστι, τὸ μήτε ἀνθρώποις, μήτε ἀγγέλοις ἀκουσθὲν, ἢ ἐννοηθέν. ὁσαχῶς ἡ, θεός, προσηγορία εἴρηται ἐν τῇ γραφῇ; καὶ δῆλον, ὅτι διττῶς. φύσει, καὶ σχέσει. φύσει μὲν ὁ ποιητής. σχέσει δὲ, καὶ χάριτι, ὡς οἱ δίκαιοι λέγονται θεοί.

Ἐρώτησις. ἡ, θεὸς, προσηγορία, πότερον οὐσιώδης, ἢ προσωπικὴ, ἢ ἐνεργητικὴ, ἢ τοπικὴ καθέστηκε, καὶ μεταφορική; Ἀπόκρισις. καὶ πρόδηλον, ὅτι ἐνεργητικὴ τυγχάνει. οὐ γὰρ αὐτὴν τοῦ θεοῦ οὐσίαν ἡμῖν παρίστησιν. ἀδύνατον γὰρ ταύτην γνῶναι, ἀλλὰ μόνην τὴν θεωρητικὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν δηλοῖ τὸ, θεός.

## Περὶ πατρότητος.

Τί πατήρ: καὶ κατὰ τί εἴρηται πατήρ; καὶ ὁσαχῶς ἐπὶ θεοῦ ἡ πατρότης; Πατὴρ μὲν οὖν κυρίως εἴρηται ἀναίτιος ὑπόστασις, γεννητικὴ, ἀγέννητος. εἴρηται δὲ πατὴρ, ἢ ὡς τὰ πάντα τηρῶν, ἢ ὡς τοὺς οἰκείους παῖδας τηρῶν, οἷον πατήρ. διττῶς δὲ λέγεται πατὴρ ὁ θεός. φύσει, καὶ χάριτι. φύσει μὲν, τοῦ ἰδίου, καὶ ὁ-

rectè rem gerit; is ſciſcitatur, quid ſit definitio; & quid illud, quod definiri nequit, & quid, quod difficulter definiri poteſt; & quid τὸ εὐόριστον, quod facilè definiri poteſt. Facilè definitur, quod ſub tactum cadit; quodque interitui obnoxium; vt panis & ſimilia. Finis eſt limes ſeu terminus, quem tranſcendere non licet. Definitionis expers eſt ſolus increatus Deus. Non facilè definitur ex creatis rebus, *Angelus, anima, dæmon.*

### *Quid Deus; vnde dicatur, & quot modis vox hæc vſurpetur?*

DEVS eſt ſubſtantia cauſſæ expers; cauſſa omnipotens omnis cauſſæ. Cauſſa quædam ſupra ſubſtantiam. Deus ſubſtantia eſt; quæ ab hominibus nec nominari, nec ſignificari valet; ſubſtantia omnis ſubſtantiæ effectrix: Nam nomen Dei *incommunicabile* eſſe Salomon pronunciauit. Incommunicabile verò nomen eſt, quod nec ab hominibus, nec ab Angelis auditu perceptum; & mente comprehenſum eſt. Quot modis Dei appellatio in ſcriptura accipitur? Clarum eſt; duobus accipi, ſcilicet ſecundum naturam; & ſecundum habitudinem. Natura Deus dicitur creator rerum omnium; habitudine & gratia *Dij* nominantur iuſti.

*Sap.14.*

*Pſalm.81.*
*Ioan.10.*

Interrogatio. Num Dei appellatio eſſentiam an perſonam, an operationem denotat? Item, num propria eſt, an metaphorica & translatitia? Reſponſio. Operationem ſignificat; quod per ſe liquidum. neque enim ipſam Dei ſubſtantiam intelligentiæ noſtræ ſubiicit; fieri namque non poteſt, vt ea cognoſcatur; ſed ſolam potentiam agendi; quam Deo ineſſe cogitatione apprehendimus, vocabulum Dei nobis repræſentat.

## *De Paternitate.*

QVid Pater, & vnde & quot modis dicitur Paternitas in Deo? Pater propriè nominatur hypoſtaſis cauſſæ expers, generans & ingenita. Dicitur Pater, vel ὡς τὰ πάντα τηρῶν, quaſi omnia conſeruans, vel tanquam filios conſeruãs,

μουσίου θεοῦ λόγου. χάριτι δὲ τὸ ἡμῶν. ὡς τό, ἐγὼ εἶπον, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες.

## Περὶ υἱότητος.

Τί υἱός; καὶ κατὰ τί εἴρηται υἱός; καὶ ὁσαχῶς ὁ υἱὸς νοεῖται; καὶ υἱὸς μὲν κυρίως ἐστὶ δευτερότης ὑποστάσεως ἐν ταυτότητι φύσεως. ἢ αὔξησις προσώπων ὁμογενής. ἢ * πρόοδος φύσεως εἰς συγγένειαν γνωριζομένη. υἱὸς δὲ κυρίως εἴρηται, ὡς ἂν εἴποις οἶος. οἷος γὰρ ὁ πατὴρ τὴν οὐσίαν, τοιοῦτος ὁ μονογενής, καὶ ὁ υἱὸς εἴτε ἐξ ἀκτῖνος ἀκτὶς, εἴτε ἐκ θνητοῦ θνητός, καὶ βροτοῦ βροτός. κατὰ δύο δὲ τρόπους πάλιν εἴρηται ἐπὶ θεοῦ ἡ υἱότης. φύσει, καὶ χάριτι. φύσει, υἱὸς ὁ θεὸς λόγος. χάριτι δέ, οἱ δίκαιοι.

C.B. ἡ πρόοδος φύσεως, ἡ συγγένεια γνωριζομένη. Cognita cognatio.

## Περὶ πνεύματος.

Τί πνεῦμα; κατὰ τί εἴρηται πνεῦμα; καὶ ὁσαχῶς λέγεται ἐν τῇ γραφῇ τὸ πνεῦμα; καὶ πνεῦμα μέν ἐστι λεπτή, καὶ ἄυλος, καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτὴ ὕπαρξις. πνεῦμα δὲ εἴρηται, ὡσανεὶ πᾶν νεῦμα· δι' αὐτό, ὡς νεῦμα, ὀξέως παντὶ νεῦον, καὶ κινούμενον. εἴρηται δὲ τὸ πνεῦμα ἐν τῇ γραφῇ τετραχῶς. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πνεῦμα ὁ ἄγγελος. πνεῦμα ἡ ψυχή. πνεῦμα καὶ ὁ ἄνεμος. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὁ νοῦς εἴρηται πνεῦμα. τριάς ἐστι κατὰ μὲν τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, μονάδων σύνθεσις· κατὰ δὲ τὴν θεϊκὴν οὐσίαν ὑπερφάλαιθμος ὕπαρξις.

## Περὶ ἀϊδιότητος.

Ἀΐδιόν ἐστι τὸ ἀεὶ * διόν, ἤγουν τὸ μηδέποτε ἀρξάμενον, οὐδὲ λῆγον. οὐ πᾶν ἀτελεύτητον, πάντως καὶ ἄναρχον. οἱ γὰρ ἄγγελοι, καὶ αἱ ψυχαί, ἀρχὴν μὲν ἔχουσι τοῦ εἶναι. τέλος δὲ οὐκ ἔχουσι.

*C.B. τὸ ἀεὶ ὄν. Rectè. Expressi tamen lect. Cod. Ang.

Περὶ

quaſi * πατὴρ. Dupliciter autem dicitur Deus Pater, naturâ & gratia. Naturâ pater eſt proprij ſui, & ſibi conſubſtantialis Verbi: gratiâ verò noſter: iuxta illud: *Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes.*

* *Vide 1. leg.* οἷον πατήρ; *vt alludat ad illud:* τοὺς παῖδας τηρῶν. *Ioan. 10.*

## *De filiatione.*

QVid filius; & vnde, & quot modis dicitur? filius propriè eſt geminatio ſeu iteratio hypoſtaſeos in eadem natura; vel perſonarum in eadem natura multiplicatio; vel proceſsio naturæ in communionem eiuſdem ſubſtantiæ. υἱὸς filius propriè dicitur, quaſi dixeris οἷος, *Qualis.* Nam qualis pater ſecundum eſſentiam, talis eſt & vnigenitus filius, videlicet ex increato increatus, ſiue ex mortali mortalis. Duobus verò modis dicitur filius de Deo, natura & gratia. Natura de verbo diuino, gratia de nobis,

## *De ſpiritu.*

QVid ſpiritus; vnde; & quotupliciter in ſcriptura vſurpatur? Spiritus eſt ſubtilis & tenuis, materiæ & figuræ expers ſubſtantia per proceſsionem. Dicitur ſpiritus πνεῦμα, quaſi πᾶν νεῦμα *omnis nutus*: eò quod nutus inſtar celeriter quocunq; volet, feratur & moueatur. Accipitur ſpiritus quatuor modis in ſcriptura: pro Spiritu ſancto, pro Angelo, pro anima & pro vento. Adhæc mens quoque ſpiritus vocatur. Trias ſeu Trinitas, ſi rem naturæ curſu metiri velimus, nihil aliud eſt; quàm vnitatum compoſitio. At in diuinis eſt Trinitas ſubſtantia, ſeu ſubſiſtentia omnem numerum ſupergreſſa.

## *De æternitate.*

Ἀΐδιον, æternum eſt, τὸ ἀεὶ διόν; quod ſemper & omnia permeat, ſiue quod principio & fine caret. Non omne quod finis eſt expers, caret etiam initio. nam Angeli & animæ initium ſuæ procreationis habuerunt; finem verò non habent.

## Περὶ ἰδιώματος.

Ἰδίωμα λέγεται τὸ κυρίως ἔν τινι φύσει γνωριζόμενον, ἐν ἑτέρᾳ δὲ οὐσίᾳ μηδαμῶς ὑπάρχον. ὥσπερ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ γελαστικόν. οὐ γάρ ἐστι γέλως ἐν ἄλλῃ οἱᾳδή ποτε φύσει.

## Περὶ φύσεως.

Τί φύσις: καὶ ὁσαχῶς ἡ φύσις; καὶ κατὰ τί εἴρηται φύσις; καὶ φύσις μέν ἐστι κατὰ τὸ φρόνημα τῆς ἐκκλησίας, ἀληθὴς πράγματος ὕπαρξις. Κατὰ δὲ Ἀριστοτέλην, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας, πολυτρόπως ἡ φύσις ὁρίζεται. οὕστινας ὅρους οἱ ἀπὸ Σευήρου κρατοῦντες, ἀπεπλανήθησαν. φύσις ἐστὶ κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, πᾶν τὸ ἐν ἀληθείᾳ ὄν· ἀλλ' οὐκ ἐν φαντασίᾳ λεγόμενον, καθὰ πλατύτερον λέξομεν ἑξῆς. φύσιν λέγει ἡ ἐκκλησία τὴν τῶν ὑπαρχόντων ἀλήθειαν, ἤγουν τὸ τούτων ἐνούσιον. φύσις δὲ εἴρηται διὰ τὸ πεφυκέναι, καὶ εἶναι, ὥσπερ καὶ οὐσία, ὡς οὖσα, καὶ ἐν ἀληθείᾳ γνωριζομένη. φύσις, καὶ οὐσία, καὶ γένος, καὶ μορφὴ, ἕν, καὶ τὸ αὐτό εἰσιν ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς δόγμασιν· ὥσπερ ὁ ἄρτος, καὶ τὸ ψωμίον, καὶ τὸ * βουκίν. διὸ καὶ τὸ ἔμφυτον, καὶ τὸ ἐνούσιον ταυτόν τί ἐστι.

* C.B. βουκίον.

* Τετραχῶς δὲ εἴρηται ἡ φύσις, ὡς προεῖπον. οὐσία, καὶ φύσις, καὶ γένος, καὶ μορφή. εἴρηται τοίνυν τῷ σοφῷ Σολομῶντι περὶ τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. ὅτι μάταιοι, πάντες ἄνθρωποι φύσει. οἱ ἔχοντες ἀγνωσίαν θεοῦ. καὶ πάλιν εἴρηται τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ περὶ ἡμῶν τῶν ἐθνῶν. ὅτι ἦμέν ποτε τέκνα φύσει ὀργῆς. Ἐὰν οὖν φυσικῶς, ἤτοι αὐτοφυῶς εἰσιν οἱ ἀσεβεῖς μάταιοι, ἀνέγκλητοί εἰσι. τὰ γὰρ ἐκ φύσεως φυσικῶς ἡμῖν ἐνυπάρχοντα, ἀδιάβλητα, καὶ ἀκατάγνωστα εἰσιν, ὡς φυσικῶς ἐν ἡμῖν ὑπὸ θεοῦ δημιουργηθέντα, ὥσπερ τὸ ἀναπνεῖν, καὶ τὸ ἐσθίειν, καὶ τὸ καθεύδειν. Καὶ εὑρεθήσεται ὁ θεὸς φυσικῶς δημιουργήσας ἐν ἀνθρώποις τὴν ματαιότητα. ὡσαύ-

* *Hac qua de natura sequuntur, non comparent in Cod. Bauar.*

τως

## De Idiomate seu proprietate.

PRoprietas dicitur, quod alicui naturæ propriè competit; inque alia natura non reperitur: quemadmodum in homine *risibile*. In nulla enim alia natura qualiscunque illa sit; risus inest.

## De natura.

QVid natura; quotupliciter, & vnde dicitur? Natura ex Ecclesiasticæ doctrinæ regula, est vera rei existentia: Secundum Aristotelem verò, aliosque Græcos multifariam natura definitur; quas definitiones Seueriani sectati à veritate exciderunt. Natura, ex Apostoli institutione, est omne, quod in veritate existit; nec à sola phantasia fingitur; de quo postea copiosius. Ecclesia naturã vocat ipsam rerum exsistentium veritatẽ; siue id quod essentiæ illarum insitũ est. Natura dicitur à nascendo, & quod sit seu existat; sicut & οὐσία, essentia dicitur quasi ὄντα; *ens*, existens, quæ verè concipitur seu cogitatur esse. Natura; & οὐσία seu essentia, & genus & forma vnum idemq; in Ecclesiasticis dogmatibus significant; quemadmodum panis; frustulum & buccella idem sonãt. Quare & innatum, & τὸ οὐσιῶδες, quod essentiæ insitum est; idem sunt.

Porrò quadrifariam appellatur natura; vt antea dixi, essentia videlicet, natura, genus, & forma. Apud sapientissimũ Salomonem de impiis pronunciatum legimus: *Vani sunt omnes homines* naturâ, *in quibus non subest scientia Dei.* Et diuinus Apostolus de nobis Ethnicis asserit: *Eramus* naturâ *aliquando filij iræ.* Si igitur impij naturâ vani sunt; vanitatemque naturæ insitam habent, reprehensione carent; Nam quæ naturaliter nobis à natura insunt; ea reprehendi & damnari nequeunt: vtpote naturaliter ab auctore & conditore vniuersarum rerum profecta; sicut reprehendi non potest; quod respiramus; edimus, & dormimus. Ex quo conficeretur, Deum vanitatem illam naturæ insitam condidisse; Pari modo, si *naturâ* filij iræ eramus: ad Deum caussa referenda erit. Naturâ enim id nominatur, quòd *essentialiter* se ita habet; sicut naturâ, seu naturaliter lucis natura ad illuminandum facta est; & ignis naturaliter

*Sap. 13.*
*In lat. edit. non habetur,* naturâ. *sed in Græco est,* φύσει.
*Ephes. 2.*

raliter

τως καὶ ἐὰν φύσει ἐσμὲν τέκνα ὀργῆς, εἰς θεὸν ἡ αἰτία ἀνατρέχει. τὸ φύσει γὰρ, τὸ οὐσιωδῶς οὕτως ὑπάρχον, εἴρηται, ὥσπερ φύσει εἰς τὸ φωτίζειν ἡ τοῦ φωτὸς φύσις γέγονεν. καὶ φύσει εἰς τὸ καίειν τὸ πῦρ ἐδημιουργήθη. καὶ φύσει, ἡ γῆ εἰς τὸ βλαστάνειν διεπλάσθη. ἀνάγκη οὖν πρόκειται τοῖς αἱρετικοῖς ἓν ἐκ τῶν δύο εἰπεῖν. ἢ ὅτι ματαιότητος, καὶ ὀργῆς φύσεις ὁ θεὸς ἐποίησεν· ἢ ὅτι τὸ φύσει οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, εἰ μὴ τὸ ἐν ἀληθείᾳ ὄν. καὶ λοιπὸν ἀνέγκλητοι ἐσμὲν λέγοντες φύσει θεὸν τὸν χριστὸν, καὶ φύσει ἄνθρωπον, τουτέστι, τὸν κατὰ ἀλήθειαν θεὸν, καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον. ταύτην δὲ τὴν παράδοσιν, καὶ τὸν ὅρον, τὸν περὶ φύσεως τοῦτον, ὃν νῦν ἐκ παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης παρηγάγομεν, οὔτε διδάσκαλος, οὔτε ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ καινοτομῆσαι, ἢ ἀνατρέψαι δύναται εἰς τὸν αἰῶνα.

## Περὶ ὑποστάσεως.

Τί ὑπόστασις; καὶ κατὰ τί ὑπόστασις, καὶ ὁσαχῶς ἡ ὑπόστασις εἴρηται; ὑπόστασις οὖν ἐστὶ κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ ἀποστολικὴν παράδοσιν, τὸ πρόσωπον, ἤγουν ὁ χαρακτὴρ, καθά φησιν ὁ Παῦλος τὸν υἱὸν, ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τουτέστιν πρόσωπον ὁμοούσιον τοῦ χαρακτῆρος τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός. πρόσωπον δὲ, καὶ χαρακτῆρα λέγομεν ἐπὶ θεοῦ, ἀσώματα, καὶ ἀπερίγραπτα, καὶ ἀσχημάτιστα. πρόσωπον ἤγουν ὑπόστασίς ἐστι κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας, τὸ ἰδικὸν παρὰ τὸ κοινόν. κοινότης γάρ ἐστιν ἡ φύσις ἑκάστου πράγματος. ἴδια δέ εἰσιν αἱ ὑποστάσεις, οἷόν τι λέγω· φύσις ἐστὶν ἤγουν οὐσία μία, ἡ θεότης, ὑποστάσεις δὲ τρεῖς, πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα. τρία πρόσωπα, ἤγουν χαρακτῆρες, μία δὲ οὐσία, καὶ τὸ γένος.

Ἐὰν οὖν εἴπῃς, ὅτι φυλάξει ἡμᾶς ἡ θεότης, ὅλην τὴν ἁγίαν τριάδα ἐσήμανας. εἰ δὲ εἴπῃς, μεθ' ἡμῶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, μίαν τῶν

raliter procreatus eſt ad vrendum. Et terrâ naturâ condita eſt; vt germina proferat. Reſtat igitur, vt ex duobus hæretici alterum affirment: vel quod Deus vanitatis & iræ naturas creauerit: vel quod * τὸ φύσει, naturâ ſeu naturaliter nihil aliud ſignificet, quàm id, quod reuera exiſtit. Quo fit, vt in poſterum liberemur ab omni reprehenſione, cũ aſſerimus, Chriſtum natura Deum, & natura hominem eſſe: hoc eſt, eum, qui reuera Deus eſt; reuera quoq; hominem eſſe. Hanc autem traditionẽ, naturæq; definitionem, quam ex veteri & nouo Teſtamento nunc attulimus, neq; doctor, neq; Angelus de cœlo vnquam in omnem æternitatem expugnabit aut euertet.

** Accipit Anaſtaſius illud τὸ φύσει, naturâ latius pro eo quod eſt; nec tamen ſolũ pro eo, quod verè & poſitiuè eſt: ſed & pro iis, quæ communi hominum loquendi conſuetudine verè eſſe ſeu exiſtere dicuntur; vt ſunt negationes, priuationes, peccata, & defectus varij ſeu moraliũ, ſeu naturalium perfectionũ, licet strictè loquendo non ſint aut exiſtant, cum non ſint entia; ſed negationes quædã entium. Quia tamẽ verè dicimus de cæco:* Cæcus eſt; *& de aëre lucis experte;* tenebroſus eſt: *quo loquendi modo ſignificamus cæcitatem & tenebras aliquo modo eſſe ſeu exiſtere: ideo & hæc negatiua ſeu priuatiua Anaſtaſius, τὸ φύσει, id eſt, ἐν ἀληθείᾳ, verè exiſtere ait; licet non ſint naturæ ἐνούσια, innata & inſita.*

## De Hypoſtaſi.

QVid hypoſtaſis; vnde; & quot modis dicitur? Hypoſtaſis ſecundum Eccleſiaſticam & Apoſtolicam traditionem eſt perſona ſiue character, hoc eſt, figura; quo pacto à Paulo Apoſtolo filius nominatur *ſplendor gloriæ Patris, & figura hypoſtaſeos* (ſubſtantiæ) *eius.* Perſonæ verò & characteris nomine intelligimus in Deo incorporeum quid incircumſcriptum, figuraque carens. Perſona ſiue hypoſtaſis, ex ſententia ſanctorum Patrum, eſt proprium quiddam præter commune. Nam cuiuſuis rei natura eſt quiddam commune: at hypoſtaſes ſunt propriæ, vtque exemplum adferamus; vna natura ſeu eſſentia eſt diuinitas; tres verò hypoſtaſes, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Tres perſonæ ſiue characteres, vna verò eſſentia * & genus.

*Hebr. 1.*

**Accipit genus pro natura; vt ſupra profeſſus eſt.*

Si quis ergo dixerit: cuſtodiet nos diuinitas, tota Trinitas ſignificatur. At ſi dicas: Nobiſcum eſt Filius Dei; vnam ex tribus hypoſtaſibus indicaſti, totamque diuinitatem.

τριῶν ὑποστάσεων εἴπας, καὶ ὅλην τὴν θεότητα. καὶ πάλιν περὶ τῶν
αὐτῶν ἄκουσον. ἡ θεότης· ἰδοὺ τὸ κοινὸν, καὶ ὁλοτελὲς τῆς οὐσίας. λοι-
πὸν, ἡ πατρότης. ἰδοὺ, ἓν πρόσωπον, ἤτοι ὑπόστασις. ἡ υἱότης· ἰδοὺ.
ἄλλη ὑπόστασις· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἰδοὺ, ἄλλη ὑπόστασις. τρεῖς ὑ-
ποστατικαὶ ἰδιότητές εἰσιν ἐπὶ τῆς θεότητος. τὸ ἀγέννητον τοῦ πατρός.
Καὶ τὸ γεννητὸν τοῦ υἱοῦ. καὶ τὸ ἐκπορευτὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος. οὐδὲ
γεννητός ἐστιν ὁ πατήρ. οὐδὲ ἐκπορευτός ἐστιν ὁ υἱός. οὐδὲ γεννητὸν τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πενταχῶς δὲ εἴρηται ἡ ὑπόστασις· ὑπόστασις, καὶ
πρόσωπον, καὶ χαρακτὴρ, καὶ ἴδιον, καὶ ἄτομον.

## Πάλιν περὶ φύσεως.

Φύσις λέγεται ἡ ἀγγελιότης· ὑπόστασις δὲ αἱ ἰδικαὶ ἑκάστου ἀγγέ-
λου προσηγορίαι. Γαβριὴλ, Μιχαὴλ, Οὐριὴλ, Ῥαφαήλ. καὶ
πάλιν, φύσις ἐστὶ μία, καὶ κοινή. [ὡς] ἡ ἀνθρωπότης. ὑπόστασις δὲ,
Πέτρος, Παῦλος, Θωμᾶς, καὶ τὰ λοιπὰ πρόσωπα, καὶ οἱ χαρακτῆ-
ρες. ἡ οὖν φύσις ἐστὶν ἡ κυρία, καὶ αἰτία, καὶ γεννητικὴ τῶν ὑποστάσεων
τῶν ἐν αὐτῇ· καὶ διὰ τοῦτο ὑποστάσεις λέγονται, ὡς ὑπὸ τὴν φύσιν ἱ-
στάμεναι, [κατὰ] τὴν αὐτὴν πηγήν.

Καὶ πάλιν περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐροῦμεν. ἐὰν εἴπῃς, καλὴ φύσις ὁ ἄγγε-
λος, ὅλην τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἐσήμανας. εἰ δὲ εἴπῃς, μέγας ἐστὶν ὁ Γα-
βριὴλ, ὑπόστασιν μίαν ἐκ πάντων εἶπες. Ὁ ἄνθρωπος ἐλεεινός.
ἰδοὺ ὅλη ἡ οὐσία. Ὁ δὲ Κώνων, καὶ ὁ Σίμων, καὶ ὁ Φίλων ὑποστάσεις εἰσί.
καὶ πάλιν. ἐὰν εἴπῃς, ὅτι τὸ πετεινὸν ἐλαφρόν. ἰδοὺ ὅλη οὐσία. ἡ δὲ
περιστερὰ, ἡ τρυγὼν, ἡ ἀηδὼν, ὁ ταὼν, ὁ κύκνος. ἰδοὺ αὗται ὑποστά-
σεις. τὸ κτῆνος. ἰδοὺ πᾶσα ἡ κτηνώδης οὐσία. ὁ δὲ ἵππος, καὶ ὁ λέ-
ων, καὶ ὁ κύων. ἰδοὺ αὗται ὑποστάσεις, καὶ χαρακτῆρες, καὶ πρόσωπα
λέγονται· οὐ μόνον δὲ ἐπὶ νοερῶν, καὶ λογικῶν, καὶ ἐμψύχων ὁ αὐτὸς
κανὼν τῶν ὅρων ἁρμόζει, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάσης ἀψύχου, καὶ ἀναισθή-
του, καὶ ἀκινήτου φύσεως. οἷόν τι λέγω.

Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἐποίησεν ὁ θεὸς, τὸ φῶς. ἰδοὺ τὴν οὐσίαν τῶν
φωστήρων πᾶσαν ἐσημαίναμεν. αὕτη λοιπὸν ἡ οὐσία τέμνεται εἰς τὰς ὑ-
ποστάσεις αὐτῆς. ὑποστάσεις δὲ φύσεως τοῦ φωτός εἰσι. σελήνη, καὶ ἀ-
στέρ,

Iterum de iisdem aduerte. *Diuinitas*. En id quod commune est, ipsamque perfectã essentiam. Pergamus. *Paternitas*. Ecce vnam personam, seu hypostasin. *Filiatio*. En aliam hypostasin. *Spiritus sanctus*. Ecce aliã hypostasin. Tres sunt hypostaticæ proprietates in diuinitate. Ingenitũ esse, Patris. Genitum, Filij; Et processio Spiritus sancti. Neque genitus est Pater, neque procedens Filius; neque genitus Spiritus sanctus. Quinque appellationes habet hypostasis. Hypostasis, persona, character; proprietas, & indiuiduum.

## *Rursus de natura.*

NAtura dicitur; * substantia Angeli, hypostasis autem Angeli est propria cuiusuis Angeli appellatio, putà Gabriel, Michael, Vriel, Raphael. Rursus. Natura vna est & communis, vt humanitas; hypostasis verò est Petrus, Paulus, Thomas, cæteræque personæ & characteres. Natura igitur est, auctrix, fons & origo hypostaseωn, quæ in ipsa insunt; hinc & hypostases vocantur; tanquam sub ipsa natura, fonte & origine sua consistentes.

* *q.d. Angelitas.*

Iterum de eodem argumento verba faciamus. Si dicas: Insignis natura Angeli; totam ipsorum essentiam insinuasti. At si dicas: magnus est Gabriel; vnam hypostasin ex omnibus significasti. Miserandus homo. En tota natura. At Conon, Simon, Philo, hypostases sunt. Rursus; si dicas, volatile esse leue: Ecce tota natura: at verò columba, turtur, luscinia, pauo, olor; hypostases sunt. Iumentum, en tota iumentorum natura. At equus, leo, canis, hypostases, characteres, & *supposita* appellantur. Et hæc regula locum habet non solùm in iis, quæ ratione, intellectu & anima pollent; sed & in naturis, quæ anima, sensu, & motu destitutæ sunt.

Exemplo res declarabitur. Si dicam à Deo creatam esse lucem: Ecce totam luminarium naturam significauimus. Et hæc natura diuiditur in suas hypostases. Hypostases naturæ luminis sunt luna & astra, orion, hesperus, vrsa, lucifer, can-

στρα, ὠρίων, ἕσπερος, ἄρκτος, ἑωσφόρος, καρκῖνος, καὶ τὰ λοιπά. ὁμοίως καὶ ἐπὶ ἀνέμων. ἐὰν εἴπῃς, πνεῦμα, πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνέμων ἐσήμανας. εἰ δὲ εἴπῃς, νότος, ἢ βορρᾶς, ἢ λίψ, αὗται ὑποστάσεις εἰσίν. ὡσαύτως τὸ πῦρ, μία οὐσία ἐστί. τέμνεται δὲ εἰς ὑποστάσεις, ἤγουν λύχνους, καὶ κηροὺς, καὶ λαμπάδας, καὶ κλιβάνους, καὶ καμίνους, ὁμοίως γοῦν, ὡς προεῖπον. καὶ ἀνθρωπότης πᾶσα μία οὐσία ἐστί. πολλὰ δὲ πρόσωπα.

Τὴν οὖν ἁγίαν σάρκα τοῦ χριστοῦ οὐ λέγομεν πρόσωπον, ἀλλ᾽ οὐσίαν. ἵνα σημαίνωμεν, ὅτι ὅλην τὴν φύσιν ἡμῶν ἔλαβε, καὶ ἔσωσεν. εἰ γὰρ εἴπωμεν αὐτὴν ὑπόστασιν, ἕνα τινὰ ἄνθρωπον εὑρισκόμεθα λέγοντες, ὅτι ἀνέλαβε, καὶ ἔσωσεν ὁ χριστός. πλὴν οὔτε δύναται λέγεσθαι ὑπόστασις, ἐφ᾽ ὅσον ἀχώριστός ἐστιν τοῦ θεοῦ λόγου ἡ σάρξ. ὑπόστασις γὰρ τὸ κεχωρισμένον πρόσωπον λέγεται.

Ενυπόστατον μέν τοι αὐτὴν λέγομεν, οὐ μὴν ὑπόστασιν. τὸ γὰρ ἐνυπόστατον, τὸ ὑπάρχον ἐστιν. ὥσπερ ἀνυπόστατον πάλιν, τὸ μὴ ἔχον ὕπαρξιν, ἤτοι οὐσίαν. οἷόν ἐστι τὸ ἐνύπνιον, ἀνούσιον, καὶ ἀνυπόστατον, καὶ φαντασιῶδες.

Καὶ ὅπως ὁριστικῶς εἴπωμεν, ἀνυπόστατον, καὶ ἀνύπαρκτον, καὶ ἀνούσιόν ἐστι· τὸ ῥήματι μὲν πολλάκις λεγόμενον, ἐν οὐσίᾳ δὲ ἢ ὑποστάσει γνωριζόμενον. οἷον, ὁ ᾅδης, ὁ θάνατος, ἡ νόσος. πάλιν ἐνούσιον λέγομεν, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν, ἢ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ γνωριζόμενον ἰδίωμα. οἷον. ἐνούσιόν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου τὸ λογιστικὸν, καὶ τὸ φθαρτόν. ὁμοίως καὶ τὸ ἐνυπόστατον, κατὰ δύο τρόπους λέγεται· ἢ τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν ὑπάρχον. ἢ τὸ ἐν τῇ ὑποστάσει ἰδίωμα, ὡς ἐν τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ, τὸ ἀγέννητον. ἐν δὲ τῷ υἱῷ, τὸ γεννητόν. ἐν δὲ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τὸ ἐκπορευτόν. καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται.

Ἕξις ἐστὶν ἡ ποιὰ πάσης φήσεως δύναμις. ἡ τῶν λοιπῶν αὐτὴν οὐσιῶν διακρίνουσα, καὶ ἀφορίζουσα. καθά φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος. ὅτι φθορά ἐστι φύσεως, ἀσθένειά τε, καὶ ἔλλειψις τῶν φυσικῶν ἕξεών τε, καὶ ἐνεργειῶν, καὶ δυνάμεων.

Περὶ

cer,& ſimilia. Eadem ratio eſt in ventis. Si dicas,ſpiritus; omnem ventorum naturam indicaſti. At ſi dixeris; Notus, aut Boreas, aut Lips; iam hypoſtaſes nominas. Par ratio ignis. Vna conſtat natura. Diuiditur autẽ in hypoſtaſes, vt in Lychnos,cereos,lampades,clibanos & caminos.Similiter, vt antea dictũ, humanitas, vna eſt natura; multas verò perſonas complectitur.

Sacroſanctam igitur Chriſti carnem non vocamus perſonam,ſed naturam ; vt indicemus,eum totam naturam noſtrã adſumpſiſſe & ſaluaſſe: ſi enim illam nominemus hypoſtaſin; neceſſe eſt affirmare Chriſtum vnum quendam hominem adſumpſiſſe & ſaluaſſe.ſed neque dici poteſt(caro Chriſti)hypoſtaſis; quatenus à diuino verbo inſeparabilis eſt; hypoſtaſis enim eſt & dicitur perſona ſeparata.

In hypoſtaſi quidem ſubſiſtens vocatur(caro) non autem hypoſtaſis. nam quod in hypoſtaſi ineſt; eſt id,quod exiſtit. quemadmodum id,quod eſt abſq; hypoſtaſi,eſt id,quod non exſiſtit,eſſentiæ, ſeu naturæ expers; cuiuſmodi eſt ſomnium; hoc enim naturâ & ſubſiſtentiâ, & hypoſtaſi caret; quippe in ſola imaginatione ſitum.

Vt verò definitionem adferamus, ſubſiſtentia, exiſtentia, & eſſentia carẽs eſt illud; quod nomine quidem multifariam dicitur,naturâ autem ſeu hypoſtaſi prȩditum eſſe verè per cogitationẽ non apprehenditur,vt * orcus,mors,morbus.Rurſus in natura inexiſtens,nominamus aut ipſum ens; aut proprietatem quandam in natura exiſtentem : Exempli cauſſa;exiſtens in natura hominis, eſt rationale & mortale. Similiter etiam, ſubſiſtens in hypoſtaſi dupliciter vſurpatur; aut pro illo,quod ſecundum rei veritatem exiſtit; aut pro proprietate in hypoſtaſi. Sicut in Deo Patre eſt ingenitum eſſe; in Filio, genitum eſſe: in Spiritu ſancto, procedere, quemadmodum ſupra quoque dictum eſt.

*De his lege Damaſcenum in Dialectica, & definitiones S. Maximi,*

* ὁ ᾅδης. *Poëticus ſcilicet, quia fabuloſus.*

Habitus eſt quælibet cuiuſcunque naturæ potentia;qua à cæteris naturis ſecernitur & ſeparatur; ſicut dicit diuinus Dionyſius; corruptionẽ eſſe naturæ;imbecillitatem verò & defectionem eſſe naturaliũ habituum,operationũ & facultatum.

## Περὶ θελήματος.

Τί ἐστι θέλημα; καὶ κατὰ τί εἴρηται θέλημα; καὶ ὁσαχῶς ἐστι τὸ θέλημα; Καὶ θέλημα μέν ἐστιν οὐσίας νοερᾶς, καὶ λογικῆς ἔφεσις πρὸς τὸ καταθύμιον. πᾶν γὰρ νοερὸν, πρόδηλον ὅτι καὶ θελητικόν. ὥσπερ γὰρ πνοή τίς ἐστι, καὶ ζωὴ ἡ θέλησις πάσῃ λογικῇ φύσει οὐσιωδῶς ὑπάρχουσα.

Θέλημα δὲ εἴρηται κατὰ τὸ θέειν λίαν ἅμα τὴν φύσιν πρὸς τὸ αὐτῇ θελητόν. ἢ, τοῦ θελητοῦ λῆμμα, ἤγουν, κράτημα. Τριχῶς δὲ θεωρεῖται τὸ θέλημα, τοῦτ᾽ ἐστι, θεϊκὸν καὶ ἀγγελικὸν, καὶ ψυχικόν. αἱ τρεῖς γὰρ αὗται, καὶ μόναι φύσεις εἰσὶ θελητικαί. τριχῶς δὲ πάλιν καὶ ἐν τῇ γραφῇ εὑρίσκομεν τὸ θέλημα λεγόμενον. θεϊκὸν, καὶ φυσικὸν, ἤγουν μέσον· τρίτον, τὸ σαρκικόν. ὅπερ σημαίνει τὸ διαβολικόν. θέλημα φυσικὸν θεόκτιστον ἀνθρώπου ἐστι κίνησις νοερὰ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς κατὰ φύσιν πρὸς τὸ ποθούμενον συνωθοῦσα τὸν ἄνθρωπον. θέλημά ἐστι θεϊκὸν παρὰ ἀνθρώποις ἡ τῆς ἐμφύτου νοερᾶς ὀρέξεως πρὸς τὸ ὑπὲρ φύσιν, ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ἔπαξις. θέλημα σαρκικὸν ἐμπαθές ἐστιν, ἡ τοῦ κατὰ φύσιν, πρὸς τὸ παρὰ φύσιν τῆς ψυχῆς παρατροπή.

## Τί ἰδίωμα;

Τί ἰδίωμα; καὶ ὁσαχῶς τὸ ἰδίωμα; καὶ κατὰ τί εἴρηται ἰδίωμα; τὸ ἰδίωμα, ἰδίωμα εἴρηται κατὰ τὸ ἴδιον εἶναι ἅμα τῆς ἰδίας φύσεως ἀμιγὲς τῶν λοιπῶν οὐσιῶν ὑπάρχον. ἢ διὰ τὸ ἐν τῷ εἴδει ἅμα εἶναι· ἀχώριστοι γάρ εἰσι τῶν φύσεων, καὶ τῶν ὑποστάσεων αἱ αὐτῶν ἰδιότητες. ἰδίωμα ἤγουν ἰδιότης ἐστι, τὸ κυρίως ἔν τινι φύσει ἰδικῶς γνωριζόμενον, ἐν ἑτέρᾳ δὲ μὴ εὑρισκόμενον. οἷόν τι λέγω. ἐν τῇ θείᾳ φύσει τὸ προαιώνιον, τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀπερίγραπτον. ἅτινα οὐχ ὑπάρχουσιν ἐν ἄλλῃ, οἵᾳ δή ποτε οὐσίᾳ· οὔτε ἐν αὐτῷ τῷ παναγίῳ σώματι τοῦ χριστοῦ κατ᾽ οὐσίαν. οὔτε γὰρ προαιώνιόν ἐστιν, οὔδε ἄκτιστον, οὐδὲ ἀπερίγραπτον ἔσεταί ποτε.

## De voluntate.

QVid est voluntas, vnde dicitur, & quot modis accipitur? Voluntas est in natura intellectuali & rationali appetitio eius, quod gratum est & iucundum. Perspicuum est enim omneill ud quod intellectu præditum est; etiam volendi potẽtia præditum esse. Nam voluntas inest essentialiter omni rationali naturæ non aliter quàm spiritus quidam ac vita.

Dicitur, voluntas, κατὰ τὸ θέειν λίαν ἅμα, quod valde currat naturâ ad id, quod cõcupiscit; vel dicitur quasi τοῦ θελητοῦ λῆμμα, apprehensio eius; quod vult. Tripliciter porrò accipitur voluntas: pro voluntate diuina; Angelica; & humana. Istæ enim tres naturæ, eæque solæ volendi facultate valent. Rursus trifariam in scriptura vsurpatur voluntas, videlicet pro diuina, pro naturali siue media, tertiò pro carnali, quæ est voluntas Diabolica. Voluntas naturalis à Deo condita hominique tributa, significat motionem intellectualem appetitiuæ partis animæ secundum naturam; impellens hominem ad id, quod desideratur. Diuina voluntas apud homines est, insitæ intellectualis appetitionis ad ea, quæ sunt supra naturam impulsio. Voluntas carnalis affectionibusque dedita est exorbitatio & deerratio animæ ab illis; quæ secundum naturam, ad ea quæ præter naturam sunt.

## Quid sit idioma seu proprietas.

QVid est idioma, vnde dicitur, & quot modis accipitur? Idioma seu proprietas inde nominatur, quod proprium sit simul propriæ naturę sine admixtione aliarum naturarum: vel quia simul est in specie. Inseparabiles enim sunt à naturis & hypostasibus proprietates eorum. Idioma igitur seu proprietas, est, quod propriè in vna natura inest; in alia verò non reperitur. Exempli gratia, in natura diuina, æternum, increatum & * incircumscriptum esse; quæ in nulla alia natura inueniuntur, ne in ipso quidem sacrosancto Christi corpore, secundum naturam. Neque enim æternum est, nec increatum; neque vnquam incircumscriptum erit.

* *Attendite Vbiquistæ.*

Pro-

Ἰδίωμα ἀγγελικῆς φύσεως τὸ ἀπαθὲς τῆς οὐσίας, καὶ ὑμνολογικὸν, ἀσίγητον. ἀπαθὲς δὲ, τὸ ἀθάνατον αὐτῷ εἶπον. ἴδιον δὲ ἀνθρώπου κυρίως, τὸ σύνθετον ἐκ θνητῆς, καὶ ἀθανάτου φύσεως, ἐν ἄλλῃ οἷα δή ποτε οὐσίᾳ μὴ γνωριζόμενον. Εἰσὶ δὲ ἰδιώματα φυσικὰ, ἃ προεῖπον, καὶ εἰσὶν ὑποστατικά. οἷον ἀσπρότης, σιμότης, μελανότης, μακρότης, κολοβότης, γοργότης, νωθρότης, καὶ ὅμοια, ἅπερ οὐκ ἐν πᾶσιν ὁμοίως ἀνθρώποις εὑρίσκονται. οὐ γὰρ πάντες σιμοί. οὐ πάντες γοργοί. οὐ πάντες ξανθοί. διό περ καί τινες ὑπόστασιν εἶναι λέγουσι, τὴν συνδρομὴν, τὴν ἰδιάζουσαν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων, ὧν προεῖπον. τὰ δὲ φυσικὰ ἰδιώματα ἐξ ἴσου ἐν παντὶ τῷ γένει ὁμοίως εὑρίσκονται· οἷον, πάντες ἄνθρωποι βροτοί. ὁμοίως εἰσὶ θνητοί, λογικοὶ, ἀναπνευστικοὶ, ὑπνωτικοὶ, περιπατητικοὶ, πλατυώνυχες, γεωργητικοὶ τεχνῶν.

Συμβεβηκὸς εἴρηται τὸ γινόμενον, καὶ ἀπογινόμενον. οἷον ἡ νηπιότης. καὶ γίνεται, καὶ ἀπογίνεται διὰ τελειότητος. ἡ ὑγεία ὁμοίως μεταβάλλεται. καὶ ἡ νόσος, καὶ ἡ θερμότης, καὶ ἡ ξηρότης, καὶ ἁπλῶς, πᾶν, τὸ παραλλαγῆναι δυνάμενον, συμβεβηκὸς λέγεται. Θέλημα οὐσιῶδές ἐστι, τὸ κατὰ κοινοῦ ὁμοίως ἐν τῇ φύσει ὁρώμενον. εἰ οὖν εἶχεν ἑκουσίως ἡ σὰρξ τοῦ Χριστοῦ, τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, ὡς οἱ ἅγιοι πατέρες φασὶν, ἐὰν εὑρεθῇ τοιοῦτο θέλημα ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, πάντως, ὅτι μία ἐστὶν ἡ θέλησις τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς θεότητος.

Φυσικὸν θέλημα ἀνθρώπου ἐστὶν, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Βασίλειος, καὶ Κύριλλος, τὸ φιλόζωον. πᾶς γὰρ ἄνθρωπος φύσει φιλεῖ τὴν ζωὴν, καὶ τὸ ὁρᾶν, τὸ φῶς. ἰδοὺ τὸ κοινὸν θέλημα. γνωμικὰ θελήματα ἐν τῇ φύσει ἡμῶν πολλά. ἄλλος γὰρ ἄνθρωπος θέλει ἰδιάζειν, ἄλλος οἰκοδομεῖν, ἄλλος γεωργεῖν, ἕτερος πλέειν. καὶ οἱ λοιποὶ ὁμοίως πολλὰ γνωμικὰ θελήματα ἔχομεν. Ἓν δὲ φυσικὸν θέλημα, τοῦτ᾽ ἐστι, τὸ φιλεῖν τὴν ζωήν. φιλεῖ δὲ τὴν ζωὴν ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἀσκόπως, ἀλλὰ σημαίνουσα ἡ φύσις, ὅτι ὅπερ ἀπ᾽ ἀρχῆς εἶχεν, ὅτε γέγονεν, ἤγουν τὴν ἀθανασίαν αὐτὴν ἀγαπᾷ, καὶ ζητεῖ.

Θέλημα

Proprietas Angelicæ naturæ eſt vt ſit impatibilis, & vt abſque intermiſsione Deo hymnos concinat. Et cum impatibilem voco; immortalitatem quoque eorum indico. Proprium eſt hominis vt ex mortali & immortali natura compactus ſit; quam compoſitionem in nulla alia re inueneris. Sunt igitur ea, quæ prius dixi, naturæ idiomata & proprietates. Sunt & hypoſtaticæ proprietates; videlicet, albedo, ſimitas ſeu curuitas naſi, nigredo, longitudo; mutilum eſſe; celeritas, tarditas, & id genus alia, quæ non ſimiliter in cunctis hominibus inueniuntur. Non enim omnes ſunt ſimi; non omnes celeres, non omnes flaui; Quocirca non deſunt, qui doceant, hypoſtaſin eſſe collectionem earum characteriſticarum proprietatũ, quas antea recenſuimus. At naturæ proprietates æqualiter reperiuntur in omni ſpecie. Omnes enim homines æquè ſunt mortales, rationis participes, reſpiratione, ſomnoq; vtentes; ambulare ſoliti. Latis vnguibus præditi, artium cultores.

Accidens appellatur, quod adeſt, & abeſt, vt infantia; quæ adeſt. & abeſt propter perfectiorẽ ætatem. Simili modo mutatur ſanitas; morbus, calor, ſiccitas; vno verbo, omne illud, quod variari poteſt, accidens nominatur. Voluntas eſſentialis eſt, quæ communiter generatimque in natura ineſt. Si igitur caro Chriſti ſponte habuit voluntatem non moriendi, vt ſancti Patres docent: ſi eiuſmodi voluntas in Patre & ſancto Spiritu reperiatur, omnino ſequetur, eandem carnis & diuinitatis voluntatem eſſe.

Naturalis voluntas hominis eſt, vt dicit S. Baſilius & Cyrillus; amare vitam. Omnis enim homo natura ſua vitæ amans eſt, & vt hac luce fruatur. Ecce cõmunem voluntatem. Particulares ſeu Gnomicas voluntates habet natura noſtra varias. Alius enim vult priuatus eſſe ſibique viuere. Alius ædificare. Alius agriculturam exercere; Alius nauigare; & ſic cæteri ſimiliter ſpeciales ſuas voluntates & particularia propoſita habent. At naturalis voluntas vna eſt; nimirum amare hanc vitam. Amat autem homo vitam non ſine cauſſa, ſed id fit naturæ inſtinctu, quæ à primo ſuo ortu immortalitate prædita fuit. Ideo adhuc illam diligit & quærit.

Θέλημα θεῖον, τὰ προστάγματα τοῦ θεοῦ. θέλημα φυσικὸν φύσεως λογικῆς ἡ ἐργασία τοῦ θείου θελήματος. θέλημα σαρκικὸν, ἡ παρακοὴ τοῦ θείου νόμου.

## Περὶ ἐνεργείας.

Τί ἐνέργεια; καὶ κατὰ τί εἴρηται ἐνέργεια; καὶ ὁσαχῶς ἡ ἐνέργεια; Ἐνέργεια τοίνυν ἐστὶ καθά φησιν ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ νύσσης, ἡ φυσικὴ ἑκάστης οὐσίας δύναμίς τε, ἡ κίνησις, ἧς μόνον ἐστέρηται τὸ μὴ ὄν. τὸ γὰρ οὐσίας τινὸς μεταχὸν, συμμετέχει πάντως καὶ τῆς δηλούσης αὐτὸ ἐνεργείας. Ὅρους γὰρ τῶν οὐσιῶν τὰς ἀψευδεῖς αὐτῶν ἐνεργείας ὁ ἀληθὴς ἐπίσταται λόγος· νοερῶν ἐνέργειαν, τὴν νόησιν. αἰσθητῶν τὴν αἴσθησιν. κινητικῶν τὴν κίνησιν. πτηνῶν, τὴν πτῆσιν. νηκτῶν, τὴν νῆξιν. βλαστικῶν τὴν βλάστησιν. ἑρπυστικῶν τὴν ἕρψιν. φωτιστικῶν, τὴν ἔκλαμψιν. καυστικῶν, τὴν καῦσιν. ῥευστῶν τὴν ῥύσιν. θεωρητικῶν, τὴν ὅρασιν. γεννητικῶν, τὴν γέννησιν. καὶ καθολικῶς εἰπεῖν. τὸ, πάσης φύσεως σημαντικὸν, καὶ ἀφοριστικὸν, ἡ ἐνέργεια αὐτῆς ἡ φυσικὴ καθέστηκεν, ἧς ἀναιρουμένης, πάντως συναναιρεῖται, καὶ ἀπόλλυται καὶ ἡ φύσις. ἀναιρουμένης τῆς καύσεως, σβέννυται τὸ πῦρ. ἀναιρουμένης τῆς κινήσεως τοῦ ζώου, ἀπόλλυται τὸ ζῶον. ἀναιρουμένης τῆς νοήσεως, ἀπόλλυται τὸ νοερόν τῆς ψυχῆς, καὶ λογιστικὸν αὐτῆς. καὶ διὰ τοῦτο δύο λέγομεν ἐν χριστῷ θελήσεις, καὶ ἐνεργείας, ἵνα μὴ ἄψυχον σῶμα, καὶ ἄλογον ψυχὴν ἐπ' αὐτοῦ εἴπωμεν· ἐνέργεια γὰρ ἐμψύχου σώματος, τὸ περιπατεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι. ἐνέργεια δὲ λογικῆς ψυχῆς ἡ θελητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ βουλευτικὴ διάνοια αὐτῆς ἐστιν.

Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ ἐμψύχων, καὶ κινητικῶν, ἀλλὰ καὶ ἀψύχων, καὶ ἀκινήτων ἐστιν εὑρεῖν φυσικὰς ἐνεργείας. ὡς μαρτυρεῖ ἡ σκαμμονία, καὶ τὰ καθάρσια, τὰ κενωτικῆς ἐνεργείας ὑπάρχοντα. καὶ ἡ ὑδράργυρος θανατικὴν ποιοῦσα ἐνέργειαν. καὶ τὸ κώνειον ὁμοίως ἀναιρετικὸν ὑπάρχον. τὸ δὲ παράδοξον, ὅτι καί τινες διάφοροι

Diuina voluntas consistit in præceptis Dei. Naturalis voluntas naturæ rationalis est executio diuinæ voluntatis. Carnalis voluntas est præuaricatio diuinæ legis.

## De operatione.

QVid est operatio, vnde, & quot modis dicitur? Operatio igitur est; vt docet S. Gregorius Nyssenus, cuiusuis naturæ facultas naturalis & motio: qua solùm id, quod non est, priuatur. Nam quidquid essentiæ alicuius particeps est; illud etiam particeps est operationis, cuius interuentu innotescit. Recta enim ratio docet naturarum definitiones esse ipsasmet earum veras germanasq; operationes; vt intellectualium; intellectionem: sensilium, sensum. Mobilium, motionem; volatilium, volatum; natatilium, natatum: habilium ad germinandum, germinationem; reptilium, reptationem; earum quæ illuminandi vim habent, illuminationem; quæ vrendi vi pollent: vstionem: Fluxilium, fluxum. Earum, quæ contemplandi potentia instructæ sunt, contemplationem: quæ generandi facultate valent; generationem; vniuersimq; loquendo, cuiuslibet naturæ index & definitio est naturalis ipsius operatio; Qua sublata, & euersa, omnino necesse est, ipsam quoque naturam tolli: & euerti. Sublata vrendi facultate; tollitur etiam ignis. Sublata animalis motione, necesse est ipsum quoque animal tolli. Sublata intellectione, tollitur itidem pars animæ, quæ intelligendi & ratiocinandi potestate exornata est. Propterea duas in Christo statuimus voluntates & operationes, ne corpus inanime; & animam rationis expertem in illo constituamus. Nam animati corporis operatio est ambulare & laborare. At animæ rationalis operatio est actio illa volendi, ratiocinandi, & consultandi.

Neque duntaxat in rebus animatis & mobilibus; sed & in inanimatis & immobilibus intueri licet naturales operationes; quod testatur Scammonia, & omnia illa, quæ expurgandi euacuandique potentiam habent: & argentum viuum mortẽ creandi vim possidet. Similiter & cicuta vi sua perimit. Illud admiratione dignum est: quod variæ naturæ, postquam iam

Τὸ οἰκονομικῶς ἐπὶ χριστοῦ κατὰ τρεῖς δύναται νοεῖσθαι τρόπους, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἢ ὡς χάριν τῆς οἰκονομίας· ὡς ὅταν λέγωμεν. οἰκονομικῶς ἐθήλασε, καὶ ἐνηπίασε, καὶ ηὔξησεν ὁ χριστὸς, καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἐπείνασε, τοῦτ᾽ ἐστὶ κατὰ τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς τῆς οἰκονομίας αὐτοῦ. λέγομεν πάλιν οἰκονομικῶς καὶ ὅτε γίνεται πρᾶγμα, οὐ πάντως ὀφεῖλον γενέσθαι, γίνεται δὲ διὰ συγκατάβασιν, καὶ σκοπὸν σωτηρίας τινῶν. ὡς ὅτ᾽ ἂν ὁ Παῦλος περιέτεμε τὸν τιμόθεον βουλόμενος ἐπισπάσασθαι ἰουδαίους. διὸ καὶ συνήγνιζεν ἑαυτόν. καὶ ἡ περιτομὴ τοῦ χριστοῦ, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον γέγονεν οἰκονομικῶς· ἵνα μὴ φανῇ καταλύων τὸν νόμον. ἔστι δὲ πάλιν οἰκονομικὸν, ὅτ᾽ ἂν

ἦλθεν

Dicitur ὀφθαλμὸς, *oculus*, ὅρασις θολωμένη, *visio turbida*. ὠμῶς, ἤγουν χαλεπῶς. *difficulter*. σχόλιον nominatur, διὰ τὸ κατὰ σχολὴν παρατίθεσθαι, *quod per otium adiungatur ad maiorem explicationem difficilium rerum aut verborum.*

Neq; hoc à ſtudioſo lectore ignorãdum eſt: quòd qui definitiones hucuſq; traditas diligenter perpenderit; animoq́; repoſuerit, is nullo negotio omnem de dogmatibus doctrinam in illis reconditam percepturus ſit. Notandum & hoc, duas Chriſti appellationes, cum *Deus* & *homo* vocatur, ab operatione deſumptas eſſe; nam ex propriis operationibus hæc nomina Chriſto obtigerunt. Nam Deus non ſignificat ipſam diuinitatis ſubſtantiam; comprehendi enim à nobis & nominari nequit: ſed ex actione; quæ ei ineſt, Dei nomen adeptus eſt: vt dicit S. Dionyſius: ἢ ἐκ τοῦ θέειν ἤγουν διατρέχειν καὶ φλογίζειν, vel à currendo ſeu percurrendo & inflammando. Similiter & homo non ſignificat ipſam ſubſtantiam, ſed quòd oculis ſurſum aſpiciat. Quod ſi duæ iſtæ Chriſti appellationes ex actionibus propriis deductæ ſunt; nõ immeritò miramur cæcitatem hæreticorum, quomodo non erubeſcant, quando ab eſſentia eius manantes operationes inficiantur.

## *De illis, quæ ad œconomiam ſeu Incarnationem pertinent.*

VOx Oeconomiæ ſeu diſpenſationis tripliciter de Chriſto dici poteſt; primò, vt idẽ eſt, quòd œconomiæ & diſpenſationis gratia; qua notione dicimus, Chriſtum per diſpenſationem vbera matris ſuxiſſe, infantis ſpeciem ſubiiſſe, creuiſſe, dormiuiſſe, eſuriuiſſe. hoc eſt, ſecũdum naturam carnis, quam per œconomiam induit. Secundò, per diſpenſationem aliquid fieri dicimus; quando fit quidpiam, quod non oportebat omnino fieri, fit autem, quia quis intuitu ſalutis ad aliorum imbecillitatem ſeſe demittit & accommodat: vt cũ Paulus circumcidit Timotheum, volens Iudæos hac ratione ad Chriſtum adducere. Quocirca & ſeipſum ſanctificauit. Equidem circumciſio Chriſti hoc modo οἰκονομικῶς peracta eſt, ne videretur legem diſſoluere. Tertiò, illud etiam per diſpenſationem actum eſt, quando mane ad ficulneam venit, eſuriens, eamq́;

*Act. 16.*

*Matth. 21.*

ἦλθεν εἰς τὴν συκῆν ἀπὸ πρωΐας πεινῶν, καὶ ἐξήρανεν αὐτήν· καὶ ὅτι ἦλθε πρὸς τοὺς μαθητὰς νυκτὸς περιπατῶν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, διά τινας οἰκονομίας ἀποκρύφους. οἱ οὖν αἱρετικοὶ ἀφέντες τὸ κατ' αὐτοὺς τοὺς τρόπους νοεῖν τὸ οἰκονομικὸν, οἰκονομικὸν τὸ ὡς ἐν φαντασίᾳ, καὶ δοκήσει γινόμενον λέγουσι.

Σχόλιον. Ἰστέον, ὡς αἱ σύνθετοι φύσεις, ὡς σύνθετοι πεφύκασιν εἶναι, καὶ εὐδιάλυτοι, ὥς φησιν ὁ Γρηγόριος, ὅτι σύνθεσις ἀρχὴ διαστάσεως. διὰ τοῦτο γοῦν τὰ σώματα καὶ ἀνθρώπων, καὶ ζώων εὔφθαρτα, καὶ εὔθνητα τυγχάνει ὡς ἐκ τεσσάρων φύσεων στοιχείων συγκείμενα· καὶ οἱονεὶ στοιχείων πρὸς ἄλληλα ἐναντίως ἐχόντων, καὶ στασιαζόντων. τὰ δὲ ἁπλᾶ καὶ ἀσύνθετα τῶν πραγμάτων, εὐδιάμονα, καὶ ἕως τῆς συντελείας ἀκατάλλυτα μένει. οἷον ψυχὴ ἀνθρώπου. ἥλιος, φῶς, φωστῆρες. ἀὴρ. ὕδατα. πῦρ, πνεῦμα, καὶ πάντα τὰ ἁπλᾶ, καὶ ἑνιαῖα, καὶ ἀμιγῆ, καὶ ἀσύνθετα. ὅθεν καὶ τὰ φυτὰ, καὶ δένδρα, ὡς διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνιστάμενα, λέγω δὴ γῆς, καὶ ὕδατος, ἡλίου, καὶ ἀέρος, καὶ αὐτὰ οὐκ ἀγήρατα, οὐδὲ ἄφθαρτα, οὔτε ἀμάραντα ἕως ἔξω διαμένει, ἀλλὰ θνήσκει καθὰ καὶ τὰ σώματα, ὥσπερ καὶ ἡ γῆ συνίσταται. ποίησον δὲ πλίνθον σύνθετον ἐκ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ εὐχερῶς φθείρεται.

Σχόλιον. Ἀνατροπὴ καὶ καθαίρεσις τοῦ πολυθρυλλήτου προβλήματος πάντων τῶν μονοφυσιτῶν, τοῦ φάσκοντος, ὡς οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

### Ἐρώτησις ὀρθοδόξου.

Λέγοντες δύο γεννήσεις ἐπὶ Χριστοῦ, τοῦτ' ἔστι τὴν προαιώνιον ἐκ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ τῶν ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων, ἐκ τῆς παρθένου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, εἴπατε ἡμῖν εἰ ἔστι τόκος ἀνυπόστατος; καὶ λέγομεν ὑμῖν, εἰ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος. κυρίως γὰρ τόκος ἔστι προσθήκη ὑποστάσεως, ἐν ταυτότητι φύσεως. οὐκ οὖν ὥσπερ ἐν τῇ μιᾷ τοῦ θεοῦ λόγου

ὑπο-

eamque arefecit. Et quando noctu venit ad ſuos diſcipulos ambulans ſuper aquas, quæ occulta quadam œconomia acta ſunt. Hæretici igitur relictis huius œconomiæ modis, aſſerunt id, quod per œconomiam geſtum eſt; non aliter quàm ſecundum phantaſiam, opinionem, externamque iſtam ſpeciem geſtum eſſe.

*Marc. 6.*

Scholium. Obſeruandum eſt, naturas compoſitas facilè eſſe diſſolubiles, vt dicit S. Gregorius, quia compoſitio eſt diremptionis principium. Hac de cauſſa corpora hominum & animaliũ facilè corrumpuntur, & intereunt, vtpote ex quatuor naturalibus elementis conſtituta; quæ perpetuas pugnas ob naturæ diuerſitatem, inter ſe ciere ſolent. At verò res ſimplices & concretione carentes, firmæ ſunt & ſtabiles, integræque vſque ad mundi conſummationem perſeuerant; vt anima humana, ſol, lux, luminaria ſeu ſtellæ, aër, aqua, ignis, ſpiritus, & omnia quæ ſimplicia ſunt, & ſolitaria, permixtionisque & compoſitionis expertia. Vnde etiam plantæ & arbores, tanquam ex quatuor elementis conflatæ, ex terra, inquam, aqua, * ſole & aëre, ad finem vſque non perſiſtunt ſenij, & interitus exſortes; ſed marceſcunt, moriunturque, vt & alia corpora. Eadem eſt conditio terræ. Confice laterem ex terra & aqua. & facilè frangetur.

* ἡλίου, *intell.* πῦρ, *ignem.*

Scholium. Refutatio problematis illius apud Monophyſitas valde decantati; nullam eſſe naturam ſine hypoſtaſi.

## CAPVT TERTIVM.

### *Interrogatio Orthodoxi.*

Vos, qui affirmatis duas eſſe generationes in Chriſto, alteram æternam ex Patre ſecundum diuinitatem; alteram vltimis temporibus ex virgine ſecundum humanitatem; dicite nobis, num ſit partus ſine hypoſtaſi; & nos viciſsim vobis dicemus, num ſit natura ſine hypoſtaſi. Propriè enim partus eſt additamentum hypoſtaſeos in eâdem natura. Igitur ſicut duæ generationes

ὑποστάσει γινόμεναι αἱ δύο γεννήσεις, οὐκ ἐποίησαν αὐτὴν προσθήκην
ὑποστάσεως. οὕτως οὐδὲ ἐκ τῶν δύο καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων φύ-
σεων, προσθήκην προσώπου ἐδέξατο. λοιπὸν ἡνίκα ἡμᾶς ἀπορῶσι
λέγοντες οἱ αἱρετικοὶ, ὅτι ἐστὶ φύσις ἀνυπόστατος; ἀντερωτητέον αὐ-
τοὺς, ἐστὶ τόκος ἀπρόσωπος; ἔνθα γὰρ καινὸς τόκος, ἐκεῖ καὶ προ-
σθήκη προσώπου γνωρίζεται.

Παρακαλοῦμεν δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ βίβλῳ, ἐκ παν-
τὸς τρόπου ἀναγινώσκειν καὶ τὰ κατὰ τοὺς τόπους παρακείμενα
σχόλια. εἰ δὲ καὶ ὡς εἰκὸς, καὶ βραχεῖα τινὰ σόλοικα ἔχει ἡ βί-
βλος, συγγνώμην αἰτοῦμεν. ὁ γὰρ αὐτοσχεδίως ἐκτιθέμενος,
πολλάκις ἔχων τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐν τοῖς νοήμασιν, καὶ ἀποδίδων ταῦτα ση-
μειοῦσθαι, περιφρονεῖ τῶν σολοίκων, καὶ τῆς στίξεως.

## Ἀναστασίου ἐλαχίστου μοναχοῦ πόνημα περὶ πίστεως ὀρθο-
## δόξου, ἀνθολογηθὲν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν,
## καὶ διδασκάλων.

Ἀρχὴ τῶν λόγων σου χριστὲ ἀλήθεια, μᾶλλον δὲ σὺ αὐτὸς ὁ θεὸς
λόγος, ἡ ἀληθὴς ἀλήθεια, ὡς ὄντως ὢν ἐκ τῆς ὑπεραληθοῦς
πατρικῆς ἀληθείας γέννημα, καὶ ἀλήθεια, καὶ τοῖς τῆς σῆς ἀληθείας
* ἐρασταῖς ἐπαγγελλόμενος ἀποστέλλειν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας,
καὶ λέγων, ὁ δὲ παράκλητος ὃν πέμψω ὑμῖν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ
πατρός μου, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ἐκεῖνος ὑμᾶς ὁδηγήσει εἰς
πᾶσαν ἀλήθειαν, ὅπως μὴ ὑμεῖς ἔσεσθε οἱ λαλοῦντες ἀλλὰ τὸ πνεῦ-
μα τῆς ἀληθείας τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν. καὶ γὰρ καὶ οἱ
τοὺς φωτοφόρους καὶ πολυτίμους μαργαρίτας ἐκ βυθῶν ἀοράτων
τοῖς ἀνθρώποις θηρᾷν καὶ ἐμφανίζειν βουλόμενοι, γυμνοῦντες ἑαυ-
τοὺς παντὸς περικαλύμματος, καὶ ἔλαιον τὸ οἰκεῖον στόμα πλη-
ροῦντες, καὶ πνεῦμα ἱκανὸν ἐν τοῖς μυκτῆρσιν ἐκ τοῦ ἀέρος ἕλκοντες,
οὕτως ἑαυτοὺς τῷ φοβερῷ ἐκείνῳ, καὶ ζοφώδει βυθῷ παραπέμ-
πουσι· δηλοῦντος, ὡς οἶμαι, τοῦ ὑποδείγματος ὅτι δεῖ παντα
ἄνθρωπον τὸν τοὺς βυθοὺς τῶν πνευματικῶν ὑδάτων, καὶ δογμάτων

διερευ-

* ἐργάταις.

in vna verbi diuini hypostasi, non multiplicarunt hypostasin; sic neque ex duabus naturis hypostaticè vnitis; accessio personæ facta est. Rursus quando sciscitantur hæretici, num sit aliqua natura sine hypostasi : vicissim ex illis quærere oportet; num sit partus sine persona.

Rogo autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, vt etiam legant scholia certis locis inserta. Et si, vt probabile futurum, liber solœca quædam continet, venia dabitur. Dum autem auctor tota mente, & cogitatione in sensu notando, & designando defixus hæret : sæpe vsuuenit, vt solœcismos, & interpunctiones in postremis ducat.

### *Anastasij minimi Monachi opus de orthodoxa fide, ex sacris literis, ac doctoribus decerptum.*

PRincipium verborum tuorum, Christe, veritas, quin potius, tute ipse, Deus verbum, vera veritas, ceu verè è verissima Paterna veritate genitura, atque veritas, & qui veritatis tuæ amantibus missurum te veridicum spiritum promittas in hæc verba; Cæterùm Paracletus, quem mittam vobis in nomine Patris, veridicus spiritus, is vos in omnem veritatem deducet, vt non vos sitis qui loquamini, sed veridicus spiritus, qui per vos loquatur veritatem. Nam & qui splendidos atque pretiosos vniones ex inaspectabilibus profundis hominibus venari ac proferre volunt, vestitu omni se despoliantes, & oleo os implentes, auræque quod satis sit naribus ex aëre trahentes, ita se in terribile illud ac tenebricosum profundum demittunt. Quod, vt arbitror, exemplum ostendat, qui spiritalium aquarum atque dogmatum profunda vestigare, ex iisq; diuinos atq; puros vniones venari velit, oportere eū ab omni concitato, quasi quodam tegumento nudum esse, sanctumq; Spiritum animi tanquam naribus trahere, & continere, secundum dicentem sanctum, Spiritus diuinus qui mihi

*Hæc ex Schedis Schotti nostri, quas Græcè & Latinè ad me misit, nescio ex cuius versione. Omnia tamen ista exstant in codice August.*

*Ioan.* 16.
*Matth.* 10.

διερευνᾷν, καὶ τοὺς θείους, καὶ καθαροὺς μαργαρίτας ἐξ αὐτῶν ἀγρεύειν βουλόμενον, γυμνὸν εἶναι παντὸς ἐμπαθοῦς περικαλύμματος, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ταῖς ῥισὶ τῆς ψυχῆς ἕλκειν καὶ ἔχειν, κατὰ τὸν λέγοντα ἅγιον, ὅτι πνεῦμα θεῖον τὸ περιόν μοι ἐν ῥισὶ, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με. καὶ, τὸ στόμα μου ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα. ὅπερ ἐστὶ τὸ ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, ὅπως ἐπ' αὐτοῖς πληρωθῇ τὸ θεῖον λόγιον τὸ φάσκον, ὅτι ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὰ ἀγαθὰ, ὥσπερ δὴ πάντως καὶ ὁ ἐμπαθὴς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἐμπαθοῦς θησαυροῦ τῆς καρδίας προφέρει τὰ πονηρά. οὐ γὰρ τοσοῦτος ὁ κίνδυνος τοῖς εἰς βυθοὺς ὑδάτων κατατολμῶσιν, ὅσος τοῖς τὰ πάθη ἔχουσι, καὶ διερευνᾷν τὰ βάθη τῶν ἱερῶν γραφῶν ἐπιχειροῦσι. μόνον γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς θεὸς, δύναται ἐρευνᾷν τὰ βάθη τοῦ θεοῦ.

Διά τοῦτο καὶ τις σοφὸς ἔλεγεν, ὅτι πρῶτον καθαρτέον, καὶ τότε τῷ καθαρῷ προσομιλητέον. εἰ γὰρ ὁ τὸν χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, καὶ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀνελθὼν, καὶ ἐν παραδείσῳ ἄρρητα ῥήματα μαθὼν, καὶ εἰπὼν ὅτι ζῶ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ χριστὸς, ἐπιστέλλων τοῖς κορινθίοις ἔφασκεν, ὅτι ἐκ μέρους λαλοῦμεν, καὶ ἐκ μέρους γινώσκομεν, τίς ἐστι ὁ δυνάμενος λέγειν ὅτι τελείως λαλῶ, καὶ τελείως γινώσκω, καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοῦ ἀκαταλήπτου θεοῦ; ἅπερ πάλιν τις θεολόγος λαλῶν διὰ πνεύματος ἁγίου ἔλεγεν, ὅτιπερ ἡνίκα περὶ θεοῦ λαλῶ φρίττω καὶ γλῶτταν, καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν. τὸ γὰρ περὶ θεοῦ λαλεῖν οὐκ ἀκίνδυνον. ἀλλὰ ταῦτα τινὲς μὴ ἐννοοῦντες μήτε ἀνακρίνοντες, οἱ τὰ ἐντὸς τῆς κοιλίας ἑαυτῶν πῶς διοικοῦνται μὴ ἐπιστάμενοι, ἀλλ' ἐν τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας, καὶ τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν κατ' ἐμὲ συμφυρόμενοι, καὶ οὐδὲ εἰ ἔστιν ἐν ἀνθρώποις πνεῦμα ἅγιον ἐπιστάμενοι, ἀλλὰ πάντα τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἡδονῶν ἀδεῶς ἐργαζόμενοι, ἐπὶ καπηλείων τε καὶ χαμαιτυπείων καὶ ἀγορῶν, καὶ βαλανείων τὰ τοῦ χριστοῦ μυστήρια διασύρουσι καὶ διαπαίζουσι, καὶ βλασφημεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀπίστων παρασκευάζουσι. δύο που πολλάκις λεξείδια, ἢ τρία χρησείδια, καὶ κλεψύδρια πατρικὰ συλήσαντες, καὶ ἐκστηθίσαντες, καὶ παρ' αὐτὰ ἑαυτοὺς διδασκάλους, οὐ θεοχειροτονήτους, ἀλλὰ παθοκινήτους, προβαλλόμενοι ἐκ κενοδόξου καὶ φιληδόνου γνώμης, αἰσχροῦ κέρδους χάριν.

ineſt in naribus,& Omnipotentis aura quæ me erudit. &, Os meum aperui,& attraxi ſpiritum, quod oleum lætificum eſt. Vt in iis comprobetur diuini oraculi effatum,Bonus ex bono animi theſauro bona profert,vt ſanè vitioſus è vitioſo animi theſauro vitioſa profert. neque enim tantum periculi eſt profunda aquarum tentantibus, quantum vitio obſtrictis, & ſacrarum litterarum profunda rimari aggredientibus. ſolus namque Spiritus ſanctus, ceu Deus, rimari poteſt profunda Dei.

*Iob.27.* *Pſalm.118.* *Matth.12.* *1.Cor.2.*

Quare & ſapiens quidam ait, Inprimis purganda mens eſt, actum puro conſueſcendum. Nam ſi Chriſtum habens in ſe loquentem, & qui in tertium cœlum euaſiſſet, voceſque in Paradiſo inſolentes hauſiſſet, cuiuſque hæc ſint verba, Viuo non iam ego, quin viuit in me Chriſtus, Corinthiis ſcribens ait, Partim loquimur, & partim cognoſcimus, ecquis eſt qui dicere poſsit,integrè loquor. & integrè cognoſco, maximeque quæ ad incomprehenſum Deum ſpectant? Quæ rurſum Theologus quidam per Spiritum ſanctum eloquens, inquit, Cum de Deo loquor, & lingua, & auditu, & mente inhorreſco. nam ſine periculo non eſt de Deo loqui. Sed hæc quidam minimè cogitantes, neque diſcernentes, qui quemadmodum quæ intra eorum ventres ſunt obeantur, neſciant, in fœdiſque vitiis, & voluptatum ſordibus mei inſtar voluantur, ac ne ſciant quidē inſítne in hominibus Spiritus ſanctus, ſed interriti omnia carnis atque libidinis deſideria exerceant, in cauponis, proſtibulis, foro, balneis Chriſti arcana traducunt & irrident, infideliumque contumeliis propinant, plerumque duo pœne verbula, aut tres ſententiolas. ac lucubratiunculas è Patribus furati, memoriaque complexi; atque è veſtigio ſe doctores, non diuinitus creatos, ſed qui affectibus ferantur, animo inani gloria, atque voluptatibus fracto, ob turpem quæſtum ingerentes, Iudaicè porcis ſæpè, & indignis diuinos verbi vniones venditant. Siquidem, vt cognoſcas licet ex æqualibus Eccleſiaſticorum hiſtorico-

*Gal.2.* *1.Cor.13.*

πολλάκις ἰουδαϊκῶς ἀπεμπολοῦνται τοῖς χοίροις, καὶ ἀναξίοις τοὺς θείους
τοῦ λόγου μαργαρίτας. καὶ γὰρ ὡς ἔξεστι μαθεῖν ἐκ τῶν κατὰ καιροὺς τῶν
ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριογράφων, αἱ πλείους τῶν αἱρέσεων ἐκ κενοδόξου
φιλαρχίας, καὶ φιλαργυρίας, καὶ ἀνθρωπαρεσκείας, καὶ ὑπερηφανίας
γεγόνασιν, οὐκ ἂν οὕτως ἀποτυφλωθέντες, εἰ διὰ σχολῆς καὶ γυμνασίας
καὶ ἀπαθείας τὸ πνεῦμα τὸ πανάγιον ἐν ἑαυτοῖς εἰσοικίσαντο. εἰ γὰρ τὸ
τί προσεύξασθαι καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἐὰν μὴ θεῖον πνεῦμα κτησώ-
μεθα, πόσῳ γε μᾶλλον μυστήρια θεοῦ ἐρευνᾶν; Ἀλλὰ πάντως ἐροῦσί μοι
οἱ κενοὶ θεολόγοι ὅτι περ οὐδὲν οἴκοθεν λαλοῦμεν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας γρα-
φῆς· καὶ τῶν ὁσίων πατέρων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. πρὸς οὓς κἀγὼ
ἐρῶ, ὅτι καὶ πάντες οἱ αἱρετικοὶ τοῦτο αὐτὸ λέγουσιν. ὅθεν ἐκ τῆς ἱερᾶς
γραφῆς, καὶ τῶν διδασκάλων ἡμῖν ἀντιλέγειν δοκοῦσι. διὸ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ-
δὲ τὴν γραφὴν, οὐδὲ τοὺς τῶν πατέρων λόγους δυνήσεται ἄνθρωπος ἀπται-
στως, καὶ * ἀπλανῶς καταλαβεῖν, ἐὰν μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ λα-
λῆσαν ἐν αὐτοῖς ἔνοικον καὶ ὁδηγὸν κτήσηται. τὸ γὰρ εἰπεῖν τὸν χριστὸν, ὅτι τὸ
πνεῦμα τῆς ἀληθείας αὐτὸ ὑμᾶς ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν ἀλήθειαν, εὔδηλον
ὅτι * περ καὶ τὴν γραφὴν, καὶ τοὺς πατέρας ἐσήμανεν.

* ἀμέμπτως.

* πού.

Κεφάλαια, ἅπερ ὀφείλει ἀποβάλλεσθαι καὶ ἀναθεματίζειν πρὸ
τῆς διαλέξεως ὁ ὀρθόδοξος, ἡνίκα μέλλῃ πρὸς θεοδοσια-
νοὺς, ἢ γαϊανίτας συναίρειν περὶ πίστεως λόγον.

Πρωτοτύπως χρὴ ἀναθεματίζειν νεστόριον, καὶ τὴν πίστιν αὐτοῦ, καὶ λοιπὸν
καθεξῆς ταῦτα· τὸν μὴ ὁμολογοῦντα φύσει καὶ ὑπὲρ φύσιν θεοτόκον τὴν
ἁγίαν παρθένον μαρίαν, τὸν λέγοντα δύο πρόσωπα, ἢ δύο ὑποστάσεις ἐν
τῷ χριστῷ, ἢ δύο φύσεις διῃρημένας, τὸν μὴ δεχόμενον τὴν καθ' ὑπόστασιν
ἕνωσιν ἐν τῷ χριστῷ, τὸν μὴ δεχόμενον τὴν φωνὴν τὴν λέγουσαν μίαν
τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, καθὼς ἡρμήνευσεν αὐτὴν ὁ ἅγιος
κύριλλος, τὸν λέγοντα, ἢ * ἐννοούμενον ἐν χριστῷ δύο φύσεις ἄρρενος καὶ
θήλεος, τὸν λέγοντα ὅτι ἐχωρίσθη ἡ θεότης τοῦ χριστοῦ ἐκ τῆς ἁγίας αὐτοῦ
σαρκὸς ἐν τῷ σταυρῷ, ἢ ἐν τῷ τάφῳ, ἢ ἐν ἄλλῳ οἱῳδήποτε τόπῳ, τὸν μὴ
ὁμολογοῦντα θεοῦ τὸ σῶμα, καὶ θεοῦ τὸ αἷμα, ὃ μεταλαμβάνομεν.
πολλῷ πλέον δὲ πάντων, καὶ πρὸ πάντων χρὴ ἀναθεματίζειν τὸν
κηρύττοντα, ἢ ἔχοντα νέαν πίστιν, ἢ νέον δόγμα, παρηλλαγμένον τῆς

* Sic & cod. August.

rũ, pleræq; omnes hæreſes, è vana regnandi libidine, auaritia, hominibus placendi ſtudio, ſuperbiâ fluxerunt; non tam iis futuris cæcis, ſi otium, atq; exercitationẽ ſequuti, & affectibus defuncti, Spiritum ſanctum ſibi domeſticum feciſſent. Nam, ſi orare, quæ par eſt, neſcimus, niſi diuinum Spiritum teneamus, quanto magis Dei arcana ſcrutari? Sed omnino dicent mihi vani Theologi, nihil domi natum loquimur, ſed cùm è ſacra Scriptura, tum ex S.S. Catholicæ Eccleſiæ Patribus petita. Quibus dicam ego quoque; omnes hæretici id ipſum prædicant. Vnde, ex ſacris litteris, ac doctoribus contradicere nobis videntur. Quare, meo iudicio, nec ſcripturam, nec Patrum ſententias, ſine errore, & offenſa intelliget; qui non loquutum in iis Spiritum ſanctum ducem, ac inhabitatorem habuerit. Quod enim ait Chriſtus, quoniam Spiritus veritatis ducet vos in omnem veritatem, proculdubio & Scripturam, & Patres denotabat. *Ioan. 16.*

### *Capita, quæ orthodoxus reiicere, & execrari debet ante colloquium, vbi cum Theodoſianis, aut Gaianitis de fide verba eſt facturus.*

INprimis Neſtorius, eiusque fides execranda eſt, atque hæc ordine deinceps: Qui ſanctam VIRGINEM MARIAM naturaliter, & ſupernaturaliter deiparam non agnoſcat: qui in CHRISTO aſſerat duas perſonas, aut duas hypoſtaſes, aut duas naturas hypoſtaſi ſeparatas: qui in Chriſto vnionem in hypoſtaſi non ſuſcipiat: qui ſententiam non admittat, quæ ſolam Dei verbi naturam incarnatã dicat, quomodo eam D. Cyrillus eſt interpretatus: qui in Chriſto duas naturas, maris, ac fœminæ dicat, aut cogitatione deformet: qui diuinitatẽ Chriſti à corpore ſeiunctam dicat in cruce, ſeu monumento, ſeu alio quouis loco: qui Dei corpus, ac Dei ſanguinem neget, quẽ percipimus. Præ omnibus verò, & ante omnia execrandus eſt, qui nouam fidem, aut ſententiam prædicet, vel te-

πίστεως τῶν ἐν νικαίᾳ τιη. πατέρων, καὶ τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει ρν. καὶ τῶν ἐν ἐφέσῳ τὸ πρότερον σ. ἁγίων πατέρων. ὡσαύτως καὶ τὸν φέροντα ἢ παραλαβόντα ἐκ τῆς συνόδου χαλκηδόνος νέαν πίστιν παρεκτὸς τοῦ φρονήματος τῶν ἁγίων πατέρων, διονυσίου, εἰρηναίου, κλήμεντος, ἀμβροσίου, ἰουλίου, εὐσταθίου, ἀθανασίου. βασιλείου, γρηγορίου, καὶ γρηγορίου, ἀμφιλοχίου, ἰωάννου, ἐπιφανίου, θεοφίλου, πρόκλου, ἐφραὶμ ἰσιδώρου, καὶ τοῦ μακαρίου πατρὸς, καὶ διδασκάλου κυρίλλου, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων τῶν ὁμοφρόνων αὐτῶν. τούτους γὰρ μὴ ἀκολουθοῦντας τύποις τοῖς ἁγίοις διδασκάλοις κατακρίτους ἡγούμεθα, καὶ ἀλλοτρίους τοῦ χριστοῦ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

* In cod. Aug. ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου, καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος.

* Ἀναστασίου ἐλαχίστου πρεσβυτέρου τοῦ ἁγίου ὄρους σινᾶ περὶ πίστεως τῆς οἰκονομίας χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν ἁγίαν καθολικὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν βαβυλῶνι γραφεῖσαν, αἰτησαμένων τοῦτο τῶν ἐν αὐτῇ φιλοχρίστων καὶ ὀρθοδόξων ἡμῶν ἀδελφῶν.

ΕΝ ἀρχῇ ἦν ὁ θεὸς, καὶ ὁ θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ, καὶ πρὸ ἀνάρχου ἀρχῆς ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, ὁ θεός. θεὸν δὲ λέγω τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον, καὶ ἄκτιστον τριάδα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀεὶ ὢν, καὶ πρὸ πάντων προὼν, ταῖς προαναρχικαῖς αὐτοῦ καὶ παναδήλοις θεοβουλίαις, πρῶτον τῆς πάσης κτίσεως ἐννοεῖ, καὶ ποιεῖ τὰς ἁγίας καὶ ἀγγελικὰς δυνάμεις ὅτε οἶδε καὶ ὅπου οἶδε, καὶ ὡς ἂν συνεῖδε, καὶ ὡς μόνος αὐτὸς οἶδεν. ὧν τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν τάξιν, καὶ τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὴν διαγωγὴν, καὶ τὴν ἰδέαν μόνος αὐτὸς ὁ τούτων ποιητὴς γινώσκει θεός. ἐκ τούτων δὴ τῶν ἀσωμάτων καὶ ταγμάτων ταξίαρχος εἷς ἀλαζονευθεὶς κατὰ τοῦ δημιουργοῦ, ὥς φησι ὁ ἡσαΐας, καὶ ἰεζεκιὴλ, οἱ προφῆται, ἀπερρίφη, καὶ ἔπεσε σὺν τῷ τάγματι αὐτοῦ, ὁ καλούμενος νῦν διάβολος, καὶ οἱ δαίμονες οἱ σὺν αὐτῷ. δημιουργοῦντος οὖν τοῦ θεοῦ τὸν ὁρώμενον κόσμον, λέγω δὴ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ἐνόμιζεν ὁ διάβολος.

neat. à CCC. XVIII. Nicææ, CL. Constantinopoli, CC. Ephesi primitus S.S. Patrum fide diuersam. Similiter, & qui inueniat, aut suscipiat ex Concilio Chalcedonensi nouam fidem, præter sanctorum Patrum mentem, Dionysij, Irenæi, Clementis, Ambrosij, Iulij, Eustathij, Athanasij, Basilij, Nazianzeni, & Nysseni vtriusque Gregorij, Amphilochij, Ioannis, Epiphanij, Theophili, Procli, Ephræmi, Isidori, Beati patris, ac doctoris Cyrilli, reliquorumque S.S. Patrum cum iis concordium. Nam, qui sanctos eos doctores non sequuntur, damnatos ducimus, à Christoque alienos.

## CAPVT QVARTVM.

*Anastasij, minimi Presbyteri sancti montis Sina, opus de fide, œconomia Christi Dei filij, ad sanctam Catholicam Ecclesiam Babylone scriptum, fratribus nostris in ea Christi studiosis, & orthodoxis petentibus.*

IN principio erat Deus, & Deus erat in principio, anteque principium sine principio; & erat semper, & est, & erit Deus. Deum verò dico sanctum, vnius naturæ, & increatam Trinitatem Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Hic Deus noster, qui semper est, & ante omnia est, occultis suis, & initio omni prioribus consiliis, primùm antequam quidquam conderet, sanctas, & angelicas Virtutes animo informat, & creat: quando, & vbi, & quemadmodum, solus ipse conscit, nouitque. quorum naturam, ordinem, numerum, instituta, formam, solus opifex Deus cognoscit. Ex his incorporeis classibus, primâs vnus in auctorem superbiens, vt Esaias, ac Ezechiel Prophetæ referunt, deturbatus cum omni sua manu corruit: qui, nunc diabolus vocatur, & eius factio, dæmones. Deo igitur aspectabilem hûc orbem moliente, cœlum dico, terramque, & quæ insunt in ea; crede-

*Isa.14. Ezech.28.*

βολος, ὥς φησι τὶς τῶν διδασκάλων, ὅτι αὐτὸν μέλλει καθιστᾶν ὁ θεὸς βασιλέα καὶ κύριον τῆς ὁρατῆς κτίσεως. ὅτι δὲ εἶδε τὸν ἀδὰμ γεγονότα, καὶ κατασταθέντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεσπόζειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς διαπονηθεὶς, καὶ φθονήσας τῷ ἀνθρώπῳ ὁ πονηρὸς, ἠπάτησεν αὐτὸν διὰ τῆς εὔας καὶ τοῦ ξύλου, εἴτε κατὰ παραχώρησιν θεοῦ, εἴτε καθ' ἕτερόν τινα τρόπον μυστικώτερον, τῷ θεῷ ἔγνωσται. οὐ γὰρ δεῖ ἡμᾶς περιεργάζεσθαι τὰ σεσιωπημένα τῇ θείᾳ γραφῇ. λέγω δὴ τὰ περὶ παραδείσου, καὶ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, καὶ τῶν χιτώνων, καὶ ἑτέρων τινῶν τοιούτων, μὴ σαφῶς δεδηλωμένων ἡμῖν ἐν ταῖς βίβλοις ταῖς ἱεραῖς. ὡπλίσθη τοίνυν, ὡς προεῖπον, κατὰ τοῦ * ἀνθρωπίνου γένους ἀπαρχῆς ὁ σατανᾶς. εἶτα θανατοῖ διὰ τοῦ κάϊν τὸν ἄβελ. εἶτα ἀποπλανᾷ τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὰς θυγατέρας τοῦ κάϊν. λοιπὸν δὲ καὶ εἰς τὸ εἴδωλα, καὶ χειροποίητα προσκυνεῖν ὡς θεοὺς ἀντὶ θεοῦ. διὸ παιδεύει τούτους ὁ θεὸς διὰ κατακλυσμοῦ. εἶτα φιλανθρωπευθεὶς, ἀνακαινίζει τὸν κόσμον διὰ τοῦ σπέρματος τοῦ νῶε. ἀλλ' οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἐσωφρονίσθησαν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ περὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὰ κακὰ κατεμαίνοντο. λοιπὸν ἀναδείκνυσιν ὁ θεὸς τινὰς φωστῆρας, τύπους θεοσεβείας τυγχάνοντας. λέγω δὴ τοὺς περὶ τὸν μακάριον ἀβραὰμ καὶ ἰσαὰκ, καὶ ἰακὼβ. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ κόσμος ἐσωφρόνισεν. εἶτα ἐπήγαγε τῇ κτίσει διαφόρους καὶ πολυτρόπους παιδείας ὁ δεσπότης. εἶτα δίδωσι γραπτὸν νόμον, σημείοις καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσιν ὁπλανόμενος τῷ ἰσραήλ. καὶ οὐδ' οὕτως οἱ ἄνθρωποι τῆς πλάνης ἀφίσταντο. ἀπέστειλε μετὰ νόμον θαυματουργοὺς προφήτας. ἀλλὰ καὶ τούτους οἱ ἄνθρωποι ἀποστραφέντες κατέσφαξαν.

* πείυ.

Τέλος δὴ πάντων, ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου τῆς ἀρχαίας βουλῆς τοῦ θεοῦ, τοῦ γενέσθαι τὸ μυστήριον ὃ προώρισεν ὁ θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς ἀειπαρθένου ἄνευ σπορᾶς ἄνθρωπον. ὅτε ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ πονηρὸς ἀναισχυντῶν τοῦ τὸν κόσμον ταράττειν ἐπαύσατο, ἀλλὰ θᾶττον ἐνοικήσας εἰς ἴδια σκεύη καὶ ὄργανα ἀνθρώπινα, ἀνατρέπειν ὁλοτελῶς τὴν τοῦ χριστοῦ παρουσίαν ἔσπευδε. καὶ πρῶτος σίμων ὁ μάγος, ὁ σαμαρείτης, ὁ ἀπὸ γιτθῶν τῆς κώμης, ἔφασκε τοῖς ἐν ῥώμῃ ἐπὶ πέτρου τοῦ κορυφαίου ὅτι ψευστής

credebat diabolus, vt ait quidam doctorum, regem se, ac Dominum ab eo aspectabilis naturæ designatum iri. At, vbi vidit Adamum productum, à Deoque qui terrestrium potiretur, cõstitutum, excruciatus animi, & inuidia flagrans malignus, hominem per Euam, lignumque decepit, seu Dei permissu, seu alio secretiore quodam modo, Deo est compertum. Neq; enim fas est, nos, quæ silentio scriptura tegit, perquirere. Puta, qui sit paradisus, quod scientiæ lignum, quæ tunicæ, & alia quædam similia, parum in sacris voluminibus explicata. Itaque iam inde à principio, vt dixi, Sathanas se in humanum genus armauit. Tum, occidit Abel per Cain: hominesq; diuersos in Cain filias agit: atque ad idola denique, & simulacra manu facta, quæ, ceu Deos pro Deo colerent. Quare diluuio eos Deus castigat. Dein, homini placatus, mundum per Noë semen instaurat. Sed neq; post hæc quidem mortales ad frugem redibant, sed idolis, flagitiisq; deseruiendo insaniebant. Cæterùm, lumina quædam, & exempla in Deum pietatis, edit, ostentatq; Deus; Abraham, inquam, & Isaac & Iacob. Sed ne sic quidem orbis resipuit. Proinde, diuersas, variasq; pœnas mundi Dominus mundo intulit. Tum igitur dat legem scriptam, signis, ac prodigiis Israëlitarum genti conspectus. At, ne sic quidem homines ab errore abstitêre. Misit post legem Prophetas, miraculorum patratores: sed & eos auersati mortales, peremêre.

Demum, quando veteris, diuinique sui consilij tempus fuit completum, vt arcanum illud mysterium ederetur, quod ad nostram gloriam ante secula Deus præstituerat, misit filium suum, ex semper virgine femina sine semine hominem natum: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Sed neque ita quidem improbus, impudensq; veterator, turbandi mundi finem fecit: sed extemplò, humanis vasis, organisq; suis occupatis, Christi aduentum euertere funditus festinauit. Primusq; Simon Magus Samaritanus Sittarum vico editus, Romanis, qui Petro Apostolorum Principi crediderant, dicebat, Christum Iesum, qui venisset, mẽdacem, & impostorem fuisse: se verò, verum esse Christum. Post eum,

*Bar. 3.*

καὶ πλάνος ἦν ὁ ἐλθὼν ἰησοῦς, ἐγὼ δέ εἰμι ὁ ἀληθὴς χριστός. εἶτα μετὰ
τοῦτον ἀναφανεὶς κήρινθος, καὶ νικόλαος, καὶ μαρκίων, τὰ ὅμοια
τῷ σίμωνι ἐφαντάζοντο. ἀλλ' αὖθις ἡ τοῦ θεοῦ ψῆφος ὤλεσε τούτους, καὶ
τὰς αὐτῶν διδαχάς. ἀλλ' οὐδ' οὕτως ὁ πονηρὸς δράκων τοῦ πολεμοῦ
τὴν ἐκκλησίαν ἐπαύσατο. θᾶττον γὰρ διωγμοὺς ὑπὸ ἑλλήνων καὶ ἀ-
νόμων κατ' αὐτῆς διήγειρεν. ἀλλ' ἐκ μέσου τῇ δυνάμει τοῦ χριστοῦ γεγο-
νότων, ἐπινοεῖ καὶ τρίτον τινὰ ἀπάτης τρόπον ὁ πολύμορφος ὄφις. ἀ-
κούσας γὰρ τοῦ ἐν εὐαγγελίοις ῥητοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, ὅτι ἐὰν ἀπέλ-
θω πρὸς τὸν πατέρα, ἐρωτήσω αὐτὸν, καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψω
ὑμῖν, ὑπέσπειρε τισὶν ἀνθρώποις μάγοις τὲ καὶ γόησι λέγειν ὅτι ἐγώ εἰ-
μι ὁ παράκλητος ὃν ὑπέσχετο χριστὸς ἀποστέλλειν τῷ κόσμῳ. ἐξ ὧν
ἦν μάνης, ὁ μανιχαίων ἀρχηγὸς, καὶ μοντανὸς, ὁ ἀπὸ ἀρδαβαῦ τῆς
κώμης, καὶ ἕτεροί τινες. ὧν τινῶν καὶ αὐτῶν ἀστοχησάντων, ὡς εἶδεν ὁ
ἐχθρὸς ὅτι ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ πλατύνεται, καὶ αὔξει τὸ τοῦ χριστοῦ κή-
ρυγμα, καὶ οὐκέτι ἰσχύει πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν ἀποκλῖναι τὸ γέ-
νος τῶν ἀνθρώπων, τὰ διάφορα λοιπὸν ζιζάνια κατέσπειρε τῷ κόσ-
μῳ, ὅπως τὴν μάχην καὶ διάστασιν, ἣν ἐν τῇ εἰδωλολατρείᾳ ἐκέκ-
τηντο, ταύτην ἐν τῇ θεοσεβείᾳ οἱ ἄνθρωποι ἔχωσιν.

Ἐκ τούτου δὴ μετὰ χρόνους τινὰς μανέντος τὲ, καὶ μοντανοῦ, καὶ νο-
μάτου τὴν ἀρειανὴν ἐκείνην θυμελικὴν ὀρχήστραν ὁ ταύτης μεσόχο-
ρος δαίμων συνεστήσατο, καὶ τοὺς ταύτης μιμολόγους, ἀπολλινάρι-
ον, φάσκοντα ἄψυχον καὶ ἄνουν καὶ ἀτελῆ ἄνθρωπον ἀνειληφέναι
τὸν χριστὸν, καὶ εὐνόμιον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, κτίσμα λέγοντας τὸν τοῦ
θεοῦ λόγον, καὶ μίαν φύσιν, καὶ θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν τῆς θεότητος καὶ
τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ δογματίζοντας. αὖθις δὴ πάλιν μὴ ἀρκού-
μενος ἐν τούτοις ὁ μισόκαλος, ὁπλίζεται καὶ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ
παναγίου διὰ μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου. ἀλλ' ἡ ἐξ ὕψους δύνα-
μις πάντας ἐκείνους τοὺς πονηροὺς καὶ θεομάχους θῆρας ἀπώλεσε. καὶ
οὐδαμοῦ σήμερον ἀρειανῶν, ἢ μακεδονιανῶν, ἢ εὐνομιανῶν μνήμη ἐν
κόσμῳ, τῶν τῇ θεότητι πολεμούντων καὶ ὥσπερ δράκων καιρίαν τινὰ
πληγὴν λαβὼν ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ διὰ τῆς ὀδύνης ἀσθενέστερος γίνε-
ται, οὕτω καὶ ὁ διάβολος, διὰ χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ κροταφισθεὶς, κατὰ

πρόσ-

exorti, Cerinthus, Nicolaus, Marcion Simoni consentanea, pariaq; fingebant. Sed mox tum istos, tum eorum dogmata diuina sententia sustulit. At neque ita malignus draco Ecclesiam impugnare cessauit: statimq; gentilium, & iniquorum persequutiones in eam conciuit. Verùm his Christi potentia sublatis, versipellis serpens, tertium aliquem fallaciæ modum excogitat. Cùm audisset enim in Euangeliis oraculum illud, à Domino editum; *quoniam si abiero ad Patrem, rogabo ipsum, & alium paracletum mittam vobis,* magis quibusdam, & incantatoribus hominibus subiecit, vt dicerent, quod ipse esset Paracletus, quem missurum se mundo Christus promiserat. In quibus Manes erat, Manichæorum antesignanus, & Montanus, ex Ardabau vico natus, & alij nonnulli. Quibus & ipsis spe sua frustratis, cùm inimicus videret in dies Christi augescere, dilatariq; præconium, nec iam vltra se hominum genus ad idolorum cultum posse detorquere, de cętero varia in orbem proseuit zizania; vt pugnam, & dissensionem, quam in idolorum cultura tenuerant, eandem in Dei cultu mortales tenerent.

*Ioan. 14.*

Enimuero ex eo iam aliquot post interualla Manentis, Montani; Nouati etiam Arianam illam orchestram scenicam, chori huius quasi intermedius quidam, dæmon constituit; huiúsce sectæ imitatores, Apollinarium, qui Christum, hominem inanimem, & sine mente, atque imperfectum suscepisse diceret; & Eunomium, cum suis sectatoribus, qui Dei verbum creaturam dicerent, atque vnam diuinitatis, & humanitatis eius naturam, voluntatem, & actionem censerent. Neq; verò his osor ille honesti contentus, per Spiritus sancti oppugnatorem Macedonium, in sanctissimum armatur spiritum. Verùm superna illa, & diuina vis, & potestas, omnes istas malignas, & infestas Deo feras disperdidit; neque vlla hodiè Arianorum, aut Macedonianorum, aut Eunomianorum, qui Deũ oppugnent, per orbem memoria superest. Ac, velut draco, lethali accepto vulnere quotidie ex dolore impotentior redditur: sic & diabolus, à Christo Dei filio quasi circa tempora percussus, successu temporis emortuus apparuit. Nam ecce

προσβασιν τοῦ χρόνου καταργούμενος ἀπεδείχθη. ὅρα γάρ, ἠθέλησεν ἐν πρώτοις εὐθέως διασκεδάσαι τὴν ἐπιδημίαν τοῦ χριστοῦ, καὶ οὐκ ἴσχυσεν. εἶτα ἠθέλησε διὰ διωγμῶν τὸ κήρυγμα καταργῆσαι, καὶ ἠστόχησεν. ἠθέλησεν ἀντὶ πνεύματος ἁγίου γόητας ἄνδρας προσκυνῆσαι, καὶ τοῦ σκοποῦ ἐξέπεσε. προσέκρουσε τῇ θεότητι τοῦ χριστοῦ, καὶ κατῃσχύνθη. τότε δὴ λοιπὸν ἀδυνατῶν θεότητι πολεμεῖν, ἐπὶ τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ, τὸν πόλεμον ἔτρεψε, μετὰ τὴν ἀρειανικὴν ὀρχήστραν τὴν τῆς διαιρέσεως χάρυβδιν διορύξας. λέγω δὴ τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ μερίζων ἐκ τῆς θεότητος, καὶ εἰς δύο τὸν ἕνα κατατέμνων χριστόν. ταύτης δὲ τῆς διαιρέσεως ἀρχηγοὶ γεγόνασι θεόδωρος ὁ ἀντιοχείας, καὶ διόδωρος ὁ ταρσοῦ.

Ἐξ ὧν ὥσπερ τις ῥίζα ἐλλεβόρου ἐβλάστησεν ὁ χαλδαῖος χοῖρος ὁ ἀσύριος νεστόριος, μέχρι καὶ νῦν τὸν ἴδιον βόρβορον τοῖς αὐτῷ πειθομένοις καταῤῥαίνων. καθαιρεθεὶς γὰρ ἀπὸ κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς μεσοποταμίας * ἐνδημήσας κλίματα, ἐκεῖσε τὸν ἴδιον ἰὸν καὶ τὸν βόρβορον κατέσπειρε, κἀκεῖθεν ὡς ἐκ καναλίσκου τινὸς πᾶσαν μάλιστα τὴν ἀνατολὴν κατεμίανε. καθ' οὗ διὰ πλάτους σύνταγμα πεποιήκαμεν, τὸν δόλον, καὶ τὴν πανουργίαν αὐτοῦ στηλιτεύσαντες, κἀκεῖ τοὺς φιλοπόνους παραπέμπομεν. εἰδέναι μέντοιγε προσήκει ὡς οὐκ ἔστι σήμερον κακουργοτέρα τῆς νεστορίου αἱρέσεως, δυσχερῶς τὸν ἴδιον ἰὸν φανεροῦσα. καὶ γὰρ αἰσχροῦ κέρδους καὶ δόξης χάριν πολλάκις ἐν ὑποκρίσει καὶ θεὸν λέγουσι τὸν χριστόν, καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ ἀναθεματίζουσι νεστόριον, καὶ ἀποβάλλονται τὸν λέγοντα δύο πρόσωπα ἐν χριστῷ. ὁ μέντοι τὸν δόλον αὐτῶν ἐλέγξαι βουλόμενος τὸν μακάριον κύριλλον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν σύνοδον τὴν κατὰ νεστορίου προσενέγκοι αὐτοῖς. καὶ ἐὰν ταῦτα εἰλικρινῶς δέξωνται, ἐν τούτοις τὸ ἀπόδεκτον ἔχουσι. τοσαῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος περὶ νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς ἰουδαιόφρονος, καὶ χαλδαίου ἀσυρίου χοίρου. τοῦτον γὰρ ἀποβάλλεται ἡ ἁγία ἐκκλησία διὰ τὴν τῶν ἐν χριστῷ φύσεων διαίρεσιν, ὥσπερ καὶ σεβῆρον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διὰ τὴν τῶν φύσεων σύγχυσιν.

* ἐπι-

ΚΕΦΑ-

voluit in primis rectà Christi aduentum dissipare, nec potuit. Tum autem voluit persequutionibus motis præconium Christi abolere, sed frustratus est. Voluit pro Spiritu sancto magos adorari, & scopo excidit. Impetiuit Christi diuinitatem, & pudefactus est. Cæterùm cùm diuinitatem tum oppugnare nequiret, in Christi humanitatem bellum conuertit, post Arianã orchestram, separationis charybde adobrutus; cum inquam Christi carnem à diuinitate diuidens, in duo vnum Christum secuisset. Eius verò diuisionis principes fuère Theodorus Antiochiæ, ac Diodorus Tarsi Episcopi.

Ex quibus velut radix quædam hellebori Chaldæus porcus, Assyrius Nestorius prodiit, qui hodieque sibi addictos suopte cœno aspergit. Nam Constantinopoli submotus, atq; in Mesopotamiam euadens, venenum suum, ac lutum indidem conseuit; vnde velut è canali quodam, Orientem omnẽ maximè infecit, conspurcauitque. Contra quem prolixè opus conscripsimus, palamque hominis fallaciam fecimus, quò studiosos remittimus. Sanè sciendum est, nullam hodie Nestorij hæresi maligniorem extare, quæ ægrius venenum suum prodat. Siquidem fœdi quæstus, ac gloriæ vanæ causa per simulationem sæpe, & Deum appellant Christum, & Deiparam sanctam Virginem; ac Nestorium duas in Christo personas dicentem execrantur, & repudiant. Quanquam, qui eorum fraudes coarguere velit, B. Cyrillum, initumque eius memoria Concilium contra Nestorium iis proferat. quæ, si syncerè accipiant, in his habent, cur approbentur. Atque hæc hactenus in præsens de Nestorio, impio illo, ac Iudaicis opinionibus imbuto, & Chaldæo Assyrio porco. Hunc enim sancta Ecclesia ob naturarum in Christo diuisionem, separationemúe, vt Seuerum cum suis, ob earundem confusionem reiicit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

### Περὶ τῶν ἁγίων συνόδων.

Ἀναγκαῖον δὲ τὸν φιλόπονον καὶ τοῦτο ἐπίστασθαι, φημὶ δὴ τὸ περὶ τῶν ἁγίων, καὶ οἰκουμενικῶν * ἓξ συνόδων, τὸ τίνος χάριν, καὶ ποίων αἱρέσεων γεγόνασιν αὗται. οὐ μόνον δὲ ἀλλ' ὅτι καὶ ἕτεραι διάφοροι τοπικαὶ πρὸ αὐτῶν τε καὶ μετὰ ταύτας γεγόνασι σύνοδοι ἐν διαφόροις τόποις περὶ διαφόρων κεφαλαίων.

* γρ. ι.

Ἡ μὲν οὖν ἁγία καὶ πρώτη οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν τιη΄ πατέρων, ἐν νικαίᾳ γέγονεν ἐπὶ τοῦ ἁγίου κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως κατὰ ἀρείου τοῦ γενομένου διακόνου πρεσβυτέρου ἐν ἀλεξανδρείᾳ. ὃν καὶ προανεθεμάτισεν ὁ ἅγιος πέτρος, ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος εἰπὼν, ἄρειος καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κεχωρισμένος ἐστὶ ἐκ τῆς δόξης τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἰησοῦ χριστοῦ. ἐκήρυττε γὰρ ὁ αὐτὸς ἄρειος κτίσμα εἶναι τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ οὐ γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατέρος πρὸ τῶν αἰώνων. ἡ δὲ ἁγία σύνοδος ὁμοούσιον καὶ συνάναρχον ὥρισε τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα. κατέκρινε δὲ καὶ σαβέλλιον τὸν λυβικὸν, φάσκοντα μίαν ὑπόστασιν εἶναι πατέρος, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, τρεῖς ὑποστάσεις κηρύξασα ἡ αὐτὴ θεόφρων σύνοδος, μίαν δὲ οὐσίαν. ἐξ ἧς μάλιστα ἐστὶ καταισχῦναι τοὺς θεοδοσιανοὺς, καὶ ἰακωβίτας, ταὐτὸν λέγοντας εἶναι τὴν οὐσίαν, ἤτοι φύσιν, καὶ τὴν ὑπόστασιν, καθὼς μέλλομεν δεῖξαι. ἀπεκήρυξε δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν φωτεινοῦ ἡ ἁγία σύνοδος, τὴν φάσκουσαν ἀπὸ μαρίας ἔχειν τὴν ἀρχὴν τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκὸς τὸν χριστὸν, καὶ μὴ εἶναι αὐτὸν προαιώνιον κατὰ τὴν ἄκτιστον αὐτοῦ θεότητα.

Ἡ δευτέρα ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει ρν΄. ἁγίων πατέρων γέγονεν ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ μεγάλου βασιλέως κατὰ μακεδονίου ἀρχιεπισκόπου κωνσταντινουπόλεως, κτίσμα λέγοντος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἡ δὲ ἁγία σύνοδος καθελοῦσα μακεδόνιον, ὁ-

μοούσιον

# CAPVT QVINTVM.

*De ſanctis Conciliis.*

NEceſſe eſt autem ſtudioſum illud quoque tenere ſancta Oecumenica ſex Concilia, & quamobrem, & contra quas hæreſes ſint celebrata. quin & (noſſe oportet) alia quoque diuerſa Prouincialia, & ante, & poſtea in diuerſis prouinciis, de diuerſis capitibus acta.

I. Itaque primum S. Oecumenicum Concilium CCC. XVIII. Patrum Nicææ ſub D. Conſtantino Imp. geſtum eſt contra Arium Alexandrinum Presbyterum. quem & S. Petrus Martyr, ac Epiſcopus iam ante execratus erat, dicens; Arius & in hoc ſeculo, & in futuro à Dei filij Ieſu Chriſti gloria ſeparatus eſt, & ſegregatus. Prædicabat enim creaturam eſſe Dei filium, atque Verbum, neque genitum ex Patre ante ſecula. Sanctum verò Concilium eiuſdem cum Patre principij filium, eiuſdemque naturæ, genitum, non factum definiuit. Damnauit autem & Sabellium Lybem, qui vnam Patris, Filij, ac Spiritus ſancti perſonam diceret; tres hypoſtaſes, vnam ſubſtantiam, diuina Synodus profeſſa. Ex qua quidem, cum primis pudefaciendi Theodoſiani, & Iacobitæ, qui ſubſtantiam, ſiue naturam, atq; hypoſtaſin idem eſſe dicunt, vti oſtendemus. Condemnauit etiam Photini hæreſin hæc ſancta Synodus, quæ diceret, Chriſtum, & diuinitatis, & humanitatis principium habere à MARIA, neque ſecundum increatam ipſius diuinitatem ſeculis præſtare.

II. Secundum S. Oecumenicum CL. SS. Patrum Concilium Conſtantinopoli ſub Theodoſio Magno Imp. coactum, factumque eſt contra Macedonium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum, qui Spiritum ſanctum creaturam eſſe diceret. Sanctum verò Concilium, abdicato Macedonio, Spiritum ſanctum Patri, & Filio conſubſtantialem proclamauit, addi-

μοούσιον ἐκήρυξε τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσθεῖ-
σα ἐν συμβόλῳ τὸ, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κύριον καὶ ζωοποιὸν, καὶ
τὰ ἑξῆς. ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ἐν ἐφέσῳ τὸ πρότερον σ̄. ἁγίων πατέ-
ρων γέγονε μετὰ ν̄ χρόνους τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει ἐπὶ θεοδοσίου τοῦ μι-
κροῦ βασιλέως κατὰ νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς ἐπισκόπου κωνσταντινοπόλε-
ως, ἀνθρωποτόκον κηρύττοντος τὴν παναγίαν θεοτόκον, λοιπὸν δὲ καὶ
διαιροῦντος τὸν χριστὸν εἰς δύο πρόσωπα ἀσεβῶς, καὶ δύο ὑποστά-
σεις. ὃν καθελοῦσα ἡ ἁγία σύνοδος, θεοτόκον κυρίως, καὶ ἀληθῶς
ὥρισε τὴν πανένδοξον ἁγίαν παρθένον, μίαν χριστοῦ σύνθετον ὑπό-
στασιν εὐσεβῶς διδάσκουσα.

Μετὰ οὖν δέκα τινὰς χρόνους ἀνεφύη εὐτύχιός τις ἀρχιμανδρί-
της ἐν κωνσταντινουπόλει, ἐξ οὐρανοῦ λέγων καταληλυθέναι τὸ σῶμα
τοῦ χριστοῦ, καὶ ἑτεροούσιον ἡμῶν αὐτὸ εἶναι, καὶ μίαν φύσιν τὸν χριστὸν
ὅλον τυγχάνειν. καθ' οὗ πεποίηκε τοπικὴν σύνοδον ὁ μακάριος φλα-
βιανὸς, ἐπίσκοπος ὢν κωνσταντινουπόλεως, τότε καθελὼν αὐτὸν, καὶ
ὁρίσας ὁμοούσιον ἡμῶν εἶναι τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. λοιπὸν δέησιν ἐπιδε-
δωκὼς τῷ βασιλεῖ ὁ εὐτύχιος, ἔπεισεν αὐτὸν, καὶ μεταστειλάμενος
διόσκορον τὸν πάπαν ἀλεξανδρείας ἐποίησε τὴν ἐν ἐφέσῳ τὸ δεύτε-
ρον σύνοδον κατὰ φλαβιανοῦ, τὴν λεγομένην λῃστρικήν, ἐν ᾗ κυκλωθεὶς
ἀπέθανεν ἐξ αὐτῶν.

Δι' ὃν ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν χαλκηδόνι γέγονε, κατὰ διοσκόρου, καὶ
εὐτυχοῦς τῶν αἱρεσιαρχῶν, μίαν φύσιν λεγόντων τὸν χριστόν. ἡ δὲ
ἁγία σύνοδος διὰ τὸ τέλειον εἶναι ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ὁμοίως ἐν
ἀνθρωπότητι τὸν χριστὸν, ἐν δύο αὐτὸν ἡνωμέναις φύσεσιν ἕνα κύ-
ριον ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως ἐκήρυξεν, ἐπικυρώσασα τὴν κα-
θαίρεσιν νεστορίου ἣν ἐποίησεν ὁ μακάριος κύριλλος τῇ ἐν ἐφέσῳ τὸ
πρότερον ἁγίᾳ συνόδῳ, εὐφημίσασα καὶ τὸν αὐτὸν μακάριον κύριλλον,
καὶ εἰποῦσα, κυρίλλου αἰωνία ἡ μνήμη, ἐπὶ μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως.

Μετὰ χρόνους ρ̄. τῆς ἐν χαλκηδόνι συνόδου γέγονεν ἐπὶ ἰουστινια-
νοῦ τοῦ βασιλέως ἡ πέμπτη οἰκουμενικὴ σύνοδος κατὰ ὠριγένους, καὶ διδύ-
μου, καὶ εὐαγρίου τῶν ματαιοφρόνων λεγόντων τὰς ἡμετέρας ψυχὰς μετὰ
τῶν δαιμόνων ἐξ οὐρανοῦ καταπεσεῖν εἰς τὰ σώματα ἡμῶν, καὶ ὅτι τέ-
λος

addique curauit in Symbolo illud ; Et in Spiritum sanctum , Dominum , & viuificantem , & quæ sequuntur. Tertium S. Ephesi prius CC. sanctorum Patrum Concilium sub Theodosio paruo Imp. celebratum est annis post Constantinopolitanum, L. contra impium Nestorium Constantinopolitanum Episcopum, qui doceret sanctissimam Deiparam, hominem merum genuisse; quiq; demum Christum in duas personas, duasque hypostases impiè diuideret. Quo abrogato, S. Concilium gloriosissimam S. VIRGINEM propriè, ac verè DEIPARAM, vnamque Christi compositam hypostasin esse, decreuit.

III.

Annis circiter post decem, Eutyches quidam, Archimandrita Constantinopoli est exortus; qui diceret, Christi corpus è cœlo deuenisse, aliudque à nostro, totumque Christum naturam vnam esse. Contra quem B. Flauianus, Constantinopolitanus Episcopus, prouinciali indicto Concilio, tunc abdicato eôdem , Christi corpus eiusdem cum nostro esse substantiæ definiuit. Cæterùm Eutyches porrecto libello supplice Imp. ei persuasit: accitoque Dioscoro, Alexandrino Episcopo, secundum Ephesi peregit Concilium contra Flauianum, quod dicitur latrocinans; in quo ab ipsis circumuentus, fuit trucidatus.

IV.

Ob quem habitum est Chalcedone Concilium aduersus Dioscorum, & Eutychen hæresiarchas, vnam in Christo naturam asserentes. At sancta hæc Synodus, quod Christus tam diuinitate , quàm humanitate æquè perfectus esset, in duabus inconfusè, & inseparabiliter vnitis naturis vnum Dominum est professa : confirmata Nestorij, in priore Ephesino Concilio, auctore Cyrillo, damnatione; quo quidem B. Cyrillo collaudato, eidem hoc edidit elogiũ; Cyrillo, æterna memoria; quæ quidem omnia sub Marciano Imp. sunt peracta.

V.

Annis post Chalcedonense Concilium, C. sub Iustiniano Imp. quintum œcumenicum actum est Concilium, contra Origenem, Didymum, & Euagrium stultè sapientes; quippe qui dicerent animas nostras cum dæmonibus è cœlo in cor-

λος ἔχει ἡ κόλασις, καὶ ἀποκαθίσταται δι' αὐτῆς πάλιν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ τάξιν τὴν ἀγγελικήν. κατέκρινε δὲ ἡ αὐτὴ ἁγία σύνοδος καὶ σεβῆρον, καὶ τὸ φρόνημα αὐτοῦ, καὶ πάντα τὸν λέγοντα προϋπάρχειν τὰς ψυχὰς ἡμῶν πρὸ τῶν σωμάτων. εἰδέναι μέντοι γε χρὴ ὅτι γεγόνασι καὶ ἄλλαι πλεῖσται σύνοδοι τοπικαὶ ἐν διαφόροις χώραις χάριν διαφόρων ἐκκλησιαστικῶν κεφαλαίων.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ἝΚΤΟΝ.

### Πόθεν ἡ μονόφθαλμος σεβήρου πίστις ἐβλάστησεν.

Ὅσιον λοιπὸν πρὸς τὸ γινώσκειν τὸν φιλόπονον διὰ βραχέων εἰπεῖν πόθεν ἀπήρξατο καὶ ἡ τὴν σύγχυσιν δογματίζουσα τῶν μονοφυσιτῶν αἵρεσις, καὶ ἐκ ποίων αἱρέσεων καὶ δρακόντων ἀρχαίων τὸν ἰὸν ἐθήλασε. ταῖς γὰρ μανιχαίων, καὶ οὐαλεντίνων, καὶ μαρκιωνιστῶν, καὶ ἀρειανῶν βίβλοις ἐγκύψας ὁ εὐτυχὴς, ὁ καθαιρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου χαλκηδόνος, ἐκεῖθεν ἐδιδάχθη τὴν φαντασίαν καὶ δόκησιν, καὶ τὸ μίαν φύσιν κηρύττειν τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ χριστοῦ. εἶτα ἐκ τοῦ εὐτυχοῦς παρέλαβε τὴν τοιαύτην νόσον ὁ διόσκορος. λοιπὸν καθαιρεθέντος καὶ διοσκόρου ἐν χαλκηδόνι, ἐσχίσθη ἡ ἐκκλησία κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἀλεξανδρείας. μετὰ γοῦν χρόνους τινὰς γέγονε τιμόθεος ἐπίσκοπος τῶν μονοφυσιτῶν ἐν ἀλεξανδρείᾳ, καὶ εὐθέως κατέγραψε συγγράμματα κατὰ τῆς συνόδου χαλκηδόνος, καὶ τοῦ τόμου λέοντος τοῦ πάπα ῥώμης. εἶτα ἰωάννης ὁ καισαρεὺς ὁ γραμματικὸς ἀπελογήσατο ὑπὲρ τῆς συνόδου, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι δι' ἐκθέσεων ἀληθεστάτων. διωχθέντος οὖν σεβήρου ἀπὸ ἀντιοχείας διὰ τὰ πονηρὰ αὐτοῦ διδάγματα, ἅπερ κατὰ τῆς συνόδου χαλκηδόνος ἐδίδασκε, παραγίνεται ἐν ἀλεξανδρείᾳ εἰς τὸν φωλεὸν τῶν ὄφεων, τῶν ἐχθρῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐγκύψας τοῖς συντάγμασι τοῦ καισαρέως, καὶ ἑτέρων τινῶν τῶν συνταττόν-

των

pora noſtra decidiſſe: &, quod pœna (damnatorum) habeat finem; quodq; diabolus in antiquum angelicum denuò reſtituendus ſit ordinem. Damnauit etiam hæc ſancta Synodus Seuerum, & ſententiam ipſius, omneſque idem ſentientes, animas ſcilicet noſtra ante corpora præexiſtere. Sciendum verò eſt, alia plurima prouincialia celebrata eſſe Concilia in diuerſis locis, & de diuerſis eccleſiaſticis capitibus. *

** Poſt hac Verba, ſequitur in Cod. Auguſt. titulus* de natura, *ſed omnia iam habes ſupra in capite de definitionibus, & quidem ad verbum: Exceptis hiſce pauculis.* ἐκ παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης, ὅτι οὐδὲν ἕτερον σημαίνει τὸ λέγειν φύσει θεὸν τὸν χριστὸν, καὶ φύσει ἄνθρωπον, εἰ μὴ ἐν ἀληθείᾳ ὄντα θεὸν, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τὸν αὐτὸν γινόμενον ἀτρέπτως ἄνθρωπον. εἴρηται τοίνυν τῷ σοφῷ Σολομῶντι, &c. *Ex veteri & nouo Teſtamento, Chriſtum naturâ eſſe Deum, & naturâ eſſe hominem, nihil aliud ſignificare, quàm illum ipſum, qui in rei veritate Deus eſt, etiam in rei veritate immutabiliter factum eſſe hominē. Dictū eſt itaq; à ſapientiſſimo Salomone, &c.*

## CAPVT SEXTVM.

### *Vnde monocula Seueri fides pullulauerit.*

PIVM deinceps eſt, ne ignoret ſtudioſus, breuiter exponere, vnde cœperit cōfuſionem docens Monophyſitarum hæreſis; & è quibus hæreſibus, & antiquis draconibus venenum hauſerit? Nam Manichæorum, Valentinianorum, Marcionitarum, & Arianorum libris inſpectis, Eutyches qui à S. Concilio Chalcedone damnatus fuit, inde, phantaſticum, & putatitium corpus edoctus, vnam diuinitatis, & humanitatis Chriſti naturā prouulgauit. Ab Eutyche deinde morbum hunc ſuſcepit Dioſcorus. Cæterùm, Dioſcoro in Chalcedonenſi Concilio condemnato, abdicatoque, Conſtantinopolitana, & Alexandrina Eccleſia, per ſchiſma fuêre ſeparatæ. Poſt aliquot igitur annos Timotheus Monophyſitarum Alexandriæ Epiſcopus, ſtatim aduerſus Chalcedonenſe Concilium, ac Leonis Romani Pontificis volumen libros conſcripſit. Defendêre Concilium Ioannes Cæſareenſis Grammaticus, & alij plurimi, ſcriptis veriſſimis. Pulſus igitur Antiochia Seuerus ob praua dogmata, quæ contra Chalcedonenſe docebat Concilium, proficiſcitur Alexandriam, ſerpêtium, hoc eſt, Catholicæ Eccleſiæ hoſtium

των ὑπὲρ τῆς συνόδου διὰ πλειόνων πατρικῶν, καὶ γραφικῶν χρή-
σεων, καὶ συστάσεων καὶ ἀποδείξεων, πρῶτον μὲν εὐθέως κατέγραψε
κατὰ τοῦ καισαρέως ἰωάννου, καὶ μετὰ τοῦτο ὅπερ ἀκύλας ἐπὶ τῆς παλαι-
ᾶς γραφῆς πεποίηκε, παρερμηνεύσας ταύτην, καὶ τὰς πλείους, χρήσεις
καὶ μαρτυρίας τὰς περὶ χριστοῦ διαστρέψας καὶ περικόψας, καὶ κατ'
ἀντιπάθειαν πεπλανημένην ἔκδοσιν πρὸς ἀπώλειαν ἰουδαίοις κα-
ταλείψας, τοῦτο αὐτὸ καὶ σευῆρος πεποίηκε. θεωρήσας γὰρ ὅτι ἐκ
πατρικῶν τῶν ὁσίων διδασκάλων χρήσεων παρέστησαν ἐν δύο φύ-
σεσιν ἀδιαιρέτοις ἐν ἑνὶ προσώπῳ τὸν χριστὸν οἱ περὶ τῆς συνόδου ἀπο-
λογησάμενοι, ἐπιλαθόμενος ὁ πολὺς οὗτος σευῆρος ὅτι τὴν κρί-
σιν πᾶσαν τῷ χριστῷ δέδωκεν ὁ πατὴρ, ἁρπάζει τὸ τῆς κρίσεως ἐκ
τοῦ χριστοῦ ὡς ἀντίχριστος ἀξίωμα, καὶ προκαθέζεται δικαστὴς, καὶ
κριτὴς τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων, καὶ παραγαγὼν τὰς
τούτων χρήσεις, ὅσας μὲν ἠδυνήθη παρερμηνεῦσαι ταύτας ὡμολόγησε
τῶν πατέρων ἀληθῶς εἶναι, ὅσων δὲ πάλιν χρήσεων αἱ βίβλοι
σπανίως * εὑρίσκονται, ἢ διὰ τὸ ἀπομήκοθεν τῆς αὐτῶν χώρας, ἢ
διὰ τὸ ἑτερογλώσσους εἶναι, ταύτας παρεγράψατο, λέγων ψευ-
δεῖς καὶ νόθους ὑπάρχειν. ὅσας δὲ πάλιν χρήσεις λεγούσας τὰς δύο
φύσεις εὗρε γρηγορίου τε καὶ ἰωάννου, καὶ κυρίλλου, καὶ ἀθανασίου, καὶ
ἀμβροσίου,, καὶ πρόκλου, καὶ τῶν λοιπῶν περιφανῶν διδασκάλων,
ὧν αἱ βίβλοι, καὶ αἱ χρήσεις ἀπαραίτητοί· εἰσὶ διὰ τὸ κατὰ πᾶσαν
τὴν οἰκουμένην αὐτὰς προκεῖσθαι, περὶ τούτων πάλιν ὅρον καὶ ἀπόφασιν
ἐξέθετο ὁ νομοθέτης, καὶ κριτὴς σευῆρος, ποτὲ μὲν γράφων πρὸς τὸν
λεγόμενον νηφάλιον ὅτι συγγνώμην παρέχει τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐ-
πὶ τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων, ἐπειδὴ φησὶ κατὰ ἀρειανῶν ὁπλιζόμενοι
ἠναγκάσθησαν τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων χρήσασθαι. ποτὲ δὲ πάλιν
ἀναισχυντότερον χρώμενος, οὐδὲ συγγνώμην ἀξιοῖ τοὺς ἁγίους πα-
τέρας, ἀλλ' ὅσον τὸ ἐπ' * αὐτῶν τὴν καθαίρεσιν, καὶ ἐκβολὴν τῶν θεο-
πνεύστων αὐτῶν διδαγμάτων ποιεῖται, αὐταῖς ξηραῖς λέξεσιν οὕτως
ἐκθέμενος, καθὰ ὕστερον πλατύτερον ἐροῦμεν, καὶ δείξομεν αὐτὸν φά-
σκοντα ὅτι περ ἀπόβλητοί εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων πατέρων περὶ δύο φύ-
σεων ἡνωμένων ἐν χριστῷ χρήσεις. κἂν αὐτοῦ κυρίλλου ὑπάρχουσι, καὶ

* ηὑρίσκοντο

* τῷ

Iustrum: Scriptisque Cæsareensis, & aliorum, qui pro Concilio scribebant, permultis Patrum, ac scripturę sententiis, probationibus, ac demonstrationibus instructis obiter perlectis, extemplò cùm contra Ioannē Cæsareensem scripsit; tum, (quod Aquila, in veteri Scriptura fecit; praua interpretatione compluribus sententiis, & testimoniis de Christo peruersis, & mutilatis; ac quæ in contrarium studio ferretur (vero scilicet ac religioni Christianæ consentaneo) falsa editione Iudæis ad perniciem relicta) idem ipse quoque Seuerus patrauit. Cùm enim vidisset, pro Concilio propugnantes, è Patrum, & sanctorum Doctorum testimoniis probè constabiliuisse, Christum in vna persona duabus naturis præditum, oblitus hîc passim Seuerus; *Patrem iudicium omne Christo* (filio) *dedisse*, ceu Antichristus, erepta ei iudicij dignitate; & quasi arbiter quidam, iudexque sanctorum Patrum, & Doctorum confidens, adductis eorum testimoniis, quotquot deprauare potuit, ea verè Patrum esse confessus est: quorum autem libri, aut ob regionum distantiam, aut quod alterius linguæ forent, rarius extarent, ea circumscripsit, falsa censens, & adulterina. Rursum quæ testimonia offendit in Gregorio, Ioanne, Cyrillo, Athanasio, Ambrosio, Proclo, cæterisq; præclaris Doctoribus, quorum libris, & sententiis refragari nequiret; posteaquam toti orbi constat, duas ipsas in Christo naturas affirmare, super iis censuram, & derisionem edidit præclarus iste legislator, & Iudex Seuerus: nunc quidem Nephalio scribens, ignoscere se sanctis Patribus, in duarum naturarū (in Christo) asseueratione: qui, ait, cum Arianis depugnantes, duarum naturarum vocibus vti sunt coacti. Nunc verò impudentius sanctorum Patrum vsus testimoniis, nec venia dignatur: sed quantum in se est, dogmatibus eorum diuinitus inspiratorum, abolitionem molitur & interitum, hisce aridis verbis, ita edens, producensque, vt fusius postea dicemus, ostensuri, ipsum dicere, contemnenda, & reiicienda esse sanctorum Patrum de duabus naturis in Christo vnitis testimonia, quantumuis aliôqui Cyrilli sint: temporum etiā interuallo, pro vicissitudine hæresum, Christiana quoque

M 3 dogma-

ὅτι πρὸς τοὺς καιροὺς, καὶ τὰς ἐναλλαγὰς τῶν αἱρέσεων δεῖ φησὶ πα-
ραλλάττειν, καὶ μεταφέρειν τὰ τοῦ χριστοῦ δόγματα. ὅθεν ἀρειανῶν
φησὶ λεγόντων μίαν φύσιν ἐν χριστῷ, καλῶς ἐποίησαν οἱ πατέρες εἰ-
πόντες δύο φύσεις, καὶ συγγνώμην αὐτοῖς δίδωμι. νεστορίου δὲ λέγοντος
δύο φύσεις ἐν χριστῷ, ἀπόβλητοι λοιπόν εἰσιν αἱ τῶν πατέρων φω-
ναὶ, κἂν αὐτοῦ μακαρίου κυρίλλου εἰσί. μία γὰρ λοιπὸν φύσις ἐστὶν ὁ
χριστὸς, καὶ ἐστέρηται τῆς ἑτέρας. τάχα γὰρ νεστόριον ἰδοῦσα ἡ παναγία
σὰρξ τοῦ χριστοῦ ἡ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένη αὐτῷ ἐχωρίσθη καὶ ἔφυγεν
ἐκ τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ ἀνούσιος, καὶ ἀνυπόστατος, καὶ ἀφανὴς γέγονε,
καὶ γυμνὸν λοιπὸν τὸν θεὸν λόγον κατέλιπε, κατὰ τὴν τοῦ μανέντος δι-
δασκαλίαν. ἐκεῖνος γὰρ τοῦτό φησιν ὅτι ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνω-
μα αὐτοῦ, τῆς σαρκὸς, ἡνίκα ἀνελαμβάνετο εἰς οὐρανούς.

Ταῦτα νομοθετήσας ὁ σεβῆρος, ὡς οἷα τῷ ἀκύλᾳ καὶ μαθητεύ-
σας καὶ τῷ ἰδίῳ ἔθνει τῶν ἀλεξανδρέων, ὡς τὴν λεγομένην παρ' ἑβραί-
οις δευτέρωσιν, τὴν περιέχουσαν τῆς ὀρθῆς τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευ-
τῶν τὴν ἀναίρεσιν, καὶ τοῦ θείου νόμου κατάλυσιν· καθεσθεὶς ἔσω ἐκτίθε-
ται αὐτοῖς βίβλον τὴν λεγομένην φιλαληθῆ, μᾶλλον δὲ φιλομυθῆ,
ἐν ᾗ ὡς οἷα κριτὴν ζώντων, καὶ νεκρῶν ἑαυτὸν χειροτονήσας, πίνακα
χρήσεων, καὶ πατέρων συνέταξεν, οὓς μὲν θέλων δεξάμενος, οὓς δὲ πάλιν
ἐκέλευεν ἐξεωσάμενος. ἣν τινα βίβλον οὕτω δὴ κατέχουσι κατὰ τὴν
αἴγυπτον καὶ συρίαν οἵ τε ἰακώβου, καὶ σεβήρου, καὶ θεοδοσίου, καὶ τιμο-
θέου, καὶ διοσκόρου μαθηταὶ, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐχθροὶ, ὑπὲρ αὐτὸ
τὸ κατὰ ἰωάννην θεῖον εὐαγγέλιον. καὶ καθάπερ, ὡς πρὸ βραχέως εἴ-
πον, οἱ ἰουδαῖοι παῖδες πάσας τὰς μωσαϊκὰς καὶ προφητικὰς ἐκδόσεις
ἀφέντες, τῇ ὑπὸ τοῦ ἀκύλα παραδόσει, καὶ πλάνῃ στοιχοῦσιν, οὕτω δὴ
καὶ οἱ σεβήρου, καὶ ἰακώβου μαθηταὶ πάσας τὰς εὐαγγελικὰς, καὶ γρα-
φικὰς, καὶ πατρικὰς χρήσεις αἱροῦνται μᾶλλον παραγράψασθαι καὶ
διακρούσασθαι ἢ τὴν σεβήρου ἐν τῇ τοιαύτῃ βίβλῳ νομοθεσίαν. κἂν γὰρ
αὐτοῖς πέτρον ἢ παῦλον παραγάγοις, κἂν εὐστάθιον καὶ γρηγόριον,
κἂν βασίλειον, κἂν ἰωάννην, κἂν ἀθανάσιον, καὶ αὐτὸν τὸν * μακά-
ριον κύριλλον, κἂν ἄλλου οἱουδήποτε πατρὸς χρῆσιν, ἢ σύνταγμα, οὐ
πρότερον δέχονται τοῦτο, ἄχρις ἂν ἐν τῇ νομοθεσίᾳ σεβήρου ἐπισκέ-

* ἀοίδιμον.

ψωσι

dogmata conuerti, & velut transferri oportere. Vnde Arianis, inquit, vnam in Christo naturam dicentibus; rectè fecêre Patres, cùm duas sunt professi naturas, atque equidem iis veniam tribuo. At Nestorio duas asserente; contemnendæ de cætero Patrum sunt voces, & sententiæ, etiamsi ipsius beati sint Cyrilli. Vna enim natura deinceps est Christus, & alterâ est priuatus. Etenim Nestorio fortè viso, sanctissima Christi caro in persona Christo vnita, abscesserit, opinor, atq; è Deo Verbo fugerit, substantiæ, & hypostasis expers, inaspectabilisque facta est (scilicet) & de cætero Deum verbum nudum reliquit, & quidem iuxta Manentis doctrinam. Ille enim, inquit; in sole posuit tabernaculum suum, carnis scilicet suæ, quando in cœlos fuit assumptus.

Atque eiusmodi leges tulit Seuerus, quales etiam ab Aquila latæ, perscriptæque sunt, docuitque suum Alexandrinum populum, velut aliquam, quæ apud Hebræos dicitur, δευτέρωσιν, quæ L X X. interpretum legitimæ interpretationis abolitionem, diuinæque legis dissolutionem complectitur: sedens itaque librum iis edit proponitque, quem veri amantē, (potius verò fabularum amantem) nominat: In hoc, se tanquam viuorum, & mortuorū creato iudice, cum testimoniorum, tum Patrum ipsorum composuit tabulam; hos quidem, pro lubito, approbans, ac rursum, quos iuberet, exigēs. Quem librum Ecclesiæ hostes, Iacobi, Seueri, Theodosij, Timothei, Dioscorique discipuli per Syriam, & Aegyptum, præ diuino secundum Ioannem Euangelio retinēt. Ac quemadmodum, vt paulò antè dixi, Iudæi posteri, omnibus Mosaicis, & Propheticis scriptis missis, falsa ab Aquila traditione nituntur: ad eundem modum & Seueri, & Iacobi discipuli, cunctas & Euangelij, & Scripturæ (veteris Testamenti) atq; Patrum sententias inducere, & repellere malunt, quàm Seueri in eo libro censuram, & legem. Etenim, quantumuis Petrum, & Paulum iis proferas, quantumuis Eustathium, ac Gregorium, quantumuis Basilium, Ioannem, Athanasium, ipsumq; celebrem Cyrillum, quantumuis alterius cuiusuis Patris sententiam, & testimonium, aut opus; non antè admittunt istud,

quam

ψωσι (λέγω δὴ ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ συνταχθέντι βιβλίῳ τῷ λεγομένῳ Φιλαληθεῖ) καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ κρίσιν καὶ ἐπιτροπὴν καὶ ἀπόφασιν ἢ δέχονται, ἢ ἀπωθοῦνται τὸν διδάσκαλον, καὶ τὴν τούτου φωνὴν διδάσκαλον τῶν διδασκάλων, καὶ κριτὴν τῶν θαυματουργῶν, καὶ ἐταστὴν, καὶ δοκιμαστὴν τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν αὐτὸν καταστήσαντες.

Ταῦτα ἡμεῖς οὐκ ἐξ ἀκοῆς γράφομεν, ἀλλ' ἐκ πείρας πολλῆς τυγχάνοντες, καὶ ἐν Συρίᾳ, καὶ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐν ἑτέροις τόποις. εἰδότες τοὺς τὴν μίαν φύσιν ἐν Χριστῷ δογματίζοντας, πᾶσαν γραφικὴν, καὶ πατρικὴν λέξιν, κατὰ τὴν νομοθεσίαν Σευήρου ἀνακρίνοντας, καὶ ἑρμηνεύοντας, ἐνομοθέτησε γὰρ αὐτοῖς ἐν τῷ αὐτοῦ βιβλίῳ τῷ καλουμένῳ, Φιλαληθεῖ. ὅτιπερ σ. τριάκοντα χρήσεις τῶν ἁγίων Πατέρων διέτριψεν ἡ πίστις Χαλκηδόνος ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, ᾗ ἐποιήσατο ὑπὲρ αὐτῆς Ἰωάννης ὁ καισαρεύς. ὅπερ καὶ προήγαγεν ἡμῖν ἐν Βαβυλῶνι Ἀθανάσιος ὁ νοτάριος. ἐπεὶ οὖν πρὸς τὰς χρήσεις τῶν πατέρων ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἐκώφευσαν τὸ οὖς τῆς ἑαυτῶν καρδίας, μηκέτι ἀκούοντες φωνῆς ἐπαδόντων, πάντως φαρμακοῦται φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ ἡ τούτων παρεμβολή. καὶ παραιτούμενοι αὐτοῖς τῇ συνεργίᾳ, τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀθετουμένου Χριστοῦ, δι' ἑτέρου τρόπου, οὗ οὐκ ἐπίστανται, καὶ ἐπιπεσούμεθα τοῖς ἀλλοφύλοις τῆς ἀληθείας, δι' ἄλλης ὁδοῦ εὐσεβείας, ἧς οὐκ ἐβάδισαν, οὐδὲ ἔγνωσαν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐβλασφήμησαν, μᾶλλον δὲ ἔγνωσαν, καὶ ἑκουσίως εἰς αὐτὸν ἠσέβησαν.

Ἰστέον δὲ πρὸ πάντων, καὶ μὴ ἀγνοητέον, ὅτιπερ ἅπαντες οἱ μίαν οὐσίαν δογματίζοντες εἶναι τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν ἄλλων ἑλληνικῶν διδαχῶν παρέλαβον, λέγειν, τὴν φύσιν πρόσωπον εἶναι, καὶ τὸ πρόσωπον ὁμοίως φύσιν. μερικὰς γὰρ οὐσίας λέγει ὁ Ἀριστοτέλης εἶναι τὰ πρόσωπα. λοιπὸν τούτῳ τῷ ματαίῳ κανόνι στοιχῶν ὁ Ἄρειος, εἶπεν τρεῖς οὐσίας ἐπὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος. τούτῳ τῷ ἀνό-

μῳ

quam Seueri censuram inspexerint; hoc est, editum ab eo librum, quem veri amantem inscripsit, pro eiusq; iudicio, imperio, & censura, doctorem, atque eius doctrinam aut approbant, aut repellunt: *doctorem doctorum, & iudicem illorum constituentes, qui miracula patrarunt; examinatoremque & approbatorem virorum; qui Deo pleni erant.

* Hactenus versio à Schotto missa.

Hæc ex aliorum relatione non scribimus: sed ex propria experientia, eaq; non modica, qua & in Syria, & in Aegypto, & Alexandriæ hæc talia edocti sumus: exploratumq; habemus, eos, qui vnam naturã in Christo adstruunt, omnia dicta scripturæ & Patrum ad Seueri normam & præscriptionem exigere, & interpretari. In prædicto enim libro, qui *Amator veri*, inscribitur; affirmauit, & quasi lege lata asseuerauit, * fidẽ Chalcedonensem triginta supra ducentas sentẽtias sanctorum Patrum peruertisse; in Apologia; quã pro fide & Synodo Chalcedonensi Ioannes Cæsariensis composuerat, quod & in Babylone obiecit nobis Athanasius Notarius. Quoniam igitur isti ad dicta Patrum instar aspidis surdæ obturantis aures suas, occluserunt aures cordis sui, ne incantantium vocem audiens factio istorum à sapiente penitus incantetur; ideo, ope Christi, quem ipsi aspernantur, alio modo, quem incompertum habent, oppugnandi sunt; hostesq; veritatis inuadendi alia via pietatis; quã nec pedibus triuerunt, nec animo cognouerunt. Si enim cognouissent, Deum gloriæ nunquam blasphemassent: imo, vt rectius loquar, cognouerunt; deditaque opera impij in eum exstiterunt.

* hoc est, eos, qui fidẽ Chalcedonensem sequuntur.

Sciendum autem, omnes illos, qui vnã aiunt esse in Christo diuinitatis & humanitatis naturam; ex * Aristotele, & ex aliis Græcanicis disciplinis hausisse hoc, vt assererẽt, naturam esse personam, & similiter personam, naturam. Nam Aristoteles dicit personas esse particulares, seu singulares * naturas, seu essentias. Hanc inanem doctrinam Arius secutus, statuit tres οὐσίας, naturas, seu essentias in Patre & Filio, & Spiritu sancto. Eãdem peruersam regulam amplexus Seuerus docuit, ex duabus particularibus naturis, seu essentiis & hypostasibus dimidiatis & imperfectis vnam Christi naturam confectam

* Ex Aristotele, sed male intellecto.

* Aristoteles dicit personam esse primã substãtiam. Quod verissimum, si rectè intelligatur.

μῳ ὅρῳ καὶ Σευῆρος στοιχήσας, ἐκ δύο μερικῶν οὐσιῶν, καὶ ὑποστάσεων ἡμιτόμων, εἶπεν ἀποτελεῖσθαι μίαν φύσιν τὸν χριστόν. ὡσαύτως καὶ Εὐτυχὴς, καὶ Διόσκορος, Τιμόθεός τε, καὶ Γαϊανὸς, καὶ Ἰουλιανὸς, Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ὁ γναφεὺς, καὶ Βαρσανούφιος, καὶ Θεοδόσιος τὸ δεκακέρατον τῆς πλάνης, οὐκ ἐκ γραφικῶν, καὶ εὐαγγελικῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν κατηγοριῶν παρέλαβον τὸ, λέγειν, τὴν φύσιν πρόσωπον, καὶ οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος.

Σχόλιον. Καὶ Σαβέλλιος ὁμοίως τὴν φύσιν λέγων ὑπόστασιν, μίαν ὑπόστασιν εἶπεν τῆς ἁγίας τριάδος.

Πάντα δὲ ταῦτα ἠγωνίσαντο, καθυβρίσαι τὴν σύνοδον χαλκηδόνος βουλόμενοι· ὡς ὁρίσασαν δύο φύσεις ἀδιαιρέτους τὸν ἕνα, καὶ μόνον χριστὸν τὸν θεὸν, ὅπως ὡς νομίζουσιν, ἐλέγξωσιν αὐτὴν δύο πρόσωπα λέγουσαν ἐν χριστῷ, ὅπως τετραπρόσωπος εὑρεθῇ ἡ ἁγία τριάς. δύο μὲν ἔχουσα πρόσωπα πατρὸς, καὶ ἁγίου πνεύματος· καὶ ἕτερα δύο τὰ τοῦ χριστοῦ. ταῦτα μὲν οἱ αἱρετικοί. Ἀλλὰ μὴν καθαιρέσεως, καὶ ἐξορισμοῦ γινομένου τῆς ἑλληνικῆς σοφίας ὑπὸ χριστοῦ, τοῦ ἐν Παύλῳ λαλοῦντος, μηδαμῶς ποτὲ καταδεξάμεθα κατὰ τὰ ἑλληνικὰ, καὶ Ἀριστοτελικὰ διδάγματα, τὰ τοῦ χριστοῦ κυρύττειν δόγματα. μηδὲ μὴν ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, ἀλλ' ὡς Παῦλος ὁ Ταρσεὺς τὸν χριστὸν καταγγέλλομεν. οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ αὐτοῦ χριστοῦ, τοῦ λέγοντος, ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν. ἐπειδὴ ἐμωράνθη ἡ σοφία τοῦ αἰῶνος τούτου. καὶ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος δι' αὐτῆς σοφίας τὸν θεόν. καὶ, εὐδόκησε διὰ τῆς ἰδιωτείας τῶν μαθητῶν σῶσαι τοὺς εἰς αὐτὸν εὐαγγελικῶς πιστεύοντας. οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις. ὅτι ἡ σοφία τοῦ κόσμου μωρία παρὰ τῷ θεῷ ἐστι, καὶ αὐτὴ, καὶ οἱ στοιχοῦντες αὐτῇ.

Οὐκοῦν ἡνίκα ἡμῖν τῆς ἀγέλης τοῦ προειρημένου δεκακεράτου προσπελάσῃ τις, τοὺς περὶ χριστοῦ διαγυμνάζων λόγους, μὴ πρότερον αὐτῷ τὴν οἵαν οὖν ἀπολογίαν ποιήσωμεν, ἄχρις ἂν διερωτήσωμεν, τὸ, τί νοεῖ, καὶ πῶς ἑρμηνεύει τὴν φύσιν; καὶ, τί ἐστι φύσις; καὶ τί ὑπάρχει ὑπόστασις; καὶ, τί ἐστιν οὐσία; καὶ τί ὁρίζει τὸ πρόσωπον; καὶ κατὰ ποῖον κανόνα νοεῖ τὸ γένος; Κἄν σοι τοὺς Ἀριστοτελικοὺς, καὶ Ὁμηρικοὺς ὅρους, καὶ

νόμους

& constitutam esse. Idem docuit Eutyches, Dioscorus, Timotheus, Gaianus, Iulianus, Iacobus, Petrus Cnapheus, Barsanuphius & Theodosius decem cornibus instructus decemuiratus erroris: neque ex Scripturis & Euangelio, sed ex * Aristotelicis Categoriis hanc suam sententiam hauserunt, qua contendunt, naturam esse personam, nullamq; naturam sine persona esse.

** Malè intellectis.*

Scholion. Eodem modo Sabellius naturam & hypostasin vnum idemque esse affirmans; vnam hypostasin in sacrosancta Trinitate statuit.

Porrò hæc omnia eò retulerunt; vt Synodum Chalcedonensem probro afficerent, quasi, quæ vnum solumque Christum ex duabus naturis indiuisis constare definiuit; hoc ipso conuinci posit, duas personas in Christo constituisse; vt sic sacrosancta Trinitas quatuor personas comprehendat: duas quidem, Patris & Spiritus sancti; & rursum duas Filij. Hæc Hæretici. At expulsâ semel græcanica sapientiâ à Christo per os Pauli loquente; nequaquam patimur nos fideles; vt Christi dogmata tradantur & explicentur ad * Aristotelis normam & disciplinam. Neque annunciamus Christum, vt Paulus Samosatensis, sed vt Paulus Tarsensis, *non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi*, dicentis; *perdam sapientiam sapientum; quia stultam fecit* (Deus) *sapientiam huius mundi*, placuitque Deo per *imperitiam & stultitiam* discipulorum saluos facere Euangelio credentes, non in *persuasibilibus sapientiæ* verbis; quia sapientia mundi, stultitia est apud Deum; vt & illi; qui eam amplectuntur.

** Imperitè abusi sunt hæretici Acephali doctrina Aristotelis.*

*1. Cor. 1.*

Igitur quando quis ex supradicta decem cornuum factione ad nos accesserit; de Christo nobiscum disceptaturus; ne prius vllum verbum defensionis gratia faciamus; quàm percontemur, quid intelligat nomine *naturæ*; quomodo naturam interpretetur; quid sit natura; quid hypostasis, quid essentia seu substantia; quomodo definiat personam; & qua notione genus accipiat. Et si tibi Aristotelicas & Homericas definitiones, & leges produxerit, affirmans, personam esse * naturam; multam salutem ei de cætero dicito; eumq; ad inferiora cum

** Nunquā dixit Aristoteles personam esse naturā vel es-*

νόμους προενέγκῃ λέγων. πρόσωπον εἶναι τὴν φύσιν, ἀπέστηθι λοιπὸν ἀπ' αὐτοῦ. καὶ στῆσον αὐτὸν κάτω μετὰ τοῦ διαβόλου, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ διαβόλου κατώτερον. οὔτε γὰρ ὁ διάβολος τολμήσει προτιμῆσαι τὴν ἑλληνικὴν σοφίαν ὑπὲρ τὴν Μωσαϊκὴν, καὶ προφητικὴν, καὶ εὐαγγελικὴν, καὶ Ἀποστολικὴν παράδοσιν. οὐκοῦν ὅσοι τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐρασταὶ, μετὰ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας, κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης πάντα τὰ τοῦ χριστοῦ κηρύξαμεν δόγματα, κατὰ Μωσέα, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὸ εὐαγγέλιον ἑρμηνεύσωμεν τὴν οὐσίαν, τὸ γένος, τὴν φύσιν, τὴν ὑπόστασιν, τὸ πρόσωπον, ὅπου οὐδεὶς δύναται ἀντειπεῖν. πρῶτον μὲν, ὅτι κυρία, καὶ δέσποινα πάντων τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν γραφῶν, καὶ πατέρων τυγχάνει. δεύτερον δὲ, ὅτι καὶ ἀνόθευτος, καὶ ἀναντίρρητος ὑπάρχει πᾶσα νομικὴ, καὶ Ἀποστολικὴ φωνή. τρίτον δὲ λοιπὸν, τούτου χάριν ἐκ παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης ἀναγκαῖον ὑποδεῖξαι τὰ περὶ φύσεως, καὶ ὑποστάσεως, καὶ προσώπου. καὶ γένους, καὶ οὐσίας. ἐπειδὴ τὴν ἐκβολὴν, καὶ οἱονεὶ καθαίρεσιν τῶν ἁγίων Πατέρων Σευῆρος πεποίηται. καθὰ εὐθέως ἀποδείξομεν ἐξ ὧν πρὸς Νηφάλιον, καὶ ἑτέρους τινας οὕτως ἐπήγγελλε λέγων. εἰ δὲ καὶ ἐροῦσιν οἱ δι' ἐναντίας, τοῦτ' ἔστιν, οἱ χαλκηδόνος, ὅτι καὶ ἡμεῖς προποίσομέν σοι φωνὰς πατέρων, ἐν αἷς προφανῶς λέγουσι δύο φύσεις ἐπὶ χριστοῦ. Ἐγὼ οὕτως πρᾴως, καὶ ἀφιλονείκως ἀπολογήσομαι. δῶμεν κατὰ συγχώρησιν τὸ, λέγειν ἐπὶ χριστοῦ δύο φύσεις, ὑπὸ μηδενὸς τῶν πάλαι πατέρων ἀποδοκιμασθέν. ἀλλὰ πάντας τοῦτ' ἐστι τοὺς ἁγίους πατέρας ὀρθῶς. καὶ ἀδιαβλήτως χρήσασθαι τῇ τοιαύτῃ φωνῇ. τί οὖν φησὶ πρὸς τοῦτο, λέγω, ὁ Σευῆρος; πολλαὶ τῶν ἀδιαβλήτως λεγομένων λέξεων παλαιοῖς πατράσι μετὰ Νεστόριον, οὐκ ἀσφαλεῖς ἐνομίσθησαν.

Diabolo amandato; vel potius infra Diabolum ablegato: Neque enim ipse Diabolus ausit græcam sapientiam anteponere Mosaicæ, Propheticæ, Euangelicæ & Apostolicæ traditioni. Ergo quicunque Spiritus sancti amatores sumus; omnia quæ ad Christum pertinent dogmata; prædicemus & annunciemus cum sancta Catholica Ecclesia secundum traditionem veteris & noui Testamenti; Interpretemur secundum Moysen, Prophetas, & Euangelium, essentiam, genus, naturam, hypostasin, personam. ita vt nullus contradicere queat. primum quidem. quia domina & regina est omnium aliarum Ecclesiasticarum Scripturarum; & Patrum. Secundò quia voces legis & Prophetarum sunt germanæ & synceræ, & contradictione liberæ. Quocirca necesse est; vt ex veteri & nouo Testamento demonstrentur; quæ naturam, hypostasin, personam, genus & vsiam concernunt, quandoquidem Seuerus Patres vniuersos planè repudiat, vt statim planum faciemus ex illis; quæ ad Nephalium, & quosdam alios in hæc verba scripsit. *Si dixerint aduersarij, hoc est; Concilij Chalcedonensis propugnatores; nos itidem adferemus Patrum testimonia; quibus disertè & dilucidè duas in Christo naturas adstruunt;* Ego hoc responsum placidè & *absque vlla contentione illis dabo. Denique a nullo ex antiquorum Patrum numero reiectum esse, hunc loquendi modum, quo duas in Christo naturas affirmamus; sed omnes sanctos Patres rectè, & absque vllo crimine hoc loquendi modo vsos esse;* Quid igitur ad hoc respondet Seuerus? *Multæ loquendi formulæ veterum Patrum, olim absque vlla vllius reprehensione vsurpatæ, post Nestorium non censentur amplius tutæ & securæ.*

*sentiam. Perperam hæreticè isti Vocabulo Aristotelico τῆς περιώτης ὀσίας abusi sunt.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ἝΒΔΟΜΟΝ.

### Ἀπόδειξις, ὅτι ἀπέβαλλετο ὁ δυσσεβὴς Σευῆρος τοὺς ἁγίους Πατέρας.

Καὶ μετὰ βραχέα πάλιν ὁ αὐτός φησι. καὶ μή μοι πάλιν εἴπῃς, ὡς τῇ λέξει τῶν δύο φύσεων τινὲς τῶν πατέρων ἐχρήσαντο. Ἐχρήσαντο γὰρ καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ συγχωρήσομεν. Ἀλλὰ μετὰ τὸν χρόνον τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τῆς νόσου, τῆς Νεστορίου κενοφωνίας, τὰς ἐκκλησίας ἐπινεμομένης, ἐπὶ πλέον ἡ λέξις ἀπεδοκιμάσθη. καὶ γὰρ πρὸς τὰς νόσους τὰ φάρμακα. οὐ δύνανται δὲ αἱ τῶν ἄλλων πατέρων φωναὶ, εἰ καὶ εὑρεθεῖεν, ὡς ἐν ὑποθέσει δὲ πάλιν λέγω, μετὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου προφέρεσθαι πρὸς τὴν ἐνσκήψασαν νόσον τὴν θεραπείαν ἐπινοήσαντος. τὸ πλέον λέγω, κἂν αὐτοῦ Κυρίλλου εἶεν αἱ φωναὶ ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσαι. ταῦτα Σευῆρος ἐξέθετο.

Ἐμοὶ δὲ τίς ἐδίδου κροτῆσαι τὸν ῥήτορα τοῦτον, ἐφ' οἷς τὴν ἐκκλησίαν ἐπὶ τούτοις, καὶ τὴν σύνοδον Χαλκηδόνος ἄκων εὐηργέτησεν, ὥσπερ οἱ Χριστὸν ξύλῳ προσηλώσαντες. αὐτὸ γὰρ τὸ ὁμολογεῖν αὐτὸν εἰρηκότας τοὺς ἁγίους πατέρας ἀδιαβλήτως ἐν Χριστῷ δύο φύσεις μυρίων ταλάντων οὐκ ὠνούμεθα, ἢ ηὑρίσκομεν τοιοῦτον συνήγορον μετὰ τῶν μίαν φύσιν ἐν Χριστῷ ὁμολογούντων. δεύτερον ἕτερον ἡμῖν συνεστήσατο κέρδος. ὅτι καὶ αὐτὸν τὸν μακάριον Κύριλλον μαρτυρεῖ τὰς δύο ἐν Χριστῷ δογματίσαντα φύσεις. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἠπίστατο, οὐκ ἂν ἔλεγεν, ὅτι κἂν αὐτοῦ Κυρίλλου, εἶεν αἱ φωναὶ ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσαι.

Τρίτον ἡμῖν κέρδος προξενεῖ, εἰ ὁ πολὺς οὗτος ῥήτωρ φάσκων· ὅτι πρὸς τὰς νόσους, καὶ πρὸς τὰς ἀνακυπτούσας αἱρέσεις δεῖ καὶ τὰ φάρμακα, καὶ τὰ δόγματα παρασκευάζειν, καὶ μεταλλάττεσθαι. καὶ γὰρ οἱ μακάριοι πατέρες, φησὶ πρὸς τὴν Ἀρείου, παρατατόμενοι αἵρεσιν μίαν φυσιν λέγουσαν ἐν Χριστῷ, ἀνατρέποντες ταύτην τὰς δύο σαφῶς ἐπ' αὐτοῦ ὡμολόγησαν φύσεις. ὄντως, ὡς γλυκεῖα τῷ λαρυγγί

# CAPVT SEPTIMVM.

## *Demonstratur sanctos Patres ab impio Seuero repudiatos esse.*

PAVLO pòst idem Seuerus dicit. *Ne mihi iterum dixeris; quosdam ex antiquis Patribus vocabulo duarum naturarum vsos esse; Eo enim vsi sunt nostro sensu; si faciamus vsos esse; cæterùm tempore S. Cyrilli cum Nestoriana pestis & nouitas Ecclesiam depasceretur; vocabulum hoc, vt plurimum, reiectum est & explosum. Nam ad morbos medicamenta accommodanda sunt. Non possunt autem aliorum Patrum sententiæ, dato per hypothesin quod reperirentur, proferri contra S. Cyrillum, qui ingruenti morbo conueniens medicamentum excogitauit. Dico, vt plurimum; Etiamsi voces illæ sint ipsius Cyrilli.* Hæc Seuerus.

C. Aug. ἐχρήσαντο γὰρ καθ' ὑμᾶς. Rectius Schot. Schedæ, καθ' ἡμᾶς.

Cæterùm qua nam ratione Rhetori huic gratias referam, quoque eum plausu afficiam, ob beneficia, quæ in Ecclesiam inque Synodum Chalcedonensem ignarus contulit; sicut & illi, qui Christum cruci suffixerunt (mundo ingentia commoda peperere, tametsi inscientes.) Nam quod fatetur, sanctos Patres absque vlla reprehensione duas in Christo naturas dixisse; mille vtique talentis non conduceremus eiusmodi patronum aduersus illos; qui vnam in Christo naturam ponunt. Secundò, id itidem lucri reportamus; quod fatetur, ipsum quoque S. Cyrillum duas naturas in Christo docuisse. Si enim hoc nesciuisset; vtique non dixisset; *Etiamsi voces illæ sint ipsius Cyrilli.*

Tertium emolumentum; nobis ab eloquentissimo isto Rhetore allatum, hoc est, quòd confitetur, ad enascẽtes morbos & hæreses medicamenta & dogmata præparanda & commutanda esse: *Nam sancti Patres,* inquit Seuerus; *aduersus Arij hæresin depugnantes, vnam dicunt in Christo naturam. qua euersa; duas naturas in Christo disertè confessi sunt.* Verè, quàm dulcia faucibus meis eloquia ista, super mel ori meo. Animaduerto enim peccatorem

catorem

τὰ λόγια ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. ὁρῶ γὰρ, ὅτι ἐν τοῖς λόγοις
τῶν χειλέων αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. εἰ γὰρ δι' αὐτὴν νό-
σον Ἀρείου τὴν κηρύττουσαν, μίαν φύσιν ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν· οἱ
ἅγιοι πατέρες ἀνατρέποντες ὡς δυσσεβὲς τὸ τοιοῦτον δόγμα δύο
ἐκήρυξαν φύσεις. πολλῷ πλέον νῦν δι' Εὐτυχέα, καὶ Διόσκορον,
καὶ Πέτρον, καὶ Τιμόθεον, καὶ Θεοδόσιον, καὶ Ἰουλιανὸν, καὶ Γαϊανὸν,
καὶ Βαρσανούφιον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ τὸν σεμνὸν, καὶ ἔξαρχον τῆς δε-
κακεράτου ταύτης ὀρχήστρας Σευῆρον, καὶ τοὺς λοιποὺς αἱρεσιάρ-
χας, τοὺς μίαν φύσιν ἀνθρωπικῶς ἐν Χριστῷ δογματίζοντας. εὔ-
λογον, καὶ εὔκαιρον, καὶ ἁρμόδιον κηρύττειν ἀδιαιρέτως καθ' ὑπό-
στασιν ἡνωμένας ἐν ἑνὶ προσώπῳ Χριστοῦ τὰς δύο φύσεις.

Γέλως δὲ ὄντως πλατὺς πῶς λέληθεν ὁ ῥήτωρ, δι' ὧν εἴρη-
κεν ἀπαλλάξας παντὸς ἐγκλήματος τὴν χαλκηδόνος σύνοδον.
πρὸς γὰρ τὰς νόσους, καὶ τὰς ἀνακυπτούσας αἱρέσεις, δεῖ κατασκευά-
ζειν καὶ τὰ φάρμακά φησιν. καὶ πῶς, ὦ σοφώτατε, οὐ ταύτην
τὴν ψῆφον φυλάττεις, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν χαλκηδόνι συνεδρευσάντων,
ἀλλὰ πικρὸς κατήγορος ὑπάρχεις; τῆς γὰρ νόσου τοῦ Εὐτυχοῦς ἀ-
νακυψάσης, φαντασίαν λέγοντος τὴν σάρκωσιν τοῦ Χριστοῦ. καὶ
οὐρανόθεν κατελθὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ. καὶ ὡς ἐν σκιᾷ, καὶ δοκήσει ὀφ-
θὲν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἑτερούσιον ἡμῶν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνούσιον
ὑπάρχον. ποῖον φάρμακον ἦν ἀναιρετικὸν τῆς τοιαύτης νόσου;
ἀλλ' ἢ τὸ εἰπεῖν οὐσίαν καθυπόστασιν ἡνωμένην τῷ θεῷ λόγῳ τὴν
παναγίαν αὐτοῦ ψυχὴν, καὶ τὴν σάρκα, καὶ ὁμολογεῖν αὐτὸν τέ-
λειον, ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, ἐν ἑκατέρᾳ
φύσει.

Ἔκστασις δέ με περιέχει, πῶς οὕτως ἀπερυθριασμένῳ προ-
σώπῳ, καὶ γλώττῃ ἀναισχύντῳ οὐκ ἔφριξεν ὅλον τὸ πλῆθος
τῶν ἁγίων πατέρων καταδικάσας ὁ Σευῆρος; καὶ μηδ' αὐτοῦ τοῦ
ἁγίου Κυρίλλου φεισάμενος; ἀλλὰ φάσκων, ὅτι μετὰ τὸν καιρὸν Νε-
στορίου, οὐκ ἀσφαλεῖς ἐκρίθησαν, ἀλλ' ἐσφαλμέναι πάντως αἱ
τῶν ἀρχαίων πατέρων φωναί, αἱ λέγουσαι δύο φύσεις ἐπὶ Χρι-
στοῦ; διὸ καὶ ἀπόφασιν, καὶ ψῆφον ὁ ὄντως δυσσεβὴς ἐκτίθεται, κατὰ

catorem in verbis labiorum suorum comprehēsum esse; nam si sancti Patres propter sectam Arij, quæ vnam in Christo, Deo nostro, naturam statuebat, eâ tanquam pietatis plenâ, reiectâ & damnatâ duas naturas prędicarunt & tradiderunt; multò magis hoc tempore propter Eutychen, Dioscorum, Petrū, Timotheum, Theodosium, Iulianum, Gaianum, Barsanuphium, Iacobum, venerandumque Hexarchum Orchestræ istius decem cornibus instructæ Seuerum, & alios Hæresiarchas, qui vnam in Christo naturam communi hominum more constituerunt, rationi consentaneum, opportunum & conueniens est prædicare, palamque annunciare duas in Christo naturas indiuisim secundum hypostasin vnitas in vna persona.

Meritò autem miretur quis non sine risu istum Rhetorē, quomodo per incogitantiam ab omni repræhensione & accusatione Synodū Chalcedonensem liberauerit. *Oportet enim morbis & hæresibus emergentibus idonea medicamenta præparare*; vt ait. Et quo nam pacto; Sapientissime vir, eadem æquitate non vteris, erga Concilij Chalcedonensis Patres; in quos magna verborum acerbitate inueheris? Cum enim Eutychis morbida secta exstitisset; traderetq; Christi incarnationem phantasma esse, corpusque eius de cœlo descendisse; & quasi in vmbra, solaque opinione visum; diuersæque à nobis, vel potius nullius substantiæ esse; quale aliud pharmacum profligandæ huic hæresi excogitandum, inque medium adferendum fuit; quam vt diceretur, sacrosanctam illius animam & carnem esse naturam secundum hypostasin diuino Verbo vnitam; eumque perfectum esse & in diuinitate, perfectumque in humanitate, in qualibet nimirum natura.

Ingens verò me admiratio capit, quomodo Seuerus iste, perfricta facie, & impudente lingua non horruerit vniuersum sanctorum Patrum cœtum condemnare, ita vt neque ipsi sancto Cyrillo parceret; sed diceret; *Post tempora Nestorij, non amplius tutas, sed periculi plenas censeri veterum Patrum voces*, quæ duas in Christo naturas affirmarent. Quocirca aduersus veteres Patres impius iste decretum quasi sancit; sententiamque pro-

τῶν ἀρχαίων πατέρων φάσκων, ἀργὰς, καὶ ἐσφαλμένας εἶναι τὰς τούτων διδαχάς. κἂν αὐτοῦ Κυρίλλου εἰσὶν αἱ τοιαῦται φωναί. Ὁ μὲν οὖν χριστὸς διὰ Παύλου φησὶν, ὅτι τέθεικεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον Ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους. Ὁ δὲ Ἀντίχριστος καθαιρεῖ, καὶ ἐκβάλλει, οὓς ὁ θεὸς ἔθετο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πατέρας, καὶ ποιμένας, ὥσπερ τις διδάσκαλος τῶν διδασκάλων ὢν ὁ ῥήτωρ, Σευῆρος λέγων. ὅτι οὐκέτι ἀσφαλεῖς εἰσιν αἱ τῶν ἁγίων πατέρων φωναί.

Λοιπὸν σιγησάτω ὁ Ἀποστολικὸς Διονύσιος. παυσάσθω Εἰρηναῖος ὁ τῶν αἱρέσεων πέλυξ. μὴ λαλείτω Κλήμης τὸ τοῦ χριστοῦ κλῆμα. ἤργησεν Αὐγουστῖνος, ὁ τῷ οἰκείῳ αἵματι τοῦ μαρτυρίου ἐγγράφως γράψας χριστοῦ τὰς φύσεις. οὐδενὸς γὰρ ἐφείσατο οὗτος ὁ πολύσοφος τῶν διδασκάλων ἀντίδικος. οὐκ ᾐσχύνθη τὴν ἄθλησιν Εὐσταθίου. οὐκ ᾐδέσθη τὸν θαυματοποιὸν Γρηγόριον, οὐκ ἔφριξε τοὺς Ἀθανασίου ἀγῶνας, οὐ Βασιλείου τὴν πολιτείαν διετράπη, ἣν καὶ δαίμονες ἔφριξαν. οὐ Γρηγορίου ἐτίμησεν, οὓς ᾐσχύνθησαν Ἕλληνες. οὐκ Ἐπιφανίῳ τιμὴν ἀπένειμεν, ἐξ οὗ ἐπτοήθησαν πνεύματα. οὐκ Ἰωάννην ηὐλαβήθη, ὃν καὶ βασιλεῖς ἔφριξαν. οὐκ Ἀμφιλοχίου, οὐκ Ἀμβροσίου, οὐκ Ἐφραὶμ τοῦ παναρέτου. οὐ Πρόκλου, οὐκ αὐτοῦ Κυρίλλου τῆς σφραγίδος τῶν πατέρων ἐφείσατο. οὐδ᾽ ἄλλου τινὸς πατρὸς, ὧν ἐμνήσθημεν, καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν. Ἀλλὰ τὴν πάντων ἐκβολὴν ἐποιήσατο φάσκων, ὅτι ἕως μὲν τοῦ καιροῦ Νεστορίου ἐν δύο φύσεσι ὁ χριστὸς ἐγνωρίζετο, κατὰ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων φωνάς. μετὰ δὲ Νεστόριον, μία φύσις γέγονεν ὁ χριστός. καὶ βλάσφημοί εἰσιν αἱ τῶν ἀρχαίων πατέρων φωναὶ αἱ τὸ περὶ δύο φύσεις εἰποῦσαι χριστόν. σεληνιακῇ τάξει, καὶ ψήφῳ ὁ σεληνιαζόμενος Σευῆρος ὑποβάλλων τὸν χριστὸν, ποτὲ μὲν αὐτὸν λειψοφωτοῦντα, ποτὲ δὲ πάλιν πληροσέληνον ὄντα φανταζόμενος, καὶ νῦν μὲν διφυῆ, νῦν δὲ μονοφυῆ γινόμενον, καὶ ἀλλοιούμενον κατὰ τὴν τῶν λαγωῶν τάξιν, ἵνα τι καὶ βλάσφημον εἴπω, ἢ κατὰ τὴν τῶν ἐγκυμονουσῶν γυναικῶν, νῦν μὲν δύο

ψυχὰς

nunciat, doctrinam illorum vanã & periculoſam eſſe; quantumuis licet *eiuſmodi voces ipſius ſint Cyrilli.* At Christus per Paulum ait; ſe poſuiſſe in Eccleſia primùm quidem Apoſtolos, ſecundò, Prophetas; tertio, Doctores. Antichriſtus autem iſte exterminat, deque ſede deturbat, quos Deus Eccleſiæ dedit, Patres & Paſtores; audetque futilis iſte Rhetor, tanquam Doctor Doctorum, pronunciare; ſanctorum Patrum voces & ſententias non eſſe ſecuras, & periculi expertes.

*Epheſ. 4.*

Sileat in poſterum Apoſtolicus Dionyſius. Quieſcat hæreticorum omnium ſecuris Irenæus. Nihil loquatur Clemẽs, * palmes Chriſti. * Faceſſat iam Auguſtinus qui ſuo ſanguine in ſcriptis duas in Chriſto naturas conſignauit. Nulli enim ſapientiſsimus iſte Doctorum aduerſarius pepercit. Non reueritus eſt vultum Euſtathij. Gregorium miraculorum effectorem floccifecit. Certamina Athanaſij ſuſque deq; habuit. Illam Baſilij viuendi rationem, quæ & Dæmonibus horrori eſt; in poſtremis duxit. Nullum honorem Gregoriis impertiit, quos ipſi Græci à fide noſtra alieni ſuſpexerunt ac coluerunt. Epiphanium contempſit, qui ſpiritus malignos in ſtuporem rapuit & terrefecit. Neque Ioanni reuerentiam detulit, cuius vocem Imperatores quoq; cohorruerunt; non Amphilochium moratus eſt; non Ambroſium, non Ephræmum omni virtutum genere excultiſsimum, non Proclum; nec ab ipſo Cyrillo omnium Patrum ſignaculo ſibi temperauit, nec ab aliis, quorum nomina vel expreſsi, vel ſubticui linguam abſtinuit; ſed omnes pariter repudiauit reiecitque quando aſſeruit: *Vſq; ad Neſtorium duas in Chriſto naturas à ſanctis Patribus prædicatas eſſe; Poſt Neſtorium verò Chriſtum in vnam naturam conflatum fuiſſe.* Et antiquorum Patrum dicta, quæ antea duas in Chriſto naturas affirmarunt; iam blaſphemiis annumerari debere. Quo fit, vt Lunaticus Seuerus Lunæ viciſsitudini, & variationi Chriſtum ſubiiciat, iam luce deſtitutum; iam luce pleniſsimum ſibi imaginans; modo duabus naturis, modò vnâ conſtantem, mutatum & transformatum inſtar leporum; (vt aliquid quaſi blaſphemiæ aſsimile eloquar) vel variatum more prægnantium mulierum; quæ nunc quidem duas ani-

** Alludit ad Græcum κλῆμα.*
** Facit S. Auguſtinum Martyrem.*

ψυχὰς ἐχούσας. νυνὶ δὲ πάλιν μετὰ τὸν τόκον ἐν μιᾷ ψυχῇ γνωριζομένων.

Εὔλογον δὲ οἶμαι καὶ ἐν τούτῳ τὸ κακοῦργον, καὶ ψευδὲς διελέγξαι τοῦ ἐξάρχου Σευήρου τῆς δεκακεράτου ὀρχήστρας, καὶ δεῖξαι, ὅτι περ πρὸ Νεστορίου γεγόνασι οἱ τῆς διαιρέσεως ἀρχηγοὶ, καὶ αἱρεσιάρχαι, οἱ εἰς δύο μερίζοντες τὸν Χριστὸν, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν λέγοντες. ὧν ῥίζα μὲν, καὶ κεφαλὴ τυγχάνει ὁ Ἀρτέμων. ὡς ἔξεστι γνῶναι ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πρὸ τῆς συνόδου τῆς ἁγίας τῆς ἐν Νικαίᾳ γινομένης. εἶτα μετὰ τὸν Ἀρτέμωνα, Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Διόδωρος δὲ, καὶ Θεόδωρος ὁ Ἀντιοχεὺς, γεγόνασι κατὰ τοὺς χρόνους τῶν Ἀρειανῶν, σύγχρονοι τῶν μακαρίων Γρηγορίων καὶ Ἀθανασίου, καὶ Βασιλείου τυγχάνοντες. καὶ τὸν Χριστὸν κακῶς εἰς δύο μερίζοντες. ἐξ ὧν τὰ μυρία δόγματα τῆς διαιρέσεως ἤντλησε Νεστόριος, καθὰ μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἅγιος Πρόκλος, καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος.

Σχόλιον. Ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον εὑρήσει ὁ φιλομαθὴς, ὅτι παρέστησεν ἡ σύνοδος σύμφωνα τὰ δόγματα Νεστορίου, καὶ τὰ τοῦ Σαμωσατέως Παύλου, πρὸ ρξ΄. ἐτῶν γινομένου, καὶ διαιροῦντος τὸν Χριστὸν κακῶς.

Λεγέτω μοι λοιπὸν ὁ φιλόσοφος Σευῆρος πῶς οἱ μακάριοι πατέρες σύγχρονοι Θεοδώρου καὶ Διοδώρου ὄντες τῶν αἱρεσιαρχῶν, δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ εἰρήκασιν. καὶ γὰρ ὁ Σαμωσατεὺς, καὶ οἱ περὶ Θεόδωρον, καὶ Διόδωρον, δύο πρόσωπα, καὶ ὑποστάσεις, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον πρὸ Νεστορίου τὸν Χριστὸν ἐβλασφήμησαν. ὥστε οὐ πρὸς τοὺς καιροὺς σεληνιακῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ οἱ πατέρες ἐδογμάτισαν. ἵνα μὴ δίκην χαμαιλέοντος διαφόρους ἰδέας, καὶ μορφὰς, καὶ σχήματα αὐτὸν ἐναλλάττοντα φανταστικῶς εἴπωσιν· ἤκουσαν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλήωμαι. Ἀλλ' ὁ σεμνὸς οὗτος δέκαρχος Σευῆρος ταῦτα οὐ συνῆκεν. διό φησιν. ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν Νεστορίου αἱ τῶν ἁγίων ἀρχαίων πατέρων φωναὶ ἀπεδοκιμάσθησαν, καὶ ἀπεβλήθησαν. τίνος ταύτας ἀποδοκιμάσαντος, καὶ παραλογισαμένου, εἰπέ μοι ὦ σοφώτατε; οὔτε γάρ τι τοιοῦτον ὁ θεῖος Κύριλλος ἔφησεν. Ἀλλὰ καὶ πατέρας ἑαυτοῦ τούτους ἀναγορεύει, καὶ ταῖς αὐτῶν διδασκαλίαις ἀκολουθεῖν ὁμολογεῖ.

mas habent, nunc rursus post partum vna duntaxat prædi-tæ sunt.

Cæterùm non abs re existimo redarguere improbitatem & mentiendi libidinem Seueri orchestræ illius decem cornibus instructæ Hexarchi, & ostendere, etiam ante Nestorium exstitisse diuisionis illius auctores & hæresiarchas; qui Christum in duos diuiderent; nudumq; hominem assererent; quorum origo & caput est Artemon, vt cognoscere licet ex Ecclesiastica historia Eusebij Pamphili; qui ante Nicænam Synodũ floruit. Post Artemonem, exorti sunt, temporibus Arianorum, Paulus Samosatensis, Diodorus, & Theodorus Antiochenus; vtriusq; Gregorij, & Athanasij, & Basilij æquales, qui Christum improbè in duos partiebantur; à quibus infinita de diuisione dogmata Nestorius hausit, vt testantur S. Proclus, & B. Cyrillus.

Scholion. In sacra Ephesina Synodo demonstratum est, dogmata Nestorij consonare cum doctrina Pauli Samosatensis, qui C L X. annis prius vixerat, quod studiosus lector in dicta Synodo reperiet.

Explicet igitur mihi Philosophus Seuerus; quomodo sancti isti Patres, Theodoro & Diodoro hæresiarchis tempore pares duas naturas in Christo affirmarint. Etenim Samosatẽsis, Theodorus & Diodorus duas personas, & duas hypostases ante Nestorium in Christo posuerunt; eumq; nudum hominem esse blasphemaiunt. Itaque sancti Patres doctrinam de Christo non tradiderunt tempori seruientes, lunaticorum more; ne Christum Chamæleontis instar, in varias formas figurasq; phantasticè sese induentem introducerent; Audiuerant enim dicentem; *Videte, videte, quia ego sum, & non mutor.* Sed grauis iste decurio Seuerus hæc non intellexit: ideo ait: *Tempore Nestorij veterum Patrum loquendi modos reprobatos & reiectos esse;* At dic, ô sapientissime, quis reprobauit, quis reiecit? Non enim hoc fecit diuinus Cyrillus; qui istos vocare solet suos Patres, eorumq; doctrinam se amplecti profitetur, & in ipsa sacrosancta aduersus Nestorium Synodo testimonia Patrum protulit; quæ disertè duas naturas in Christo prædicabant; ex

γεῖ. καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Νεστορίου χρήσεις πατέρων πα-
ρήγαγε. δύο φύσεις ἐν ἑνὶ προσώπῳ τὸν χριστὸν κηρυττούσας. ἐξ ὧν ἐστι καὶ
ἡ τοῦ μεγάλου Ἀμβροσίου ἡ λέγουσα. ὅτι ἑκατέρα φύσις ἐστὶν ἐν χριστῷ.
οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ μεγάλως ἐπαινεῖ Πρόκλον τὸν σύγχρονον αὐτοῦ. λέγει
γὰρ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ συμβόλου οὕτως. ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φι-
λόχριστος τῶν ἁγίων πατέρων χορός. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυνὶ τὸν τῆς ἁγίας
Κωνσταντινουπολιτῶν κοσμήσας θρόνον, ὁσιώτατος, καὶ θεοσεβέστατος
ἀδελφὸς συνεπίσκοπος Πρόκλος. ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Κύριλλός φησιν.

Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ Σευήρου βοήσας ἐρῶ. τί ποιεῖς ὦ Μα-
κάριε Κύριλλε ἐπαινῶν Πρόκλον μετὰ τὸν καιρὸν Νεστορίου λέγοντα περὶ
χριστοῦ. ὡς ἐκεῖνος ἀφθάρτως ἐγεννήθη. ὁ καὶ θυρῶν κεκλισμένων ἀ-
κωλύτως εἰσελθὼν, οὗτος συζυγίαν τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἑωρακὼς
ἐκέκραγε λέγων. ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου. καὶ πάλιν ὁ αὐτός. εἰς τὸ
παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, οὕτω φησίν. καὶ τὰς φύσεις τῷ λόγῳ δίελε, καὶ
τὴν ἕνωσιν τοῦ μυστηρίου θεολόγησον. τοῦ αὐτοῦ Πρόκλου. καί ἐστιν εἷς υἱός. οὐ
τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διαιρουμένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰ-
κονομίας τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωσάσης. ταῦτα Πρόκλου
κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Νεστορίου διδάσκοντος ὁ θεῖος Κύριλλος. σύμφρο-
να, καὶ ἁγιώτατον αὐτὸν, καὶ ὅσιον εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ ἐπαινεῖ δύο φύσεις
προφανῶς ἐπὶ χριστοῦ λέγοντα.

Λοιπὸν παρακαλούμενος ὁ νομοθέτης Σευῆρος *δείξει ἡμῖν τίς
ὁ ἀποδοκιμάσας τὰς τῶν ἁγίων πατέρων περὶ δύο φύσεων φωνὰς, καὶ
τίς τῶν πατέρων ἐδίδαξεν αὐτὸν λέγειν. ὅτι πρὸς τὰς νόσους, καὶ τὰς ἀ-
νακυπτούσας τῶν αἱρέσεων δεῖ παραλλάττειν καὶ τὰ τοῦ χριστοῦ δόγμα-
τα; καὶ νῦν μὲν *αὐτοφυῆ, νῦν δὲ μονοφυῆ. εἶτα ἄλλης αἱρέσεως ὀφ-
θείσης, φθαρτὸν τὸν χριστὸν χρὴ λέγειν. εἶτα πάλιν ἄφθαρτον. εἶτα
μονοπρόσωπον. εἶτα διπρόσωπον. εἶτα μονογενῆ, εἶτα διγενῆ. καὶ οὕτως,
ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, φέρειν, καὶ μεταφέρειν τὸν χριστὸν, ὥσπερ
τινὰ σφαῖραν ὑπὸ παίδων σφαιριζομένην, καὶ ῥαπιζομένην.

Καὶ οὐκ αἰσχύνεται ὁ ῥήτωρ οὗτος ταῦτα νομοθετῶν, ἀλλὰ καὶ λο-
γισμοὺς, καὶ ὑποδείγματα ἐκτίθεται ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦ αὐτοῦ λόγου φάσκων
οὕτως. οὐδὲ γὰρ εἴ τις ἄριστος ἰατρός φησιν λοιμώδους ἀσθενείας κατα-
λαβούσης

* Sch. Schotti δεῖξαι.

* Sch. διφυῆ.

quibus etiam est testimonium sancti Ambrosij profitentis vtramque naturam in Christo esse. Neque hoc tantum; sed & magnis laudibus effert Cyrillus Proclum sibi contemporaneum; Nam in explicatione Symboli ita scribit. Hæc nobiscum sentit Christi amantissimus sanctorum Patrum chorus: Et ille ipse; qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum tenet sanctissimus & religiosissimus frater, & Coëpiscopus Proclus. Hæc diuinus Cyrillus.

Ego verò Seueri loco his eum compellabo vocibus. Quid agis, B. Cyrille, cum laudas post tempora Nestorij Proclum; qui de Christo scripsit, *eum sine corruptione natum; sine obstaculo per clausas ianuas ingressum, in quo naturarum coniunctionem Thomas contemplatus, exclamauit: Dominus meus, & Deus meus.* Rursus idem Proclus in illud: *Puer natus est nobis*: sic scribit. *Ratione naturas seiunge; vnionemq; mysterij Theologicè tracta.* Idem Proclus. *Vnus filius est, non naturis in duas hypostases diuisis; sed tremendâ illâ œconomiâ duas naturas in vnam hypostasin vniente.* Proclum ipsa Nestorij ætate hæc docentem, duasque naturas expresse in Christo statuentem, appellat diuinus Cyrillus eiusdem secum sententiæ; & *sanctissimi* appellatione cohonestat.

*Ioan. 20.*

Aduocetur ergo iam legislator Seuerus, nobisque exponat, quisnam sit qui repudiet dicta sanctorũ Patrum de duabus naturis; & à quo Patrum edoctus, afferat; pro ægritudinum hæreseumq; exorientium conditione, mutanda itidem esse dogmata de Christo, ita vt modò dicendus sit ex duabus naturis compositus modò ex vna? Deinde alia hæresi nata, corruptibilis; postea rursus incorruptibilis; Deinde vnius personæ; postea duarum personarum. Iam vnigenitus: mox bis genitus: vt hoc pacto vsque ad consummationem sæculi Christus versetur & reuersetur instar pilę à pueris hinc inde agitatæ, percussæque & repercussæ.

Et non erubescit Rhetor iste cum hæc talia tradit, & quasi lege sancit; sed & insuper his tam absurdis confirmandis rationes, & exempla adducit his verbis; *Non enim, si quis præstans Medicus, graui lue ciuitatem quempiam occupante, potum aquæ vetaret; iure quis in medium progressus obiectare posset; atqui Patrum nostrorum*

*medici*

λαβούσης πόλιν ἵνα, τὴν τοῦ ὕδατος πόσιν μὴ ἀπαγορεύσειεν δυνατή τις παρελθὼν εἰς μέσον λέγειν αὐτῷ. καὶ μὴν οἱ τῶν πατέρων ἡμῶν ἰατροὶ τὸ ὕδωρ πίνειν ἐπέτρεπον. Ὁ δὲ λέγει ἐνταῦθα ὁ Σευῆρος τοιοῦτόν ἐστιν· ὡς τῆς νόσου Νεστορίου καταλαβούσης. ἐγὼ ὁ ἄριστος, καὶ μόνος σοφὸς ἰατρὸς ἐπιτρέπω μηκέτι πίνειν ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς τῆς τῶν πατέρων διδασκαλίας τῆς λεγούσης, ἐν χριστῷ τὰς δύο φύσεις. κἂν οἱ τῶν ἁγίων πατέρων ἰατροὶ, ἐπιτρέπωσιν ἡμῖν τῷ τοιούτῳ ζωοποιῷ χρήσασθαι ὕδατι. Πρὸς ὃν, ὡσανεὶ παρόντα εἴποιμι ἄν. καὶ μὲν, ὦ ἄνθρωπε αὐτὸς ὁ μακάριος Κύριλλος ἀπεδέξατο τοὺς ἁγίους πατέρας, τοὺς δύο εἰρηκότας ἐν χριστῷ φύσεις, ὡς πρὸ βραχέως ἀπέδειξα. καὶ μάλιστα Παῦλον τὸν Ἐμέσης ἐλθόντα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐκ προσώπου πασῶν τῶν ἀνατολικῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἐπισκόπων. ὅθεν καὶ ἐπ' ἄμβωνος ἀνελθόντος ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ, καὶ κηρύξαντος ἐπὶ χριστοῦ δύο ἡνωμένας φύσεις ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ὑπερηυφράνθη ὁ μακάριος Κύριλλος, καὶ φησίν. Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. ἰδοὺ ἠντλήσαμεν ὕδωρ ζωῆς, ἐξ ἁγίας πηγῆς τοῦ ὁσίου πατρὸς Παύλου. ὃς διεσάφησεν ἡμῖν τὸ μέγα τῆς ἀληθείας μυστήριον. ἰδοὺ ὕδωρ ζωῆς ὀνομάζει ὁ θεῖος Κύριλλος τὴν τῶν δύο φύσεων φωνὴν, ἐξ οὗ ἡμᾶς κωλύει πίνειν ὁ σοφιστὴς ἰατρὸς Σευῆρος.

Σχόλιον. Εὑρήσεις τὰ ἀκόλουθα τῆς χρήσεως Σευήρου, καὶ τὴν ἀνατροπὴν αὐτὴν εἰς τὸ κεφάλαιον τοῦ τετραδίου, ὅπου ὁ ἀστερίσκος.

Ταῦτά μου εἰρηκότος, παρελθὼν εἰς μέσον ὁ Σευῆρος φησίν. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο σὺν τοῖς λοιποῖς πατράσι, καὶ τὰς Κυρίλλου ἀπέρριψα διδαχὰς, εἰπὼν ἀπροσδέκτους ταύτας εἶναι μετὰ Νεστόριον. κἂν αὐτοῦ Κυρίλλου τυγχάνωσι φωναὶ, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος εἰρημέναι. καὶ ποίῳ λοιπὸν προσώπῳ, ἢ παῤῥησίᾳ δύναται κεχρῆσθαι ὡς νομίζει καθ' ἡμῶν ταῖς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου φωναῖς, προφέρων ἡμῖν ἄνω, καὶ κάτω, καὶ κάτω, καὶ ἄνω τὴν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένην χρῆσιν, τῆς μιᾶς τοῦ θεοῦ λόγου φύσεως σεσαρκωμένης; Ἀλλ' οὐ ταύτην τὴν φωνὴν, φησὶν ὁ Σευῆρος, ἀπεβαλόμην. ἀλλὰ τὰς ἄλλας τὰς λεγούσας δύο φύσεις ἐπὶ χριστοῦ. Καλῶς ἐμαθήτευσε τοῖς Ἰουδαίων, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἀράβων διδασκάλοις ὁ Σευῆρος, ἐκ μέρους τὰς γραφὰς δεχό-

*medici aquæ potum permiſerunt.* Porrò, quod hic Seuerus dicit, id eiuſmodi eſt; Morbo Neſtorij iam ingruente, & graſſante, ego præclariſsimus & ſolus ſapientiſsimus Medicus non ſino amplius bibatis aquam vitæ, patrum veſtrorum; doctrinam, inquam, quæ duas in Chriſto naturas docet; Etiamſi ſancti Patres, eximij medici, permittant; vt huiuſmodi viuifica aqua vtamini. Cui ego, tanquam præſenti, hoc reſponſum dederim. Atqui, ô homo, ipſe beatus Cyrillus probauit, & admiſit ſanctos Patres, qui duas in Chriſto naturas prædicant, ſicut paulò antè oſtendi; maximè Paulum Emeſenum, qui Alexandriam venit nomine omnium orientalium Eccleſiarum & Epiſcoporum. Vnde, ipſo etiam in ambonem, ſeu ſuggeſtum in Alexandrina Eccleſia adſcendente; duasque naturas in vna hypoſtaſi vnitas in Chriſto prædicante, ingenti gaudio affectus eſt beatus Cyrillus; inque hæc verba prorupit. *Lætentur cœli, & exultet terra. Ecce aquam vitæ hauſimus ex ſacro fonte ſancti Patris Pauli; qui explanauit nobis magnum veritatis myſterium.* Ecce aquam vitæ nominat diuinus Cyrillus duarum naturarum in Chriſto aſſertionem, ex qua nos bibere vetat veterator iſte medicus Seuerus.

Scholium. Reliqua orationis Seueri, eiuſque refutationem inuenies in capite tetradij ſeu quaternionis, vbi aſteriſci ſignum.

*In Schedis Schotti deeſt hoc Scholium.*

Hæc me locuto progreſſus in medium Seuerus ait: *Atqui cum reliquis Patribus, etiam Cyrilli doctrinam repudiaui, vtpote poſt Neſtorium minimè recipi aut approbari dignam; licet ipſius ſint Cyrilli pronunciata, licet ore illius prolata.* Et qua fronte, arbitraris; producet aduerſus nos in poſterum Cyrilli auctoritatem, adferens illud, ſurſumq; & deorſum, & vice verſa, deorſum, & ſurſum verſans, quod alicubi ait, *vnã in diuino Verbo naturam incarnatam eſſe. At non reieci iſtam aſſertionẽ,* inquit Seuerus, *ſed aliam qua duas naturas in Chriſto ſtatuit.* Egregiam profectò operam dedit Seuerus Iudæis, Græcis, & Arabicis doctoribus; qui ſacras litte-

διχόμενος. μέρος δὲ τούτων ἀποβαλλόμενος, καθὰ ποιοῦσι καὶ οἱ Μανιχαίων παῖδες.

Πλὴν εἰ κατὰ τὰς νόσους τῶν γινομένων αἱρέσεων δεῖ παραλλάττειν τὰ δόγματα τοῦ χριστοῦ, καὶ τῆς ἀληθείας. καὶ ἀπόβλητος γέγονε διὰ Νεστόριον ἡ φωνή, ἡ φάσκουσα, μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην. διὰ τὰς δέκα αἱρέσεις τοῦ δεκακεράτου τοῦ προειρημένου. σύγχυσιν, καὶ φαντασίαν, καὶ ἄρνησιν τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ χριστοῦ κηρύττοντος.

Λοιπὸν τί πάθω, ἢ τί πράξω, οἴμοι, οὐ γινώσκω· διὰ γὰρ τὴν Νεστορίου νόσον φησίν, ἀπεδοκιμάσθησαν, καὶ ἀπόβλητοι γεγόνασιν αἱ δύο φύσεις χριστοῦ. πάλιν τε, δι' Εὐτυχέα, καὶ Διόσκορον, καὶ Θεοδόσιον ἀποδοκιμασθήσεται ἡ φωνὴ ἡ μίαν φύσιν φάσκουσα τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ. καὶ ἔσται λοιπὸν κενὸν τὸ κήρυγμα, καὶ ματαία ἡ πίστις, καὶ οἰχήσεται ἡ εὐσέβεια, γινομένη πανταπώλεια.

Ἐπεὶ οὖν νέος νῦν τις λέγων, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, ἀντίχριστος ἀνεδείχθη ὁ Σευῆρος, καὶ καθαίρεσιν ἐποιήσατο τῶν ἁγίων πατέρων, φέρε, ἐκ προφητικῆς, καὶ εὐαγγελικῆς γραφῆς τὸ δεκακέρατον αὐτοῦ συντρίψωμεν· παριστῶντες ὅτι ἕτερόν τί ἐστι φύσις, καὶ ἕτερον, τὸ πρόσωπον.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ὌΓΔΟΟΝ.

### Ἀπόδειξις ἐκ παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης, ὅτι οὐ ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον.

Προκαθημένου τοῦ βασιλέως χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ ἐπηρμένου, ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ, καὶ ἀποστολικῇ ὀρθοδόξῳ ἡμῶν ἐκκλησίᾳ, καὶ παρεστώτων αὐτῷ τῶν ἀνωτάτων πασῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, συμπαρόντων τε τῶν ἐξ αἰῶνος ἁγίων πατριαρχῶν, καὶ προφητῶν, καὶ εὐαγγελιστῶν, καὶ ἀποστόλων, μετὰ χεῖρας τὰς ἱερὰς, καὶ θείας τῆς

παλαιᾶς,

ras ex parte recipit & ex parte reiicit: quod & Manichæi faciunt.

Cæterùm, si ad morbos & hæreses mutare, & attemperare oportet dogmata Christi & veritatis; eaque vox, quæ duas naturas profitetur, repudianda est propter Nestorium, necesse erit, vt inanis prorsus & otiosa sit sententia, quæ vnam verbi diuini naturam incarnatam, annunciat; propter decem hæreses factionis illius, de qua antea dictum, decem cornibus instructæ: quæ confusionem, phantasiam imo & inficiationem humanæ naturæ in Christo introducit.

Quid igitur de cætero faciã; quo me vertam? *Propter Nestorij sectam,* inquit, *repudiatæ & reiectæ sunt duæ Christi naturæ:* Rursus propter Eutychen, Dioscorum & Theodosium omnino reiicietur vox illa, quæ vnam in Christo diuinitatis & humanitatis naturam esse affirmat; & sic *inanis* erit posthac *prædicatio*; vana etiam fides. Peribit religio; & ad internecionem vsque delebitur.

Postquam ergo nouitius iste Seuerus, qui gloriatur sibi omnem potestatem in cœlo & in terra datam, Antichristus esse; omnesque Patres repudiare conuictus est, agedum decicorne eius sodalitium ex Propheticis & Euangelicis scripturis conteramus; demonstrantes aliud esse naturam; & aliud personam.

## CAPVT OCTAVVM.

*Demonstratur ex veteri & nouo Testamento; naturam & personam distingui.*

PRAESIDENTE Rege Christo Deo in sublimi & excelso throno, in sancta, Catholica, Apostolica & orthodoxa Ecclesia nostra; eique adsistentibus cunctis supernarum virtutum Angelicis potestatibus; præsentibusque, qui à sæculo fuerunt, Sanctis, Patriarchis, Prophetis, Euangelistis & Apostolis; 2 manibusq; sa

παλαιᾶς, καὶ καινῆς διαθήκης βίβλων ἐπιφερομένων, πρῶτος
ὡς πρῶτος τὸ πρῶτον τοῦ νόμου βιβλίον Μωσῆς εἰς μέσον παρελθὼν, καὶ
ἀναπτύξας, τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, οὐκ Ἀριστοτελικῶς, ἀλλὰ θεο-
λογικῶς, τὰ περὶ γενῶν, ἤγουν φύσεως ἐκδιδάσκει λέγων. καὶ εἶπεν
ὁ θεὸς, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος,
καὶ καθ' ὁμοιότητα. καὶ πάλιν μετὰ βραχέα. καὶ εἶπεν ὁ θεός. ἐξα-
γαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν κατὰ γένος. καὶ πετεινὰ πε-
τόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ κή-
τη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδα-
τα, κατὰ γένη αὐτῶν. καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν, κατὰ γένος. καὶ αὖθις.
καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράπο-
δα, ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ τὰ κτή-
νη κατὰ γένος, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν.

Ἰδοὺ δεσποτικαὶ, καὶ θεῖαι φωναὶ, τὰς διαφόρους τῶν πραγμά-
των ὑπάρξεις, τῶν τε ἐμψύχων, τῶν τε ἀψύχων, τῶν τε πτηνῶν, τῶν
τε νηκτῶν, τῶν τε ἑρπετῶν διάφορα γένη, ἤτοι φύσεις προσηγόρευσε
θεολογικῶς. Ἀλλ' οὐ διάφορα πρόσωπα Ἀριστοτελικῶς, καὶ Ὁμη-
ρικῶς· ὡσανεὶ διδάσκων ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων δημιουργός. ὅτι ἄλλο γέ-
νος, ἤτοι φύσις τῶν ἑρπετῶν, καὶ ἄλλο γένος, καὶ φύσις τῶν θηρίων,
καὶ ἄλλο γένος ἤτοι φύσις ἀνθρώπων. καὶ ἕτερον γένος, ἤτοι φύσις
δαιμόνων. καθά φησιν ὁ χριστὸς περὶ αὐτῶν. ὅτι τὸ γένος τοῦτο οὐκ
ἐξέρχεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ, καὶ νηστείᾳ. ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος τὸ ὁμοού-
σιον ἡμῶν, καὶ χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα διδάσκων τῶν Ἀθηνῶν φιλοσό-
φους φησίν. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Ἀλλ' ἴσως καὶ πρὸς Μωσέα, καὶ
Παῦλον ἀναιδεύει Σευῆρος, μὴ καταδεχόμενος, γένος λέγειν τὴν
φύσιν. οὐκ οὖν δυσωπεῖ αὐτὸν δι' ἡμῶν ὁ τοῦ θεοῦ ἀδελφὸς Ἰάκωβος
ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ, ὡς τοῦ θεοῦ ἀδελφὸς, ἀδελφὰ, καὶ σύμ-
φρονα τοῦ θεοῦ φθεγγόμενος. ἅπερ γὰρ ὁ θεὸς διὰ Μωσέως γένη ὠ-
νόμασεν, ταῦτα καὶ Ἰάκωβος φύσεις προσηγόρευσε λέγων. Πᾶσα φυ-
σις θηρίων τε, καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε, καὶ ἐναλίων δεδάμασται, καὶ δα-
μάζεται τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Ἰδοὺ σαφῶς ὁ τοῦ χριστοῦ ἀδελφὸς τὰ
διάφορα γένη, διαφόρους φύσεις προσηγόρευσεν. ὅθεν καὶ πᾶς ὁ τῶν

cros & diuinos veteris & noui Testamenti libros gestantibus, primus vt primus primum legis volumen Moyses aperuit, & inde Ecclesiam non Aristotelicè, sed Theologicè quid sit genus siue natura docet his verbis. *Et dixit Deus: Germinet terra herbam fœni, seminans semen secundum genus & similitudinem.* Et post pauca. *Et dixit Deus. Producant aquæ reptilia animæ viuentis secundum genus, & volatilia volantia super terram sub firmamento cœli. Et fecit Deus cete grandia: & omnem animam viuentem reptilium, quæ produxerant aquæ secundum genus suum. Et omne volatile secundum genus suum.* Rursus. *Dixit Deus. Producat terra animam viuentem in genere suo, quadrupedia & reptilia; & bestias terræ secundũ genus; factumq; est ita; Et omnia reptilia secundum genus ipsorum.* Gen. 1.

Ecce dominicas diuinasque voces; quæ diuersas rerum essentias, seu substantias animatorum animaque carentium, volatilium, & aquatilium, & reptilium Theologicè appellant diuersa genera siue naturas: nequaquam personas diuersas, iuxta Aristotelis aut Homeri disciplinam. Nimirum docuit nos omnium rerum conditor aliud esse genus (seu naturam) reptilium; aliud bestiarum: aliud genus hominum; aliud Dæmonum. Sicut & Christus de illis testatur. *Genus hoc* (Dæmoniorum) *non exit nisi in oratione & ieiunio.* Hinc & Paulus cum Atheniensibus Philosophis demonstraret nos & Christum secundum carnem eiusdem substantiæ esse: dixit. *Ipsius enim & genus sumus.* At fortè Seuerus tam Moysen, quàm Paulum repudians, abnuet naturam appellari genus. Sed refutat illum per nos Dei frater Iacobus in Catholica sua epistola; qui, vt Dei frater, Deo consona, & consentanea loquitur. Nam quæ Deus ore Moysis appellauit *genera*; Ea nominat Iacobus naturas: *Omnis,* inquiens, *natura bestiarum & volucrum, & serpentium, & aquatilium domita sunt, & domantur ab humana natura.* Ecce disertè domini frater diuersa genera nominat diuersas naturas: Quare cunctus etiam sanctorum Patrum cœtus ea quæ sunt diuersæ substantiæ & naturæ vocauit di-

Marc. 9. Act. 17. Iacob. 3.

ἁγίων πατέρων χορὸς τὰ ἑτερούσια, καὶ ἑτεροφυῆ, ἑτερογενῆ οἶδεν ὀνο-
μάζειν. οὐκοῦν οἱ μίαν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγοντες εἶναι τὸν χριστὸν,
ἤγουν ἓν γένος ἐκ παντὸς τρόπου, ἢ τὴν θεότητα συγγενῆ τῆς σαρκὸς
λέγουσι τραπεῖσαν εἰς κτίσμα. ἢ τὴν σάρκα, πάλιν συγγενῆ καὶ ὁμοούσιον
γενομένην τῆς ἁγίας τριάδος. ὅπερ τῶν ἀμηχάνων, καὶ ἀδυνάτων ἐστίν.
εἰ δὲ οὐχ ὁμοούσιον τὸ σώματος λόγῳ, ἑτέρα πάντως, καὶ ἑτέρα φύσις ἐν
χριστῷ, καθὰ ὁ πάνσοφος Κύριλλος ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀ-
νατολικῶν πρὸς Εὐλόγιον ἐσήμανεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὄντα.

Σχόλιον. Κύριλλος ἐν τῷ θησαυρῷ, τὰ ἑτερογενῆ λέγει εἶναι. καὶ
Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῶν θεοφανίων. εἰς τὸ πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς
συγγένειαν * μεμαρτυρουμένην εἶπεν τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τὸν θεὸν λό-
γον, ὥσπερ καὶ ὁ Γαβριὴλ φησὶ πρὸς τὴν θεοτόκον. καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ
ἡ συγγενής σου. Ἀλλὰ μὴν μὲν τὸ πέρυσι ἐχέτω ἐνθάδε. λοιπὸν δὲ
ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἰτέον.

* Schot. μαρ-
τυρουμένην.

Μετὰ γὰρ Μωσέα εἰς μέσον παρελθὼν τοῦ θιασώτου, καὶ δεσποτικοῦ
* ἀκροατηρίου τῆς τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ ἀποστόλων πανηγύρεως
Σολομῶν, ὁ πάνσοφος, πρῶτος καὶ αὐτὸς τηλαυγῶς ἡμῖν ἐν τῇ πα-
λαιᾷ διαθήκῃ τὸν περὶ φύσεως ἐκτίθεται λόγον, ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ ἐκ-
τεθείσῃ Σοφίᾳ φάσκων. μάταιοι πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἱ ἔχοντες
ἀγνωσίαν θεοῦ. τί ἐστι φύσει; τοῦτ' ἐστιν, ἐν ἀληθείᾳ. φύσις γάρ ἐστιν, ὡς
αἱ θεόπνευστοι διαγγέλλουσι γραφαὶ, ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια.
Ἀντιστρέφω διὰ τοὺς ἄφρονας τὸν λόγον τοῦ Σολομῶντος, καὶ λέγω.
μάταιοι πάντες ἄνθρωποι προσώπῳ οἱ ἔχοντες ἀγνωσίαν θεοῦ. ἀλλ'
οὐχ ἁρμόζει ὅλως, τὸ λέγειν, μάταιοι προσώπῳ· ἀλλὰ μάταιοι, φύ-
σει. ὥστε οὐκ ἔστι ταυτὸν, φύσις, καὶ πρόσωπον. καὶ εἴρηται μὲν ἡμῖν περὶ
τούτου καὶ ἐν τῷ τόμῳ τῷ Ἀπολογητικῷ πρὸς τὸν λαόν καὶ οὐκ ἐπελαθό-
μην. ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ ἕλκους, καὶ σηπεδόνος χρονίας λαλῶ, καὶ σύριγ-
γος, νομὴν, καὶ δυσωδίαν ποιήσαντος, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ὑπονόμοις,
καὶ διώρυξιν τῆς ἄμμου, καὶ κονιορτοῦ τοῦ ἐμπεπλησμένων τῶν * Θελονά-
μων, καὶ Αἰγυπτιακῶν † χώρων, οὐκ ὀκνητέον πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν εἰ-
πεῖν καὶ μάλιστα ἵνα τὰς ἀντιστροφὰς τῶν λέξεων ποιήσαντες ἐκ τῆς ἱε-
ρᾶς γραφῆς τοὺς ἄφρονας πείσωμεν. ὅτι οὐκ ἔστι ταυτὸν, φύσις καὶ πρό-
σωπον. οὐκοῦν ἀναλάβωμεν πάλιν τὴν τοῦ μακαρίου Ἰακώβου φωνὴν

* C. A. ἀκροτη-
ρίου.

† Sch. χωρῶν.
* Sch. θολα-
νόμων.
Videtur nomē
propriū regio-
nis, vel populi.

διὰ

uerſorum generum. Igitur qui vnam in Chriſto naturam poſt vnionem ponunt; eos neceſſe eſt affirmare, aut diuinitatem verſam in creaturam congenerem eſſe carni; aut carnem conſubſtantialem factam eſſe ſanctiſsimæ Trinitati: quod ex eorum numero eſt; quæ fieri nulla poteſtate valent. Si verò corpus non eſt Verbo conſubſtantiale; oportet; vt alia & alia ſit in Chriſto natura: quemadmodum oſtendit ſapientiſsimus Cyrillus in Apologia pro Orientalibus ad Eulogium Conſtantinopoli degentem.

Scholium. Cyrillus in Theſauro vocat heterogenea, hoc eſt, diuerſi generis ea, quæ ſunt diuerſæ naturæ ſeu eſſentiæ. Et Gregorius orat. in Epiphaniam, cuius exordium: *Rurſus Ieſus meus*, vocat Spiritum ſanctum Verbumque diuinum teſtatam cognationem, quemadmodum & Gabriel ad Deiparam dixit: *Et ecce Eliſabeth cognata tua.* Verum hæc hactenus. Pergamus ad alia. *Luc.1.*

Poſt Moyſen in medium procedat ex diuino Prophetarum & Apoſtolorum choro, ſapientiſsimus Salomon, qui ipſe etiam primus naturæ rationem expoſuit diſertè in libro; qui *Sapientia* inſcribitur. *Vani ſunt omnes homines natura, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei.* Quid eſt naturâ? Hoc eſt, in veritate. Natura enim eſt, vt diuinitus inſpiratæ litteræ tradunt, ipſa rerum veritas. Inuertamus propter inſipientes orationem Salomonis, dicamusque: *Vani ſunt omnes homines* προσώπῳ, perſonâ; *in quibus non ſubeſt ſcientia Dei.* Sed inconueniens ineptumque erit dicere: *vani perſonâ*; conueniet igitur alterum; *vani naturâ*; Non igitur idem natura & perſona: de qua re etiam à nobis dictum eſt in Tomo apologetico ad populum, neque id memoria excidit. Sed quia agitur de vlcere & putredine diuturna, & contumaci, & quæ omnia depaſcitur, & fœtorem, fiſtulæ inſtar, exhalat, maximè in ſpecubus & cauernis fuſcarum Aegyptiacarumque regionum, arena & puluere ſemper oppletarum, ideo rurſus de eodem argumento diſputare oportet; præſertim, vt ſi ſacræ Scripturæ verba inuerterimus, imperitis fidem faciamus, *naturam & perſonam* vnum & idem non eſſe: Repetamus igitur beati Iacobi dictum,

*Sed cuius? Nihil vspiam reperi. Quo fit, vt credã legendũ, θολουμένων, prout etiam in versione Latina expreßi. quia facilis mendo occasio fuit ἐκ θολουμένων, in θολανόμων. Hac tamen valeãt eo vsq; dũ θολανόμων regio ab aliquo peritiore inueniatur.*

διὰ τὴν ἀντιστροφὴν τῆς λέξεως. πᾶσα φύσις θηρίων τε, καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε, καὶ ἐναλύων δεδάμασται, καὶ δαμάζεται τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· οὐκ εἶπεν, τῷ ἀνθρωπίνῳ προσώπῳ. οὐδὲ γὰρ ἓν πρόσωπόν ἐστιν ἡ ἀνθρωπότης, ἀλλὰ μυρία πρόσωπα. φύσις δὲ μία. καὶ διὰ τοῦτο φησὶ, τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει.

Ταῦτα μου λέγοντος, ὁ θεῖος ῥήτωρ τῆς οἰκουμένης, Παῦλος τὴν πρὸς Ῥωμαίους φέρων ἐπιστολὴν εἰς μέσον ἦλθεν, ἐν ᾗ ἡμᾶς διδάσκει λέγων· ὅτ᾽ ἂν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσι. τί ἐστι φύσει, εἰ μὴ ἐν ἀληθείᾳ. Ἀντιστρέψωμεν τὴν φωνὴν, καὶ εἴπωμεν· ὅτ᾽ ἂν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, προσώπῳ τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν. ἀλλ᾽ οὐδαμῶς οὐδ᾽ ὅλως ἁρμόζει τὸ λεγόμενον, ὥστε οὐκ ἔστιν ἡ φύσις πρόσωπον. πάλιν γὰρ λέγει. ὅτι κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦται, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ τῶν ἐθνῶν ἀκροβυστία ἐν ἀληθείᾳ τὸν νόμον τελοῦσα, κατακρινεῖ σε τὸν διὰ περιτομῆς παραβάτην τοῦ νόμου.

Σχόλιον. Οὐδεὶς ἐκ φύσεως τὸν νόμον τοῦ θεοῦ ποιεῖ, ἀλλ᾽ ἐκ προαιρέσεως· ἐπεὶ εἰ ἐκ φύσεως ἦν ἡ ποίησις τῶν τοῦ θεοῦ ἐντολῶν, πάντες ἐδικαιοῦντο. ὥστε καὶ ἐνταῦθα τὸ φύσει, ἀντὶ τοῦ ἐν ἀληθείᾳ εἴρηται.

Καὶ πάλιν· εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, τοῦτ᾽ ἔστι τῶν κατ᾽ ἀλήθειαν συνουσωμένων ἐν τῇ ῥίζῃ, οὐδέ σου φείσεται τοῦ ἀρνουμένου τὴν ἀλήθειαν. Ἀντιστρέψωμεν πάλιν τὴν λέξιν διὰ τοὺς στρεβλοὺς, καὶ εἴπωμεν. εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ πρόσωπον κλάδων οὐκ ἐφείσατο, ποῖον πρόσωπον εἰπέ μοι, ἢ ποῦ ὅλως ἔχει λόγον, ἢ ἀκολουθίαν τὸ λεγόμενον. οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἡ φύσις πρόσωπον. εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγριελαίου, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐκ τῆς κατ᾽ ἀλήθειαν ἀπιστίας ἐξεκόπης. καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον. πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; ἀγριέλαιον τὴν ἀπιστίαν εἶπεν. οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἄπιστος, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν. ὥστε καὶ ἐνταῦθα, ἀντὶ ἀληθείας κεῖται, τὸ, φύσει.

ctum, nomenque *naturæ* mutemus in nomen *personæ*. *Omnis natura bestiarum, & volucrum, & serpentium domita sunt, & domantur ab humana natura.* Non dixit: ab humana *persona*; neque enim natura humana est vna persona : sed sunt personæ infinitæ; natura verò vna; propterea dicit ab humana natura. *Iacob.3.*

Hæc cùm dissererem; Ecce ingreditur diuinus ille vniuersi orbis doctor & orator Paulus, manibus suis epistolã ad Romanos ferens; in qua ista tradit: *Gentes, quæ legem non habent; naturâ* (seu naturaliter) *ea quæ legis sunt faciunt.* Quid est naturâ, nisi in veritate? Inuertamus hanc vocem, dicamusque, *Gentes quæ legem non habent,* personâ ea quæ legis sunt, faciunt. At oratio hæc nullo modo conueniens est & apta. Sequitur ergo naturam & personam non esse idem. Iterum idem ait : *Et iudicabit id, quod ex natura est præputium, legem consummans,* hoc est, gentium præputium in veritate legem consummans condemnat te qui per circumcisionem transgressor es legis. *Rom.2.* *Rom.2.*

Scholium. Nullus naturâ legem Dei facit; sed ex proposito & electione; quia si diuinorum præceptorum impletio & executio à natura esset; omnes iustificati fuissent. Itaque & hoc loco nomen illud naturâ, accipitur pro eo quod est, in veritate.

Rursus. *Si enim Deus ramis naturâ,* (naturalibus) non pepercit; hoc est; ramis qui secundum veritatem radici vniti & insiti fuerant; neque tibi veritatem neganti parcet. Mutemus iterum dictionẽ propter peruicaces, & tortuosos; dicamusque: si enim Deus ramis personâ non pepercit. Qualemnam *personã*; dic obsecro, intelligit; Aut quænam tandem huius orationis est ratio & connexio? Ergo natura non est persona. nam si tu ex naturali excisus es oleastro (ex oleastro, qui naturâ talis est) hoc est; si exemptus es ab ea; quæ secundum rei veritatem erat infidelitas, & contra naturam insertus es in bonam oliuam; quanto magis ij qui secundum naturam, inserentur suæ oliuæ. Per oleastrum infidelitatẽ intelligit. Nullus enim naturâ est infidelis, sed ex electione. Itaq; & hoc loco ponitur vox naturâ, pro veritate. *Rom.2.*

Ταῦτα μὲν εἰρηκὼς, καὶ ἀποδιδόντος ἐφ᾽ ἑτέρας ἀποδείξεις, πρὸς τὸ γραφικῶς παραστῆσαι, ὅτι οὐκ ἔστι ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον, κατέχε μου τῆς χειρὸς πάλιν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος τὴν πρὸς Κορινθίους πρώτην ἐπιστολὴν αὐτοῦ ἐπιδούς. ἐν ᾗ πάλιν σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει, ὅτι οὐδὲν ἕτερον σημαίνει ἡ φύσις, εἰ μὴ αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. ἐν οἷς ἐγκαλῶν ταῖς γυναιξὶν ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ προσευχομέναις φησίν. ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, πρέπον ἐστὶ γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ θεῷ προσεύχεσθαι; οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, τοῦτ᾽ ἐστιν, οὐδὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Ἆρα ἐὰν ἀντιστρέψωμεν, καὶ εἴπωμεν ἀντὶ τῆς φύσεως ὅτι οὐδὲ αὐτὴ ἡ ὑπόστασις διδάσκει ὑμᾶς, ἔχει ὅλως νόστον, ἢ ἀκολουθίαν τὸ λεγόμενον; οὐδαμῶς. ὥστε οὐκ ἔστι ταυτὸν, φύσις, καὶ πρόσωπον, καὶ ὑπόστασις.

Ἀλλ᾽ οἱ ἔξαρχοι τοῦ δεκακεράτου ῥήτορες ταῦτα οὐδαμῶς διενοήθησαν, οὐ Μωσέως, οὐ Σολομῶντος, οὐ τοῦ χριστοῦ, οὐκ Ἰακώβου, οὐ Παύλου εἰς τὸν περὶ φύσεως, καὶ ὑποστάσεως, καὶ προσώπου λόγους μνείαν ἐποιήσαντο. εἰ γὰρ ταῦτα ἀναγνόντες ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν τῆς δόξης κύριον ἐβλασφήμησαν, φάσκοντες οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος. Ἀλλὰ ταυτόν ἐστι ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον.

Λοιπὸν ἡ σύνοδος χαλκηδόνος, μᾶλλον δὲ καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες, δύο φύσεις ἀδιαιρέτους εἰπόντες ἐν χριστῷ. δύο πάντως καὶ πρόσωπα ἐπ᾽ αὐτοῦ κατὰ Νεστόριον εὑρίσκονται λέγοντες· καὶ τούτου χάριν Σευῆρος ὁ δίκαιος κριτὴς τὴν αὐτῶν καθαίρεσιν ἐποιήσατο. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ φύσις πρόσωπον. ἱκανῶς ὁ λόγος ἐκ παλαιᾶς τε, καὶ καινῆς διαθήκης ἀπέδειξε λοιπὸν ἀκόλουθον ἀντιστρέψαι τὴν τάξιν. καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς ἱερᾶς, καὶ θείας γραφῆς παραστῆσαι, ὅτι οὐδὲ τὸ πρόσωπον δυνατόν ἐστι, φύσιν προσαγορεύεσθαι. λοιπὸν ὅσοι ἄφρονες ταυτὸν λέγετε τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον, τῶν λεγομένων συνεχῶς ἀκούσατε,

Κατ᾽

Cum his finitis ad aliam demonſtrationem properarem, vt ex Scripturæ teſtimoniis planum facerem; naturam & perſonam vnum & idem non eſſe: manum meam apprehendit Apoſtolus: offerens mihi primam ſuam ad Corinthios epiſtolam: in qua rurſus perſpicuè nos docet, naturam aliud non ſignificare; quàm ipſam rerum veritatem. Vbi enim mulieres quaſdam capite non velato orantes reprehendit; ſic loquitur. *Vos ipſi iudicate, decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipſa natura docet vos*: hoc eſt, neque ipſa res. An igitur ſi loco vocabuli *naturæ* ſubſtituamus aliud; orationemque hunc in modum conformemus: *Nec ipſa hypoſtaſis ſeu perſona docet vos?* eandem gratiam & connexionem ſeruabit oratio? Nequaquam. Non eſt igitur idem perſona ſeu hypoſtaſis & natura.

1. Cor. 11.

Sed Exarchi & præſides decicornis illius ſodalitij hæc non perpenderunt, neque Moyſis, aut Salomonis, aut Chriſti, aut Iacobi, aut Pauli rationem habuerunt; quod attinet ad ea quæ de natura & perſona tradiderunt. Si enim hæc ex lectione cognouiſſent, vtique dominum gloriæ non blaſphemaſſent, dicendo naturam non eſſe ſine perſona; ſed vnum idemque reputari debere naturam & perſonam.

Ex quo ſequitur Synodum Chalcedonenſem, vel potius ſanctos Patres, qui duas indiuiſas in Chriſto affirmarunt naturas; duas item perſonas ex Neſtorij perſuaſione in Chriſto ſtatuiſſe, eamque ob cauſſam Seuerus, æquiſsimus ille iudex eos de ſolio depoſuit. Quod igitur natura & hypoſtaſis non ſint vnum & idem ſatis ſuperq; ex veteri nouoque Teſtamento demonſtratum eſt. Sequitur, vt ex eadem ſacra Scriptura planum faciamus, perſonam ne poſſe quidem naturæ appellationem ſuſcipere. Nec aliud ſupereſt, quàm vt qui ex imperitia perſonam & naturam vnum idemq; eſſe contendunt; animum ad ea, quæ dicentur, diligenter aduertant.

Κατ' ἐρώτησιν δὲ, καὶ ἀπόκρισιν ἀναγνωστέον τὰ ἀκόλουθα.

Καταρασάμενος ὁ θεὸς τὸν Κάϊν, πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων κατηράσατο, ἢ ἓν πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν; Πρόδηλον, ὅτι μόνον τὸ τοῦ ἡμαρτηκότος πρόσωπον. ὥστε οὐ ταυτὸν, πρόσωπον, καὶ φύσις.

Εἰπὼν ὁ Νῶε πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν στηλιτεύσαντα αὐτοῦ τὴν γύμνωσιν. ὅτι ἐπικατάρατος, καὶ παῖς οἰκέτης ἔσται Χαναάν. πότερον τὴν κοινὴν φύσιν τῶν τριῶν υἱῶν κατηράσατο, ἢ ἓν ἐκ τῶν τριῶν προσώπων; εὔδηλον ὅτι μόνον τὸ τοῦ Χὰμ πρόσωπον. ὥστε οὐ ταυτὸν, φύσις καὶ πρόσωπον.

Μετενεχθέντος τοῦ Ἐνὼχ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, πᾶσα ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων μετηνέχθη, ἢ ἓν, καὶ μόνον πρόσωπον; Δῆλον, ὅτι μόνον τὸ τοῦ Ἐνὼχ πρόσωπον. ὥστε οὐκ ἔστιν ἡ φύσις πρόσωπον.

Ὁμοίως καὶ ὁ Χριστὸς καταρασάμενος τὸν Ἰούδαν, οὐ πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν Ἀποστόλων κατηράσατο, ἀλλ' ἓν πρόσωπον. καὶ ὅπερ μὴ δόξωμεν μύθους διηγεῖσθαι τοῖς ἀντιδίκοις, φέρε δὴ ἐπ' αὐτὴν τὴν κυρίως προσωπολεξίαν, τὴν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τυγχάνουσαν, περὶ θεοῦ, χωρήσωμεν.

Γέγραπται γὰρ, ὅτι μετὰ τὴν παράδοξον ἐκείνην παλαίστραν, φησὶν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ, ἐκάλεσε τὸν τόπον ἐκεῖνον, εἶδος θεοῦ. εἶδον γὰρ θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. λεγέτω μοι νῦν ὁ φιλόσοφος Σευῆρος, ὁ ταυτὸν λέγων εἶναι, τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον. ἆρα δυνατὸν ἦν τῷ Ἰακὼβ ἀντὶ τοῦ, εἶδον θεὸν, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, εἰπεῖν, εἶδον θεὸν, φύσιν πρὸς φύσιν, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή; οὐδαμῶς. ὥστε οὐ ταυτὸν, φύσις, καὶ πρόσωπον.

Δέχου ὁ Ἰακωβίτης καὶ ἕτερον παρὰ Ἰακὼβ λίθον σφενδονίτην. εἶπε γὰρ πρὸς Ἡσαῦ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. ὅτι εἶδον τὸ πρόσωπόν σου, ὡς ἄν τις ἴδοι πρόσωπον θεοῦ. ἰδοὺ πάλιν πρόσωπον εἶπεν. ἀδύνατον γὰρ ἦν αὐτὸν εἰπεῖν. ὅτι εἶδον τὸ πρόσωπόν σου, ὡς ἄν τις ἴδοι φύσιν θεοῦ. ὥστε οὐ ταυτὸν, φύσις, καὶ πρόσωπον.

Εἴρηται

*Quæ sequuntur legenda sunt formâ interrogationis & responsionis.*

CVM Deus Cain maledixit, vniuersǽné humanæ naturæ maledixit; an vni personæ seu hypostasi? Clarum, quòd tantummodo eius qui deliquerat, personæ. Itaque persona & natura non sunt idem. *Gen. 4.*

Cùm Noë filium suum, à quo nuditas eius patefacta & irrisa fuerat, sic compellauit; *Maledictus Chanaan, seruus seruorũ erit fratribus suis*; num communé trium filiorum naturam diris deuouit, an vnam ex tribus illis personam? Perspicuum, quòd solum Chami personam. Ergo idem non est persona & natura. *Gen. 10.*

Num translato Enoch à Deo, tota hominũ natura translata est, an vnica duntaxat persona? Clarum, quòd sola persona Enoch. Non est ergo idem persona, & natura. *Gen. 5.*

Pari modo Christus cùm execratus est Iudam; non execratus est vniuersam Apostolorum naturam; sed vnam personam. Et ne videamur aduersariis narrare fabulas, agedũ conferamus nos ad ea sacræ Scripturæ loca, in quibus propriè fit mentio personæ, cum de Deo sermo est. *Matth. 26.*

Proditum legimus, Patriarcham Iacob, post admirandam illam luctam, nominasse locum illum Phanuel: id est, visionem Dei; dixit enim; *Vidi Deum* πρόσωπον πρὸς πρόσωπον; *facie ad faciem*; quasi dicas. *personã ad personam. Et salua facta est anima mea.* Dicat mihi Seuerus, magnus ille Philosophus; qui naturam, & personam idem esse contendit; num fieri potuerit, vt Iacob loco huius; *Vidi Deum,* πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, diceret; Vidi Deum *naturã ad naturam, & salua facta est anima mea?* Nequaquam. Non ergo idem est natura, & persona. *Gen. 32.* *Argumentum hoc nõ est valde efficax, quia* πρόσωπον *plura significat, quàm persona.*

Accipe Iacobita alium à Iacobo, quasi funda missum lapidem. Dixit enim ad Esau fratrem suum: *Vidi* πρόσωπόν σου, *faciem tuam (personam tuam)* quasi viderim πρόσωπον, *vultum* Dei. En rursus dixit πρόσωπον. Fieri enim non poterat, vt diceret: Vidi πρόσωπόν σου, quasi quis videret, naturam Dei. Ergo idem non est persona, & natura. *Gen. 33.*

Εἴρηται πάλιν ἐν τῇ ἐξόδῳ. ὅτι εἶδον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ πρόσωπον Μωσέως, ὅτι δεδόξασται. καὶ περιέθηκαν αὐτῷ κάλυμμα καλύψαντες οὖν τὸ πρόσωπον Μωσέως, ἄρα τὴν φύσιν πᾶσαν αὐτοῦ ἐκάλυψαν, ἤγουν ὅλον τὸ γένος τοῦ Ἰσραήλ; οὐδαμῶς. ὥστε οὐ ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον.

Καὶ πάλιν, ὅτε λέγει ἐπὶ τῆς βάτου. ὅτι καὶ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ Μωσῆς. ηὐλαβεῖτο γάρ. ἀδύνατον γὰρ εἰπεῖν. ὅτι καὶ ἀπέστρεψε Μωσῆς τὴν φύσιν αὐτοῦ. ὥστε οὐκέτι ταυτὸν, ἡ φύσις καὶ τὸ πρόσωπον.

Καὶ ὅτ' αὖ λέγει ὁ προφήτης πρὸς θεόν. ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου. καὶ σωθησόμεθα. οὐ δύναται εἰπεῖν, ἐπίφανον τὴν φύσιν σου, καὶ σωθησόμεθα. ὥστε οὐ ταυτὸν ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον.

Ἀλλὰ μὴν οὔτε πάλιν προσευχόμενος καὶ φάσκων τῷ κυρίῳ ὅτι ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, ἠδύνατο εἰπεῖν, ὅτι ἐξεζήτησε σε ἡ φύσις μου. οὔτε γὰρ ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων τότε ἐξεζήτει τὸν θεόν. ἀλλ' ὁ Δαυίδ. ὥστε οὐ ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον.

Καὶ πάλιν λέγων πρὸς θεὸν, ὅτι ἐγὼ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου. οὐκ ἠδύνατο ἀνταλλάξαι τὴν φωνὴν, καὶ εἰπεῖν. ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῇ φύσει σου. ἀδύνατον γὰρ τοῦτο. οὐκοῦν οὐ ταυτὸν, φύσις, καὶ πρόσωπον.

Καὶ Ἡσαΐας δὲ λέγων. ὅτι τὸ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. οὐκ ἠδύνατο εἰπεῖν, ὅτι τὴν φύσιν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ὥστε οὐ ταυτὸν, φύσις, καὶ πρόσωπον. Ἀλλ' οὐδὲ ὅτ' αὖ λέγει ὅτι ἔστησα τὸ πρόσωπόν μου ὥσπερ πέτραν στερεὰν, ἠδύνατο εἰπεῖν τὴν φύσιν μου. ὥστε οὐκέτι ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον, ὡς Σευῆρος ληρωδεῖ.

Ταῦτα λέγων, οὐ τὴν φύσιν μὲν τοῦ θεοῦ λέγω ἀόρατον, τὸ δὲ πρόσωπον αὐτοῦ ὁρατόν. ἄπαγε τῆς ἀτοπίας. ἀλλὰ μόνον βούλομαι δεῖξαι τοῖς αἱρετικοῖς τὴν διαφορὰν τῆς φωνῆς. καὶ ὅτι, οὐ πάντως ἔνθα ὀνομάζεται φύσις, δύναται καὶ πρόσωπον ὀνομάζεσθαι. οὔτε πάλιν, ἔνθα πρόσωπον λέγεται, δύναται τὸ αὐτὸ ἐκ παντὸς τρόπου καὶ φύσις προσαγορεύεσθαι. καὶ τοῦτο εὐθέως, καὶ ἐξ εὐαγγελικῆς, καὶ ἀποστολικῆς, ἀλλ' οὐχ ἑλληνικῆς παραδόσεως ἀποδεῖξαι πειράσομαι.

Φησὶ

In Exodo ſcriptum eſt: Iſraëlitas vidiſſe πρόσωπον, *faciem* Moyſis, glorificatam; & poſuiſſe velamen ſuper faciem Moyſis. Cùm ergo πρόσωπον faciem Moyſis velaſſent; num ideo totam naturam eius velarunt? vel totum genus Iſraëliticum? Nequaquam. Igitur idem non eſt natura & perſona.

*Exod.34.*

* Et rurſus cùm de Moyſe ad rubum dicit: *Auertit* τὸ πρόσωπον *faciem ſuam Moyſes. Timebat enim*: fieri non potuit, vt diceret: auertit Moyſes *naturam ſuam*; non eſt ergo idem natura, & πρόσωπον (perſona.)

*Exod.3.*

** Omnia iſta procedunt ex homonymia vocis* προσώπου. *Quapropter infirma ſunt.*

Et quando Propheta ait ad Dominum. *Oſtende* (πρόσωπον) *faciem tuam, & ſalui erimus*; non quiuit dicere; *oſtende naturam tuam, & ſalui erimus*: igitur φύσις & πρόσωπον minimè idem erunt.

*Pſal.79.*

Neq; cùm preces ad Dominũ fundens aiebat. *Exquiſiuit te* πρόσωπόν μου, *facies mea*, dicere potuit: *quæſiuit te*, φύσις, *natura mea*. Neq; enim hominum natura tunc quærebat Deum, ſed Dauid. Igitur idem non eſt natura & πρόσωπον.

*Pſal.26.*

Rurſus alloquens Dominum. *In iuſtitia apparebo conſpectui* (προσώπῳ) *tuo*: non potuit mutata voce dicere: *Ego verò in iuſtitia apparebo* τῇ φύσει σου. *naturæ tuæ*: non eſt igitur idem φύσις & πρόσωπον.

*Pſal.16.*

Sic Iſaias cùm dixit: *faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me*: dicere non potuit, auerti φύσιν, *naturã meam à ſputorum opprobrio*. Itaque φύσις & πρόσωπον non ſunt idem. Sed neque cùm dixit; *poſui faciem meam* (πρόσωπόν μου) *quaſi petram firmam*; dicere potuit, naturam meam. Non ergo idem φύσις & πρόσωπον, vt Seuerus delirat.

*Iſaia 50.*

*Ibidem.*

Hæc cùm aſſero, minimè aſſero, naturam quidem Dei eſſe inaſpectabilem; πρόσωπον verò aſpectabile; apage hanc abſurditatem, ſed tantum volo, hæreticis diſcrimen vocis demonſtrare, quodque non poſsit planè fieri, vt vbi nominatur φύσις, *natura*, ibi etiam nominetur πρόσωπον, vel vice verſa, vbi προσώπου nomen ponitur; ibi etiam omni modo ponatur nomen φύσεως, *naturæ*. Et hoc ſtatim ex Euangelica, & Apoſtolica, non ex Græcanica traditione demonſtrare conabor.

Dicit

Φησὶ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ πρός τινας. ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσατε ἑνὸς τῶν ἐλαχίστων τούτων. λέγω γὰρ ὑμῖν. ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου ἐν οὐρανοῖς. εἰ δὲ ταὐτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον, ἀντιστρέψω τὴν φωνὴν, καὶ λέγω. ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὴν φύσιν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἀλλὰ μὴν ἀδύνατον τοῦτο, καὶ παντελῶς ἀμήχανον, καθὼς αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος διδάσκει ἡμᾶς λέγων. ὅτι τὸν θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. εἰπὼν δὲ ὅτι οὐδεὶς θεὸν ἑώρακεν, οὐ περὶ ἀνθρώπων μόνον τοῦτο εἴρηκεν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἀγγέλων. λοιπὸν λεγέτω Ἀκέφαλος, πῶς τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς οἱ ἄγγελοι βλέποντες τὴν φύσιν οὐ βλέπουσιν; εἰ ἄρα ταὐτόν ἐστι, καθὰ φάσκετε, ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον;

Ἄκουσον πάλιν καὶ Παύλου τοῦτο σαφῶς διδάσκοντος, καὶ ἀπόθου τὸ πολυθρύλλητόν σου ληρῶδημα, τὸ φάσκον· ταὐτὸν ὑπάρχειν τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον. λέγει γοῦν πρὸς Κορινθίους περὶ τῶν καθαρῶν τῇ καρδίᾳ. ὅτι νῦν μὲν ὁρῶσι τὸν θεὸν ὡς ἐσόπτρῳ, καὶ αἰνίγματι. ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. εἰπέ μοι λοιπὸν νῦν, ὁ λέγων, ταὐτὸν εἶναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον. ἆρα δυνατόν ἐστιν ἀντιστρέψαι τὴν φωνὴν, καὶ εἰπεῖν τότε δὲ φύσιν, πρὸς φύσιν ὄψονται οἱ δίκαιοι τὸν θεόν; Ἄπαγε. Αὐτὸς γὰρ Παῦλος ὁ θεῖος προσμαρτυρεῖ περὶ θεοῦ λέγων. ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὔτε ἰδεῖν δύναται. ὥστε οὐ ταὐτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον. καὶ ἄλλας δὲ μυρίας τοιαύτας παραστάσεις ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. προσωπολογησάσας μὲν ὡς ἐν εἰκόνι τινὶ, καὶ ὀπτασίᾳ τὸν θεὸν, οὐδαμοῦ δὲ αὐτὸν φυσιολογησάσας. οὔτε γὰρ εὑρήσεις ἐν πάσῃ τῇ παλαιᾷ, καὶ καινῇ διαθήκῃ, φύσιν, ἢ οὐσίαν θεοῦ δηλωθεῖσαν, ἢ λεγομένην. ἀλλὰ πάντες οἱ ὀπτασίαν θεοῦ τοῦ ἀοράτου τυπικῶς, καὶ σκιωδῶς θεωρήσαντες, προσωπικὴν θέαν, ἀλλ' οὐ φυσικὴν οὐσίαν θεοῦ ἑωράκασιν. ὥσπερ ὁ Δανιὴλ, παλαιὸν ἡμερῶν πρόσωπον. καὶ ὡς υἱὸν ἀνθρώπου ἕτερον πρόσωπον ἐρχόμενον μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ Ἡσαΐας ἐν εἴδει, καὶ σχήματι τυπικῷ ἀνθρωπίνου προσώπου ὀπτασίαν εἶδεν,

Dicit enim filius Dei ad quosdam. *Videte, ne contemnatis vnum ex paruulis istis; dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident (τὸ πρόσωπον) faciem Patris mei in cœlis.* Cæterùm hoc absolutè, & simpliciter est impossibile (si intelligatur de natura) sicuti ipsum Dei verbum nos docet his verbis. *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Quod verò ait: *Deum nemo vidit vnquam:* id non solùm de hominibus pronunciauit; sed & de Angelis. De cætero explicet Acephalus, quomodo Angeli, qui πρόσωπον, *faciem*, patris vident, non videant naturam, si, vt contendunt, idem est natura, & πρόσωπον. Matth. 18.

Audi & Paulum hæc tibi dilucidè exponentem, tandemque depone decantatam illam næniam; idem esse naturam, & πρόσωπον. Dicit igitur ad Corinthios de mundis corde; eos nunc quidem videre Deum, tanquam in speculo & ænigmate, in futura verò vita πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, *facie ad faciem.* Cedo igitur tu, qui naturam, & πρόσωπον idem arbitraris, an inuertere liceat orationem, & dicere: Tunc *natura ad naturam* videbunt iusti Deum. Apage. Ipse enim Paulus testatur de Deo; *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Itaque idem non est φύσις & πρόσωπον. Huius generis innumera alia testimonia in scriptura inuenire licet; quæ Deum tanquam in imagine, & visione secundum πρόσωπον nobis repræsentēt; nulla autem, quæ secundum φύσιν, seu naturam. neq; enim in veteri, aut nouo Testamento vsquam inuenies naturam Dei manifestatam, aut nominatam; sed omnes, qui inuisibilis Dei typica, & vmbratili visione dignati sunt, ij viderunt προσωπικὴν θέαν, quasi dicas, personalem seu facialem visionem, & non physicam, seu naturalem Dei substantiam. Sic Daniel vidit antiquum dierum πρόσωπον; & tanquam filium hominis, & alterum πρόσωπον *veniens cum nubibus cœli.* Et Isaias vidit in typica specie humanæ personæ, per visionem, *Dominum sedentem, super thronum excelsum & eleuatum* & ea, quæ

1. Cor. 13.

1. Tim. 6.

Dan. 7.

Isa. 6.

εἶδεν, τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ ἐπηρμένου· οὐ τὴν θείαν φύσιν ὁρῶντες, ἀλλ᾽ ὡς ἐν εἴδει τινὶ καθ᾽ ὃ ἠδύναντο βλέπειν, καὶ καθ᾽ ὃ ἐχώρουν ἐπιλανομένου αὐτῆς ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀσχηματίστου θεοῦ. εἰ δὲ ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον, πῶς οὐκ εἶπεν πρὸς θεὸν ὁ προφήτης. μὴ ἀποστρέψῃς τὴν φύσιν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ. ἀλλά, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ. καὶ πάλιν· τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου. καὶ πάλιν· μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου. καὶ πάλιν· ἐσημειώθη ἐφ᾽ ἡμᾶς τὸ φῶς, τοῦ προσώπου σου κύριε καὶ ἁπλῶς ἐν μυρίοις τόποις ἡ θεία γραφὴ πρόσωπον θεοῦ ὀνομάζουσα. οὐδαμοῦ φύσιν θεοῦ προσηγόρευσεν. ὥστε πρόδηλον, ὅτι οὐκ ἔστι ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον.

Ἀλλὰ καταχρηστικῶς φησί, καὶ καθ᾽ ὃ δυνάμεθα ἀκοῦσαι, ἡ θεία γραφὴ πρόσωπον ἐπὶ θεοῦ προσηγόρευσεν. ὥσπερ καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ ὦτα, καὶ πτέρυγας. καὶ ὀφθαλμούς. καὶ στόμα. καὶ τὰ λοιπὰ μέλη. ἐπεὶ ἀσώματον τὸ θεῖον, καὶ ἀπρόσωπον, καὶ ἀσχημάτιστον. ταῦτα τοῦ αἱρετικοῦ ἀντιλέγοντος συντίθημι τῷ λόγῳ. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνο πάλιν ἀντερωτῶ. ὅτι καὶ πῶς ἐν μυρίοις τόποις ἡ θεία γραφὴ καταχρηστικῶς, καὶ ἀλληγορικῶς εἰποῦσα πρόσωπον ἐπὶ θεοῦ. φύσιν, ἢ οὐσίαν οὐδαμῶς ἐπ᾽ αὐτοῦ εἴρηκεν, οὐδὲ καταχρηστικῶς, οὔτε ἀλληγορικῶς, οὐδὲ συμβολικῶς. εἰ ἄρα, ὡς φατὲ ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον. ὥστε παντί που δῆλον, ὅτι οὐκ ἔστι ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον. καθὰ διὰ πλάστων ἐκ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, παλαιᾶς τε, καὶ καινῆς ἀπεδείξαμεν.

Εἰ δὲ καὶ ζητεῖς λέγων, καὶ τίνος χάριν οἱ μακάριοι Προφῆται διὰ πάσης τῆς θείας γραφῆς προσώπου θεοῦ ἐπιφάνειαν, καὶ παρουσίαν ἐπεζήτουν; καὶ ηὔχοντο, καὶ προσεδόκουν, οὐ φύσεως; ἄκουσον περὶ τούτου λόγον πατρικὸν ὁμοῦ τε, καὶ πιστόν· καὶ μὴ ἀντείπῃς. γνόντες γὰρ δι᾽ ἐνεργείας πνεύματος ἁγίου οἱ μακάριοι Προφῆται, καὶ Πατριάρχαι. ὅτι οὐ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως τῆς ἁγίας τριάδος τὸ ὁλοτελὲς πλήρωμα, τῶν τριῶν προσώπων, πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ γῆς ἐπιφαίνεσθαι, καὶ σαρκοῦσθαι μέλλει ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν χρόνων. ἀλλὰ τὸ ἓν πρόσωπον, τοῦτ᾽ ἔστιν ὁ θεὸς λόγος. τούτου

χάριν

*sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri*; qui quidem diuinam naturam non videbant in se, sed adumbratam in specie, cuius beneficio videre poterant, quantum quidem capaces erant Dei, alioquin ab omni aspectu & figura remoti, qui tunc sese humana specie conspiciendum exhibebat. Quod si natura, & πρόσωπον idem sunt, qui factum est, vt Propheta non diceret ad Deum: Ne auertas naturam tuam à me? Cur dixit? *Ne auertas faciem (πρόσωπον) tuam à me.* Et rursus. *τὸ πρόσωπον, faciem tuam illumina super seruum tuum.* Iterum. *Ne proiicias me à facie (προσώπου) tua.* Rursus. *Signatum est super nos lumen vultus (προσώπου) tui Domine*; & vt paucis omnia complectar, scriptura diuina infinitis locis πρόσωπον Dei nominatim exprimens, nusquam id naturã Dei appellauit. Quare non idem natura cũ persona.

Psal. 50.

Psal. 118.

Psal. 4.

At sacra Scriptura per abusionem, vtque nostro intelligendi modo sese accommodaret, πρόσωπον Deo tribuit, sicut manus, pedes, aures, alas, oculos, os, & reliqua membra, cùm tamen Deus sit corporis figuræque expers, & ἀπρόσωπος. Equidem hæc hæretico opponenti, non inuitus assentior: sed quæro cur, & quomodo diuina Scriptura sexcentis locis abusiuè & allegoricè Deo πρόσωπον tribuerit, de eodem φύσιν seu οὐσίαν nunquam prædicarit neque abusiuè, neq; allegoricè, neque Symbolicè, si, vt vobis placet, idem est natura, & πρόσωπον? Itaq; cunctis manifestus est non esse idem naturam & πρόσωπον, quemadmodum copiosè ex sacra Scriptura, antiqua & noua, demonstrauimus.

Si quæras, quamobrem beatissimi Prophetæ in omnibus diuinarũ litterarum locis diuini προσώπου apparitionem, præsentiamque quæsierint, expetierint, atque exspectarint, non naturæ: audi quid Patres hac de re rectè & fideliter tradiderint; nam cùm Prophetæ & Patriarchæ, Spiritus sancti instinctu, cognouissent, non communem sanctissimæ Trinitatis naturam, complementum illud, & plenitudinem trium personarum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vltimis temporibus in terra apparituram, carnemque assumpturam; sed vnam duntaxat personam, hoc est, Dei verbum; ideo

χάριν, οὐ τὴν τριαδικὴν οὐσίαν θεοῦ ἐπιδημῆσαι ἔλεγον, ἀλλὰ προσώπου θεοῦ ἐπιφάνειαν ἐκήρυττον, καὶ προσηύχοντο. ὡσανεὶ σαφῶς, καὶ ἀριδήλως τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐπὶ γῆς παρουσίαν ἐπιζητοῦντες, καὶ πρὸς αὐτὸν λέγοντες· ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα. καὶ, ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω. καὶ, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ θεὸς, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς. καὶ πάλιν· τὸ πρόσωπον σου ἐπίφανον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασας. ἰδικοῦ προσώπου θεοῦ, ἤγουν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος παρουσίαν οἱ προφῆται κηρύττοντες, τοῦτ᾽ ἐστι τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ οὐ φύσεως κοινῆς. καὶ εἰ δεῖ σαφέστερον εἰπεῖν. ἐνουσίου προσώπου θεοῦ παρουσίαν καταγγέλλουσι· καὶ οὐ τρισυποστάτου τριάδος ὁλικὴν τριπρόσωπον σάρκωσιν. ὥστε οὐ ταυτὸν ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον, ὡς μυριάκις εἶπον.

Ταῦτα δέ μου ἐκ τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν προφητῶν λέγοντος, φοβοῦμαι, καὶ ἀγωνιῶ, καὶ τρέμω, μή πως δειμυχθεὶς ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐλέγχων ὁ Σευῆρος, τῆς σοροῦ ἐκ νεκρῶν ἀναπηδήσας, καὶ τὸ δεκακέρατον αὐτοῦ συγκαλέσας, καὶ σύνοδον ποιησάμενος, τὴν ἐκβολὴν, καὶ ἀποστροφὴν Χριστοῦ τε, καὶ Μωσέως, καὶ Παύλου, καὶ τῶν προφητῶν, καὶ εὐαγγελιστῶν ποιήσεται, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν διδασκάλων πεποίηκε, καὶ νομοθετῆσαι λέγων. ὅτι ἕως μὲν τῶν καιρῶν Νεστορίου πισταὶ, καὶ βέβαιαι ὑπῆρχον αἱ τοῦ χριστοῦ, καὶ τῶν Προφητῶν, καὶ Αποστόλων φωναί. ἀπὸ δὲ τῶν καιρῶν Νεστορίου ἀπεδοκιμάσθησαν. καὶ οὐκ ἔτι ἀσφαλής ἐστιν ἡ παλαιὰ, καὶ καινὴ διαθήκη· μὴ λέγουσαι ταυτὸν τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον. πρὸς γὰρ τὰς ἀνακυπτούσας αἱρέσεις χρὴ παραλλάττειν καὶ μεταστρέφειν τὰς θείας γραφάς. καὶ, τοὺς πατέρας. καὶ νῦν μὲν δέχεσθαι, νῦν δὲ ἀπορρίπτειν αὐτάς.

Ταῦτα δὲ ποιεῖ ὁ Σευῆρος στενωθεὶς, καὶ ἀπορήσας δι᾽ οἰκείου προσώπου ἀκυρῶσαι τὰς τῶν ἁγίων πατέρων περὶ τῶν δύο φύσεων χριστοῦ φωνάς. λοιπὸν δὲ μήτε νοῶν ἀποστολικῶς, ἀλλὰ ἑλληνικῶς τὴν φύσιν. εἰ γὰρ ἠκολούθησε Παύλῳ, καθάπερ ἡ ἁγία ἐκκλησία,

οὐδὲν

non naturam illam Dei tribus perſonis communem nobiſcum conuerſaturam, vel conuerſatam eſſe prædicarunt, ſed vnam perſonam diuinam apparuiſſe annunciarunt & vt appareret, exoptarunt; tanquam apertè, & abſque velamentis perſonam diuini verbi, eiusque in terra præſentiam inquirentes, eique acclamantes : *Oſtende* (πρόσωπον) *faciem tuam, & ſalui erimus.* Et, *exquiſiuit te* (πρόσωπον) *facies mea : vultum tuum domine requiram.* Et, *Illuminet* (πρόσωπον) *vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.* Iterum: *Faciem* (πρόσωπον) *tuam, illuſtra ſuper ſeruum tuum*, hoc eſt, ſuper hominem, quem finxiſti. Deſignatæ perſonæ diuinæ, ſiue vnius ex ſancta Trinitate, aduentum Prophetæ annunciarunt, non communis naturæ. Et ſi clarius hoc dicere oportet, vnius perſonæ diuinæ in eſſentia diuina ſubſiſtentis aduentum annuntiant, non totius Trinitatis in tribus perſonis ſubſiſtentis incarnationem; vt proinde idem non ſit natura , & perſona, quemadmodum iam ſæpius dictum.

*Pſal. 79.* *Pſal. 26.* *Pſal. 66.* *Pſal. 30.*

His ex diuinis litteris, Prophetisque allatis, etiam atque etiam metuo, anxieque ſollicitor, ne huiuſmodi refutationibus exſtimulatus Seuerus, ex tumulo exiliens, ſuumque decicornem cœtum conuocans, collecta Synodo; Chriſtum, Moyſen, Paulum, Prophetas, & Euangeliſtas repudiet, proculque à ſe amandet; eo modo, quo cum Eccleſiæ doctoribus egit; & quaſi lege lata edicat: vſque ad Neſtorij ætatem dicta Chriſti, Prophetarum, & Apoſtolorum ſubſtitiſſe, omnemque fidem meruiſſe; ſed à Neſtorij tempore repudiari debere; neque periculo vacare vetus & nouum Teſtamentum, quod non aſſerat naturam, & perſonam, vnum & idem eſſe; Nam ad exſiſtentes hæreſes, variandas eſſe, & inuertendas diuinas litteras, ſanctorumq; Patrum aſſertiones, easq; modo recipi modò repudiari debere.

Hæc molitur Seuerus in anguſtias redactus, mentisque dubius, qua tandem quaſi perſona ſanctorum Patrum de duabus in Chriſto naturis dicta reddat irrita. Et tandem non Apoſtolorum, ſed Græcorum more naturam accipit. Si enim veſtigia Pauli ſibi ſequenda duxiſſet, ſicut fecit Eccleſia,

οὐδὲν ἕτερον εἶχεν εἰπεῖν τὴν φύσιν εἶναι, εἰ μὴ τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν. ἐπεὶ πῶς νοήσωμεν τὸ λεγόμενον τῷ Ἀποστόλῳ; ὅτι καὶ εἶμεν ποτὲ τέκνα φύσει ὀργῆς. τί ἐστι φύσει ὀργῆς, εἰ μὴ ἐν ἀληθείᾳ ὀργῆς; Καὶ ἠδυνάμην περὶ τούτου, καὶ ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων πιστῶσαι τὴν φωνὴν, ὅτι οὐδὲν ἕτερον σημαίνει ἡ φύσις, ἢ μὴ τὴν ἀλήθειαν. Ἀλλὰ φοβοῦμαι, μὴ εἴπῃ μοι Σευῆρος, ὅτι ἐπὶ Νεστορίου ἀπεδοκιμάσθη καὶ αὐτὴ ἡ φωνή. πλὴν φέρε ἐπ' αὐτοῦ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ βράσματος τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου παραστήσωμεν αὐτὸν τὸν φωστῆρα, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν πατέρων ἀοίδιμον τὸν μακάριον Κύριλλον, τὴν φύσιν, ἀλήθειαν εἶναι διδάσκοντα ἀποστολικῶς. ὅθεν καὶ φαίνεται ἐν διαφόροις τόποις εἰρηκὼς φυσικὴν γέννησιν ἐπὶ Χριστοῦ· καὶ φυσικὴν ἕνωσιν, ἐν οἷς ἐπιλαβομένου Θεοδωρήτου τῶν τοιούτων φωνῶν, ἑρμηνεύει ἑαυτὸν ὁ θεόφρων Κύριλλος ἐν ταῖς ἀπολογίαις τῶν δώδεκα ἀναθεματισμῶν, φάσκων. ὅτι φυσικὸν τὸ ἀληθινὸν εἶναι εἴρηκεν ἀποστολικῶς. καὶ πᾶσα δὲ ἡ Αἰγυπτίων, καὶ Ἀλεξανδρέων μάλιστα συνήθεια, φυσικὰ τὰ ἀληθῆ τῶν πραγμάτων ὀνομάζει. ὅθεν καὶ ἀληθεύων ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον ἐν ταῖς διαλέξεσι φησὶν, ὅτι φυσικά σοι λέγω, τοῦτ' ἔστιν, ἀληθινά. Ἄρα δυνάμεθα ἀντιστρέψαι τὴν τοιαύτην φωνὴν, καὶ εἰπεῖν, ὅτι προσωπικά σοι λέγω; οὐδαμῶς. οὔτε γὰρ ἔχει ὅλως ἀκολουθίαν τὸ ῥῆμα. ὥστε οὐ ταυτὸν φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον. καὶ μὴ γελάσῃς τὰ λεγόμενα. ἐξ Ἀποστολικῆς γὰρ παραδόσεως ἀλήθειαν εἶναι τὴν φύσιν παρέλαβον ὀνομάζειν. καὶ οὐ ταυτὸν εἶναι τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον. ἐπεὶ εἰπέ μοι σύ.

Ἰδοὺ κατηράσατο ὁ μακάριος Πέτρος ὁ μάρτυς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸν μιαρὸν Ἄρειον λέγων. Ἄρειος, καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κεχωρισμένος ἔσται τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. Λοιπὸν ἡ κατάρα αὕτη εἰπέ μοι, εἰς ἓν πρόσωπον συντείνει, ἢ εἰς τὸ κοινὸν τῆς φύσεως; πρόδηλον, ὅτι εἰς τὸ τοῦ Ἀρείου, καὶ μόνον πρόσωπον. οὕτως κοινωνοὶ τῆς τοιαύτης κατάρας τυγχάνετε ὁμοίως, καὶ πάσης ἑτέρας κατάρας δοθείσης προσώπῳ ἑλληνικῷ, ἢ αἱρετικῷ.

Ἀλλ'

vtique naturam nihil aliud esse dixisset, quàm rei veritatem: Quomodo enim aliter accipiam illud Apostoli: dicentis: *eramus aliquando filij iræ naturâ.* Quid est *naturâ iræ*, nisi in veritate iræ? Possem & ex sanctis Patribus multa testimonia adducere, quibus planum facerem, naturam nihil aliud significare, quàm veritatem; sed metuo, ne dicat mihi Seuerus, hanc vocem, Nestorio exorto, reiectam & reprobatam esse. Adducam tamen eum ipsum, qui cum Nestorij impietas ebulliit, florebat, sanctum Cyrillum, lumen illud Patrum celeberrimum, & beatissimum, qui Apostolos secutus docet naturam esse veritatem. Quare multis quoque operum suorum locis nominat in Christo naturalem natiuitatem, & naturalem vnionem: quas voces cùm Theodoretus reprehendisset, explicat seipsum diuinus Cyrillus in Apologiis, quas pro duodecim anathematismis scripsit; dicens, se physicum, seu naturale accepisse, Apostolorum more, pro vero: cui Aegyptiorum & Alexandrinorum consuetudo maximè consentit, quæ naturalia vocare consueuit, *vera rerum*. Hinc cùm alter alteri vera loquitur, dicere solet in colloquiis; Physica, (naturalia) tibi dico, hoc est, *vera*. Num immutare licebit hanc vocem, eiusque loco dicere; *προσωπικὰ, personalia tibi dico?* Nequaquam. Neque enim eandem vim & ordinem habet hoc vocabulum. Itaque natura, & persona non sunt idem. Neque est quod dicta rideas, Ex Apostolica enim traditione manauit, vt *natura* vocaretur *veritas*; Vnde etiam accepimus naturam & personam distingui.

*Ephes. 2.*

Ecce beatus Petrus Martyr Alexandrinus execrationi deuouit Arium his verbis vsus. *Arius & in præsenti, & in futuro sæculo separatus sit à filio Dei.* Dic mihi, num hæc execratio, seu maledictio tendit in vnam personam, an in communem hominum naturam? Clarum, quòd in solam Arij personam. Verè participes estis huius, & cuiusuis alterius execrationis, siue in Græcanicam, siue in hæreticam personam pronunciatæ. At non ita se veritatis ratio

habet:

Ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἔχει ὁ λόγος ἐν ἀληθείᾳ. οὔτε γὰρ ἐὰν λεπρωθῇ ἓν πρόσωπον ἀνθρώπου, δύναται λέγειν, ὅτι ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων ἐλεπρώθη. οὔτε πάλιν. ὅτε κατεκλύσθη ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων δυνατὸν εἰπεῖν, ὅτι πρόσωπον τοῦ δεῖνος τοῦ ἀνθρώπου κατεκλύσθη. οὔτε πάλιν ἐὰν ἐρημωθῇ οὐσία κτήτορος, δύναται εἰπεῖν, ὅτι τὸ πρόσωπον, ὡς πολλάκις εἶπον, τὸ ἰδικὸν σημαίνει. ἡ δὲ φύσις τὸ καθολικὸν, καὶ τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν, καθ᾽ ὡς παρεστήσαμεν, ἐκ νομικῆς, καὶ προφητικῆς, καὶ δεσποτικῆς, καὶ εὐαγγελικῆς, καὶ ἀποστολικῆς, καὶ διδασκαλικῆς, καὶ δημιουργικῆς παραδώσεως. καὶ τούτῳ τῷ κανόνι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία στοιχοῦσα λέγει, ἐν χριστῷ τῷ θεῷ δύο ἡνωμένας καθ᾽ ὑπόστασιν φύσεις, ἤγουν δύο ἀληθῆ πράγματα· θεότητα λέγω, καὶ ἀνθρωπότητα ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως.

Εἰ οὖν καθὼς ὁ λόγος πολυτρόπως, καὶ πολυμερῶς ἀπέδειξεν, ἡ φύσις ἀλήθειά ἐστιν, μανθανέτωσαν πάντες οἱ μὴ λέγοντες, φύσιν τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ χριστοῦ, ὥσπερ καὶ τὴν θεότητα αὐτοῦ· ὅτι περ οὐ λέγουσιν ἀλήθειαν τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ, καὶ τὴν ψυχήν. εἰ δὲ ἀλήθειά ἐστι, πρόδηλον, ὅτι φύσις ἐστιν. εἰ δὲ οὐκ ἔστι φύσις, οὐκ ἔστιν ἀλήθεια. εἰ δὲ ἐν ἀληθείᾳ ἄνθρωπος γέγονε, φύσει ἄνθρωπός ἐστι, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁ χριστὸς, καὶ φύσει θεὸς, φύσει ἄκτιστος, καὶ φύσει κτιστὸς ὁ αὐτὸς, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀληθείᾳ. μὴ ἀρνήσῃ τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς ὦ αἱρετικέ. ἐπεὶ τὴν ἀλήθειαν ἠρνήσω. ἡ ἀλήθεια γάρ ἐστιν ἡ φύσις· ἐὰν μονότροπον ἔχῃ τὴν φύσιν ὁ χριστὸς, μονοτρόπως ἐστιν ἀληθής· καὶ καθ᾽ ἕτερον τρόπον ψευδής. εἰ δὲ ἐν θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι ἀληθής ἐστι, πρόδηλον ὅτι τὰς δύο ἔχει ἀληθεῖς φύσεις. ὅτι ἡ φύσις ἡ ἀλήθειά ἐστιν.

Ὅπερ δὲ πεπόνθασιν οἱ μιαροὶ, Ἄρειος λέγω, καὶ Σαβέλλιος ἐπὶ τοῦ τριαδικοῦ λόγου. ταυτὸν καὶ Νεστόριος, καὶ Σευῆρος ἐπὶ τοῦ τῆς οἰκονομίας λόγου πεπόνθασι. Σαβέλλιος μὲν γὰρ σύγχυσιν φανταζόμενος ἐπὶ τῆς θεότητος, μίαν ὑπόστασιν πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔλεγεν. Ἄρειος δὲ πάλιν ὁ

μιαρὸς

habet : neque enim si vna hominis persona sit infecta lepra, ideo dicere licet, naturam humanam à lepra correptam esse. Neque rursus, in diluuio submersam esse communem hominum naturam; ideo dicere poteris, eò quòd hæc vel illa persona cuiusdam hominis fuerit submersa. neque si οὐσία (substantia pro facultatibus) destituatur possessore, substituere poteris πρόσωπον in locum vsiæ seu substantiæ. Nam, vt sæpius dictum, πρόσωπον proprium significat, natura verò id, quod cõmune est, ipsamque rei veritatem, vt ostendimus ex traditione Legis, Prophetarum, Christi, & Euangelij, Apostolorum, Doctorum, ipsiusque conditoris; Et hunc canonẽ sequẽs Catholica Ecclesia, duas in vna hypostasi vnitas naturas, siue, duas res veras, diuinitatem, inquam, & humanitatem, inconfusè & indiuisè in Christo profitetur. *Gen. 8.*

Si igitur, vt multis argumentis hactenus fusè demonstrauimus, natura veritas est; restat, vt omnes, qui humanitatem Christi naturam appellare abnuunt; quemadmodum & diuinitatem illius, intelligant; se carnis & animæ Christi veritatem negare. Si verò veritas est, clarè liquet naturam quoque esse. Et si non est natura, non est veritas. Si autem in veritate homo factus est, Christus naturâ homo erit etiam post vnionem; naturâ Deus; naturâ increatus; naturâ creatus, hoc est, in veritate & veritate. Ne inficieris, ô hæretice, naturam carnis, quia veritatem negasti. nam veritas est natura. Si vniformem Christus naturam habet, vniformiter verus est : & alio modo falsus : si verò in diuinitate & humanitate veritas est, liquet eum duas veras possidere naturas, quia natura veritas est.

Porrò quod execrando Ario & Sabellio euenit in mysterio Trinitatis; hoc accidit Nestorio & Seuero in diuini Verbi incarnatione. Sabellius enim confusionem in diuinitate per phantasiam suam architectatus, vnam hypostasin Patris, & Filij, & Spiritus sancti constituit. Scelestus autem Arius bellum, quasi contra Sabellium gerere volens, tres substantias

μιαρὸς πολεμεῖν Σαβελλίῳ δοκῶν τρεῖς οὐσίας ἐπρέσβευσεν ἐπὶ τῆς
ὁμοουσίου τριάδος ἔφασκεν. ἡ δὲ ἁγία ἐκκλησία τὴν βασιλικὴν τοῦ
θεοῦ ὁδὸν ἐκλεξαμένη, ἀπεβάλετο τὴν Σαβελλίου σύγχυσιν, καὶ Ἀρείου
διαίρεσιν. τρία μὲν τὰ πρόσωπα, καὶ οὐχ ἓν πρόσωπον τὴν ἁγίαν τρι-
άδα λέγουσα, μίαν δὲ τὴν οὐσίαν αὐτῶν, καὶ οὐ τρεῖς οὐσίας εὐσεβῶς ὁ-
ρίζουσα. οὕτω πάλιν καὶ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς δύο πρόσωπα ἐπὶ
χριστοῦ δογματίζοντος, Σευήρου δὲ δυστυχοῦς μίαν φύσιν τὸν χριστὸν
φάσκοντος ἡ ἁγία ἐκκλησία ὁμοίως ἀπεβάλετο, καὶ τὴν Νεστορίου
διαίρεσιν ἓν πρόσωπον τὸν χριστὸν κηρύττουσα. ὡς αὔτως, καὶ τὴν Σευή-
ρου σύγχυσιν, δύο ἡνωμένους καθ' ὑπόστασιν φύσεις, ἀσυγχύτως,
καὶ ἀδιαιρέτως τὸν ἕνα, καὶ μόνον χριστὸν, υἱὸν, κύριον, Ἰησοῦν ἐκδιδάσκου-
σα· μυσαττομένη ἐπ' ἴσης καὶ τὴν Σευήρου σύγχυσιν, καὶ τὴν Νεστορίου τοῦ
ἀσεβοῦς διαίρεσιν.

Ἡ μὲν οὖν καθολικὴ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, οὐκ Ἀριστοτελικῶς, καὶ ἑλ-
ληνικῶς τὸν χριστὸν δογματίζει. ἀλλ', ὡς πολλάκις εἶπον, εὐαγγελι-
κῶς, καὶ ἀποστολικῶς, οὐκ ἐν πειθοῖς * πυθαγορικῆς σοφίας λόγοις, ἵνα
μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ. Ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης φύσιν εἶναι
λέγει, ἀρχὴν κινήσεως, καὶ ἠρεμίας. ἡ δὲ εὐσεβὴς τῶν Ἀποστόλων πα-
ράδοσις, οὔτε ἀρχὴν κινήσεως, οὔτε ἠρεμίαν, ἤγουν τέλος ὁμολογεῖ
ἐπὶ τῆς θείας φύσεως. διὸ φύσιν λέγει ἡ εὐαγγελικὴ φύσις, αὐτὸ
τὸ πρᾶγμα τὸ πεφυκὸς, καὶ ὑπάρχον ἐν ἀληθείᾳ. τὸ γὰρ μὴ ὂν ἐν
ἀληθείᾳ, καὶ οὐσίᾳ, εὔδηλον ὅτι ἐν δοκήσει, καὶ φαντασίᾳ λέγεται μὲν,
οὐχ ὑπάρχει δέ. καὶ ἤδη μὲν περὶ τούτου ἀπεδείξαμεν κατὰ τὸ ἡμῖν ἐ-
φικτὸν, ἔκ τε γραφικῶν, καὶ φυσικῶν, καὶ πραγματικῶν παραστάσεων·
ὅτι ἕτερόν ἐστιν ἡ φύσις, καὶ ἕτερον ἡ ὑπόστασις, ἤτοι πρόσωπον. ἀλλ' ἀν-
τιλέξει πάντως ταῖς ἡμετέραις γνώμαις, καὶ τοῖς παραδείγμασιν ὁ δι'
ἐναντίας νομίσας ἡμᾶς ἀπορεῖν διδασκαλικῶν περὶ τούτου παραστά-
σεων. καὶ τούτου χάριν οἰκείοις λογισμοῖς λοιπὸν ἐξ ἀπορίας χρησα-
μένοις. οὐκοῦν ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τὴν αὐτὴν ὁδὸν Σευήρου βαδίσωμεν, τὸν
χορὸν τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τὰς τούτων φωνὰς ἀπωθούμενοι, καὶ
ἀνατρέποντες, φέρε καὶ πατρικῶς, ὁμοῦ τε καὶ συνοδικῶς ἀποδείξωμεν·
ὅτι ἕτερον μέν ἐστι τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἑκάστης τῶν ὄντων ὑπάρξεως

ἐν

* Ita Sch.

dissimiles in consubstantiali Trinitate confinxit. At Ecclesia sancta regiam viam ingressa repudiauit tam Sabellij confusionem, quàm Arij diuisionem; tres enim personas, non vnam duntaxat in sancta Trinitate, vnamque illarum substiarum, non tres substantias piè profitetur. Sic impio Nestorio duas in Christo personas constituente, miserrimo autem Seuero, vnam in Christo naturam profitente; Sancta Ecclesia tam Nestorij diuisionem reprobauit, vnam in Christo personam prædicans; quàm Seueri confusionem reiecit, docens vnum & solum Christum Dominum nostrum esse duas in hypostasi inconfusè & indiuisè vnitas naturas; pariterque detestans Seueri confusionem, & impij Nestorij diuisionem.

Catholica igitur Dei Ecclesia doctrinam de Christo non Aristotelis, aut Græcorum more tradit; sed, vt iam sæpè diximus, Euangelicè & Apostolicè, non in *persuasibilibus Pythagoricæ sapientiæ verbis, vt non euacuetur crux Christi.* * Aristoteles enim dicit naturam esse principium motus & quietis. At pia & ab Apostolis profecta traditio, neque principium motus, neque quietem siue finem in diuina natura statuit. Quare Euangelica natura definit naturam esse ipsam rem aptam natam, & in veritate subsistentem. Nam quod non est in veritate & substantia, id in existimatione & phantasia dicitur quidem, sed non subsistit. De qua re iam pro viribus disputauimus probationibus ex scriptura, naturâ, & ex rebus ipsis allatis, quibus planum fecimus, aliud esse naturam; aliud hypostasin seu personam. Sed omnibus hisce argumentis, & exemplis refragabitur aduersarius, ratus nos destitui probationibus ex patribus seu doctoribus, eiusque gratia nos propriis cogitationibus ex penuria solidiorum argumentorum vsos esse. Igitur ne & ipsi videamur viâ Seueri incedere, sanctorumque Patrum cœtum, eorumque dicta vilipendere & auersari, agedum ex Patribus quoque atque ex Synodis demonstremus, aliud esse id quod commune est cuiuis naturæ in hac rerum vniuersitate existenti, siue in cœlo,

** Hæc naturæ definitio, nihil officit doctrinæ Euangelicæ & Apostolicæ de Deo.*

ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς. ἕτερον δὲ πάλιν τὸ ἰδικὸν τῆς προσωπικῆς ὑποστάσεως. ποιήσομαι δὲ τὴν τοιαύτην παράστασιν οὐκ ἐξ ἑνός ἤ-του ἁγίου στόματος, οὔτε ἐξ ἑκατὸν, ἀλλ' ἐκ τριακοσίων, δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων. ἐν οἷς πλεῖστοι μὲν γεγόνασι χριστοῦ μάρτυρες, πλεῖστοι δὲ σημειοφόροι ἴσως τὸ τοσοῦτον πλῆθος αἰδεσθεὶς ὁ Σευῆρος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ παύσονται λοιδοροῦντες ἡμᾶς.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ἘΝΝΑΤΟΝ.

### Περὶ φύσεως, καὶ ὑποστάσεως ἐκ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ.

ΑΝέφυ ποτὲ δυάς τις πονηρὰ ζιζανιόσπορος αἱρεσι-αρχῶν, ὥσπερ τις Ἄννας, καὶ Καϊάφας, ἢ Πιλάτος καὶ Ἡρώδης εἰς θεὸν βλασφημούντων, Ἄρειος λέγω, καὶ Σαβέλλιος, οἱ Σευήρου διδάσκαλοι, ταυτὸν λέγοντες καὶ αὐτοὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον. ὁ μὲν Σαβέλλιος ἓν πρόσω-πον, καὶ μίαν οὐσίαν λέγων ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁ δὲ Ἄρειος τρία πρόσωπα, καὶ τρεῖς οὐσίας. ἀμφότεροι ταυτὸν λέγοντες εἶναι τὴν φύ-σιν, καὶ τὸ πρόσωπον. ὧν τὴν ἀσέβειαν καὶ τὸ τοιοῦτον φρόνημα ἀνατρέ-πουσα ἡ ἁγία, καὶ μακαρία πρωτότυπος τοῦ ἁγίου πνεύματος οἰ-κουμενικὴ σύνοδος τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη. πατέρων τῶν ἀοιδίμων, διδά-σκουσα σαφῶς ἡμᾶς· ὅτι ἕτερόν ἐστιν ἡ οὐσία, ἤτοι ἡ φύσις· καὶ ἕτερον ἡ ὑπόστασις. οὕτω βοᾷ.

Τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. καὶ πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν. καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστά-σεως, ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιω-τὸν, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία, καθολικὴ, καὶ ἀποστολικὴ ἐκ-κλησία.

Παρέστωσαν λοιπὸν κατάκριτοι, ὡς κατάδικοι τῇ ἁγίᾳ, καὶ μα-καρίᾳ ταύτῃ συνόδῳ δίκας εἰσπραττόμενοι, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον τῆς

ſiue in terra: aliud verò id, quod perſonæ ſiue hypoſtaſi proprium eſt; Huius verò rei probationem non inſtituam ex vnius ſancti ore, neque ex centum; ſed ex trecentis decem & octo patribus, in quibus plurimi fuerunt Chriſti Martyres plurimi (miraculorum patratores ſeu) notas & ſigna ſuppliciorum in corpore ſuo geſtantes. Fortè Seuerus & aſſeclæ eius totam multitudinem reueriti deſinent nos calumniis inceſſere.

## CAPVT NONVM.

*De natura & hypoſtaſi ex ſacroſancta Synodo Nicæna.*

EXSTITERVNT olim duo peſsimi, & zizaniorum feracißimi hæreſiarchæ, tanquam Annas quiſpiam & Caiphas, vel Pilatus, & Herodes Deum blaſphemantes, Arius, inquam, & Sabellius, Magiſtri Seueri, qui & ipſi affirmabāt idem eſſe naturam & perſonam, & Sabellius quidem vnam perſonam, & vnam ſubſtantiam in ſanctiſsima Trinitate conſtituebat. Arius verò tres perſonas, & tres ſubſtantias ſeu naturas: docebantque ambo naturam & perſonam idem eſſe. Quorum impietatem, peruerſamque ſententiam euertit & condemnauit ſanctiſsima illa & beatiſſima, Spiritus ſancti quaſi vnigenita filia, vniuerſalis Synodus Nicæna, CCCXVIII. celeberrimorum Patrum, dilucidè docens, aliud eſſe eſſentiam ſeu naturam, aliud hypoſtaſin; ſic enim loquitur.

Eos, qui aſſerunt; Erat, quando non erat: filius Dei, & antequam gigneretur, non erat, Et ex nō exiſtentibus factus eſt, vel qui dicunt, ex alia hypoſtaſi, vel ſubſtantia filium Dei eſſe. mutabilem & alterabilem, anathemati ſubiicit ſancta, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia.

Quod reliquum eſt, adueniant iam damnata illa capita; & tanquam condemnationis ſententia iure optim o percuſſa,

δεκακεράτου αὐτῶν ματαιότητος, οἱ ταυτὸν λέγοντες εἶναι τὴν φύσιν, καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι πρόσωπον. Ἰδοὺ γὰρ ὁ χορὸς ὁ ἀγγελικὸς τῶν ἁγίων πατέρων ἕτερόν τι διδάσκει τὴν οὐσίαν εἶναι. καὶ ἕτερον, τὴν ὑπόστασιν. οὐ γὰρ εἶπον, ὅτι τοὺς λέγοντας ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἤγουν οὐσίας, ἀλλὰ τοὺς δὲ λέγοντας ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας, σαφῶς ἡμᾶς διδάσκοντες, ἕτερόν τι εἶναι τὴν ὑπόστασιν, καὶ ἕτερον τὴν οὐσίαν. καὶ οὐκ ἔστησαν μέχρι τούτου τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ ἐπαναλαμβάνονται τὴν τοιαύτην φωνήν, διὰ τοῦ διπλασιασμοῦ κυροῦντες, καὶ βεβαιοῦντες αὐτήν, καί φασι πάλιν. Πατέρα γὰρ οἴδαμεν τὸν πατέρα, καὶ υἱὸν, τὸν υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὸ ἅγιον πνεῦμα, μίαν οὐσίαν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις. καὶ οὐκ εἶπον τρεῖς οὐσίας, ἤτοι τρεῖς ὑποστάσεις. οὐκ εἶπον τρεῖς φύσεις, καὶ τρία πρόσωπα, ὥσπερ οἱ ἄφρονες λέγουσιν, ἀλλὰ μίαν οὐσίαν, τρεῖς δὲ ὑποστάσεις. ἄλλο λέγοντες εἶναι τὴν οὐσίαν, καὶ ἕτερον τὴν ὑπόστασιν. Ἰδοὺ ἡ κρηπὶς τῆς τῶν πατέρων πίστεως. ἰδοὺ ἡ ῥίζα, καὶ ἀρχὴ, καὶ θεμέλιον τῆς εὐσεβείας. Ἰδοὺ οἱ φωστῆρες, καὶ κήρυκες τῆς ἀληθείας. ἰδοὺ οἱ ἄσειστοι ἀκαταγώνιστοι στῦλοι, καὶ πρόμαχοι. Ἰδοὺ οἱ πνευματοφόροι, καὶ προφητικοὶ, καὶ ἰσάγγελοι ἄνδρες. ἕτερόν τι λέγουσι τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν ὑπόστασιν. καὶ τίς ἐστι λοιπὸν ἐκεῖνος ὁ τὸν τοιοῦτον κανόνα, καὶ ὅρον, καὶ νόμον ἀνατρέψαι δυνάμενος; Ἐγὼ γὰρ πείθομαι, καὶ οὕτω πιστεύω, παρεῖναι ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ συνόδῳ ἄνδρας θεοφόρους προφητικὸν, καὶ ἀποστολικὸν παρὰ θεῷ μέτρον, καὶ πολιτείαν ἔχοντας. καὶ ἐξὸν μετὰ πάσης παῤῥησίας κἀκείνοις λέγειν. ὅτι εἰ καὶ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσεται τὴν ἐκκλησίαν παρ᾽ ὃ εὐαγγελισάμεθα, καὶ ἐκηρύξαμεν αὐτῇ, ἀνάθεμα ἔστω καὶ αὐτὸς, καὶ τὸ κήρυγμα αὐτοῦ.

Λοιπὸν θαρσείτω ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, τριακοσίους δέκα, καὶ ὀκτὼ ἁγίους συνηγόρους, καὶ σύμφρονας ἔχουσα, ἕτερον λέγοντας εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν ὑπόστασιν. πύλαι γὰρ ᾅδου οὐ

κατι-

ſanctæ & beatiſsimæ Synodo meritiſsimas ob blaſphemiam pœnas perſoluant; Aduenìant, inquam, Seueri, Dioſcori, totumque illud decicornis vanitatis conciliabulum; qui idem eſſe affirmant, naturam & hypoſtaſin ſiue perſonam. Ecce Angelicus ſanctorum Patrum chorus aliud eſſe docet naturam ſeu ſubſtantiam, & aliud hypoſtaſin, ſeu perſonam. Non enim dixerunt; Damnamus eos, qui tradunt filium eſſe ex alia hypoſtaſi, hoc eſt, natura ſeu ſubſtantia; Sed ex alia hypoſtaſi, vel natura ſeu ſubſtantia; quo clarè docent, aliud eſſe hypoſtaſin, aliud naturam ſeu ſubſtantiam. Neque his contenti fuerunt; ſed eandem vocem iterant; & repetitione confirmant atq; ſtabiliunt: quia rurſus hunc in modum loquuntur. Patrem ſcimus eſſe Patrem; & Filium, Filium: Et Spiritum ſanctum, Spiritum ſanctum; vnam videlicet naturam ſeu eſſentiam; tres verò hypoſtaſes. Neque dixerunt tres vſias, ſubſtantias, ſiue tres hypoſtaſes, neque dixerunt, tres naturas, & tres perſonas, quemadmodum fatui iſti aſſerunt; ſed vnam vſiam ſeu ſubſtantiam, tres verò hypoſtaſes: aliud eſſe ſtatuentes vſiam ſeu ſubſtantiam, & aliud hypoſtaſin. En baſis fidei ſanctorum Patrum; en radix principium & fundamentum pietatis; en lumina & præcones veritatis, en columina immota & inſuperabiles propugnatores; en viri illi ſpiritu diuino pleni, Prophetiæ dono inſtructi, pareſque Angelis, naturam aliud eſſe dicunt, & aliud hypoſtaſin. Et quis in poſterum tam effrons fuerit, qui hanc regulam & legem violare, & peruertere audeat? Ego enim mihi perſuadeo; itaque firmiter credo in Synodo illa præſentes fuiſſe viros planè diuinos; qui apud Deum Prophetarum & Apoſtolorum ſortem & honorem, viuendique rationem conſecuti ſint, quibus cum omni fiducia fas fuerit exclamare. *Si Angelus de cœlo Eccleſiæ aliud euangelizet, præter id quod nos eidem euangelizauimus & annunciauimus; anathema ſit & ipſe, & Euangelium ſeu prædicatio eius.*

De cætero bono animo ſit Catholica Eccleſia, probè ſciens, quod trecentos decem & octo ſanctiſsimos Patres ſuffragatores & aſtipulatores habet; qui docent aliud eſſe naturam, & aliud hypoſtaſin. Et portæ inferi non præualebunt, neq; vnquam

quam

κατισχύουσιν, οὔτε ἀνατρέψουσι τὸν τοιοῦτον ὅρον, καὶ νόμον. ὥστε ὡς ἐ-
νώπιον θεοῦ ἀπροσωπολήπτως, καὶ ἀπροσωπαθῶς λέγω· ὅτι τοῖς
ὀρθῶς νοοῦσι κατὰ Σευήρου, καὶ Διοσκόρου, καὶ πάντων τῶν λεγόντων
τὴν φύσιν ὑπόστασιν, καὶ πρόσωπον, εὑρίσκεται γινομένη ἡ ἁγία
σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ κατὰ Νεστορίου
τοῦ δυσσεβοῦς. καὶ αὐτὸς γὰρ ὁμοίως τῷ Σευήρῳ πρόσωπον λέγει
τὴν φύσιν. εἰ δὲ ἡ φύσις πρόσωπόν ἐστιν, ἀκαίρως καθεῖλε Σαβέλ-
λιον ἡ ἁγία τῶν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, ἓν πρόσωπον λέγοντα ἐπὶ τῆς
μιᾶς οὐσίας τῆς ἁγίας τριάδος. εἰ ἡ φύσις πρόσωπόν ἐστι, καὶ τὸ
πρόσωπον φύσις, πῶς ἀνεθεματίσθη Ἄρειος τρεῖς φύσεις λέγων
ἐπὶ τῶν τριῶν προσώπων τῆς θεότητος. εἰ ἡ φύσις πρόσωπον δη-
λοῖ, Εὐαγγελίζομαι Σευῆρον, καὶ Θεοδόσιον ἀρὰν μεγάλην, ἥ-
τις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ αὐτῶν τῷ λέγοντι, ἐκ δύο ὑποστάσεων
τὸν χριστόν· εὑρεθήσονται γὰρ πάντως καὶ ἐκ δύο προσώπων λέ-
γοντες αὐτόν· εἴπερ ταυτόν ἐστιν ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον. λοιπὸν
πῶς δυνήσονται ἐγκαλεῖν Νεστορίῳ, τὰ αὐτὰ Νεστορίῳ φρονοῦντες;
εἰ γὰρ ἐκ δύο προσώπων ἐστὶν ὁ χριστὸς, πρόδηλον, ὅτι προϋπέστη
ἐν τῇ μήτρᾳ τὸ τοῦ ἀνθρώπου πρόσωπον. καὶ εἶθ' οὕτως ἡνώθη εἰς αὐ-
τὸ τὸ τῆς θεότητος πρόσωπον τοῦ θεοῦ λόγου. εἰ ἐκ δύο φύσε-
ων προσωπικῶν ὁ χριστὸς, ἰδοὺ τὸ ἓν πρόσωπον θεὸς λόγος προ-
σαγορεύεται.

Λεγέτωσαν ἡμῖν λοιπὸν οἱ ταυτὸν λέγοντες τὴν φύσιν, καὶ τὸ
πρόσωπον. τὴν προσηγορίαν, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἄλλου προσώπου τοῦ
χριστοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ἀνώνυμον πώποτε πρόσωπον. εἰ εἰλικρινῶς, καὶ
ἀπροσπαθῶς ταυτὸν φάσκετε φύσιν, καὶ πρόσωπον. καταξιώθητε
λέγειν ἓν πρόσωπον ἐπὶ τῆς μιᾶς οὐσίας τῆς θεότητος, καὶ τῆς μά-
χης παυσώμεθα. εἰ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεων εἰσὶ καὶ τὰ πρό-
σωπα, εἴπατε τρεῖς φύσεις ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς τριάδος προσώ-
πων. καὶ οὐκ ἔστιν ὑμῖν διοχλίσομεν. λέγοντες ὁμοούσιον τῷ πατρὶ
τὸν χριστὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρω-
πότητα, εἰ ταυτόν ἐστιν ἡ οὐσία, καὶ τὸ πρόσωπον, εἴπατε αὐτὸν ὁμο-

πρόσω-

quam hanc definitionem & legem euertere poterunt. Quocirca absq; vlla personarũ acceptione, aut sinistri affectus præoccupatione in conspectu Dei sanctè affirmo, Synodum Nicænam videri rectè sentientibus cõtra Seuerum, Dioscorum, omnesque, qui naturam & personã confundunt, celebratam esse; neque hoc tantum, sed & cõtra impium Nestorium; nam & ipse, Seueri instar, personam vocat naturam. Si verò natura est persona, immeritò damnauit Nicęna Synodus Sabellium, qui vnam personam in vna natura sanctissimæ Trinitatis statuit. Si natura est persona, & persona natura, quomodo Arius anathemati subiectus est; qui tres naturas in tribus diuinis personis posuit? Si natura significat personam, tum Seuero & Theodosio diras ingentes denuncio, quæ obuenient omnibus eorum sectatoribus, asserentibus Christum ex duabus hypostasibus constare: hinc enim conficietur eundem Christum etiam ex duabus personis constare, si natura & persona vnum idemque significant. Quo igitur ore, poterunt posthac Nestorium reprehendere, quando eadem cum Nestorio sentiunt? Si enim Christus constat ex duabus personis, manifestè sequitur, personam humanam prius in vtero materno extitisse; sicque postea ei vnitam esse diuini Verbi personam. Si Christus ex duabus naturis personalibus, hoc est, quæ simul sint personæ, constat, oportet, vt altera persona sit & vocetur persona Verbi diuini.

Explicẽt igitur nobis illi, qui naturam & personam idem esse dicunt; qua nã appellatione afficienda sit illa altera Christi persona? Neq; enim vnquam contingit, vt persona quæpiã nomine prorsus careat. Si candidè & absque sinistro affectu asseueratis naturas & personam idem esse, agedum vnam personam in vna diuina natura profiteamini; & à pugna desistemus. Si secundum naturarum numerum multiplicantur personæ, dicite tres esse naturas in tribus sanctissimæ Trinitatis personis: nec vobis amplius molesti erimus. Asseritis Christũ secundum diuinitatem esse cõsubstantialem Patri, secundum humanitatem verò consubstantialem nobis. Si substantia seu natura & persona idem sunt, dicite Christum secundum diui-

προσωπον τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοπρόσωπον ἡμῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. καὶ τὸν πόλεμον παύσομεν. εἰ ταυτὸν ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον, πολλὰ δὲ, καὶ ἀναρίθμητα τὰ τῶν ἀνθρώπων πρόσωπα, εἴπαι πολλὰς, καὶ τὰς φύσεις ἡμῶν, καὶ σιγῶμεν τοῦ μάχεσθαι. στῆθι μοι μικρὸν. ὦ αἱρετικὲ, καὶ δέχου ὡς ὁ Γολιὰθ Δαυιτικὰς λιθοβολίστρας. ἐκ δύο ὑποστάσεων, ἤτοι προσώπων ὁμολογῶν τὸν χριστὸν Σευῆρος. πρόδηλον, ὅτι ἐκ θεότητος, καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος αὐτὸν συντεθέντα λέγεις. αὗται γάρ εἰσιν, ἃς προσαγορεύεις ὑποστάσεις, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἡ θεότης, καὶ ἡ ἀνθρωπότης. ὅτ᾽ ἂν οὖν λέγῃς αὐτὸν τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸν χριστὸν, τέλειον εἶναι μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι. πρόδηλον, ὅτι ἐν δύο ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις ἐλέγχῃ ὁμολογῶν αὐτόν. εἴγε ἡ φύσις, καὶ ἡ ὑπόστασις, καὶ τὸ πρόσωπον, ἕν τι ὑπάρχουσιν ὡς νομοθετεῖς.

## Ἀπόφθεγμα ὀρθοδόξου πρὸς Θεοδοσιανόν.

Ἀρκεῖ τοῖς εὐφρονοῦσι τὸ εἰπεῖν, χριστὸν τέλειον ἐκ θεότητος, καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος; τὰς γὰρ δύο φύσεις σημαίνει τὸ ῥῆμα. τοῦ δὲ αἱρετικοῦ εἰπόντος, ὅτι τὸ μᾶλλον ἐκ δύο φύσεων αὐτὸν εἶναι δηλοῖ τὸ ἐκ θεότητος, καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος, μειδιάσας ὁ ὀρθόδοξος εἶπεν. οὐκοῦν, ὦ βέλτιστε, τὸ ἐν θεότητι καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον αὐτὸν εἶναι, τὸ, ἐν δύο φύσεσιν αὐτοῦ σαφῶς παρίστησι. καὶ ὅπως μὴ δόξωμεν τοῖς ἐναντίοις οἴκοθεν φθέγγεσθαι, τοὺς ἁγίους πατέρας εἰς μέσον καλέσωμεν, ἕτερον λέγοντες τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον εἶναι τὸ πρόσωπον. οὐκ οἶδα μέν πως τὴν καθαίρεσιν τὴν παρὰ Σευήρου δειλιάσαντες, οὐκέτι λοιπὸν τὴν τῶν δύο φύσεων φωνὴν προφέρειν τολμήσωσιν. προθήσω δὲ πρῶτον, ὡς πρόκειται, τὸν θεσπέσιον Κύριλλον. ἐπειδὴ, ὡς οἴονται, ἐξ αὐτοῦ ἡμᾶς πολεμεῖν δοκιμάζουσιν. ἔφη γὰρ πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς τοιάδε σαφῶς. τὰς δὲ εὐαγγελικὰς, καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ κυρίου φωνὰς ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐπὶ ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων. Ἰδοὺ σαφῶς ὁ πατὴρ οὐ ταυτὸν λέγει τὴν φύσιν, καὶ τὸ πρόσωπον.

nitatem eſſe eiuſdem perſonæ cum Patre; & ſecundum humanitatem eſſe eiuſdem perſonę nobiſcum;& arma deponemus. Si idem eſt natura & perſona, multæ verò & innumerabiles ſunt hominum perſonæ, dicite pariter multas eſſe hominum naturas,pugnæque finem faciemus. Adeſto pauliſper hæretice; &,tanquam Goliath,Dauidicos ictus recipe.Cùm Seuerus tradat,Chriſtum conſtare ex duabus hypoſtaſibus ſiue perſonis,liquet,quod Chriſtum ex diuinitate,& ex humanitate cõpoſitum affirmes; hæ enim duæ naturæ, nempe diuinitas & humanitas,ſunt,quas nominas hypoſtaſes.Quando igitur dicis,eundem Chriſtum poſt vnionem perfectum eſſe in diuinitate,& perfectũ in humanitate,manifeſtè eum in duabus hypoſtaſibus, ſeu perſonis ſubſiſtere confiteris, ſi natura & hypoſtaſis ſunt vnum & idem,quemadmodum tu arbitraris.

### *Dictum Orthodoxi ad Theodoſianum.*

NVm ſatis eſt rectè ſentiẽtibus,dicere, Chriſtum ex diuinitate & humanitate perfectè conſtare? hac enim locutione duæ naturæ indicantur.Hæretico reſpondente,modum illum loquendi, ex diuinitate & humanitate ſignificare, Chriſtum ex duabus naturis compoſitum eſſe; ſubridens orthodoxus, dixit. Igitur,ô bone,illud; Chriſtum in diuinitate & humanitate perfectum eſſe; ſatis perſpicuè indicat, eum in duabus naturis ſubſiſtere. Et ne videamur aduerſariis domi noſtræ nata proferre,ſanctos Patres aduocabimus, qui aliud naturã, aliud perſonam eſſe aiunt. Non video equidem, quomodo depoſitionem à Seuero metuentes nõ auſuri ſint amplius vocabulum duarum naturarum vſurpare. Producam autem ante omnes diuinum Cyrillum,tanquam præcipuum, quandoquidem videri volunt,gratum ſibi accidere, ſi ex hoc Patre teſtimonia promamus; qui hæc ad Orientales diſertè ſcripſit. *Scimus viros Theologiæ peritos Euangelicarum & Apoſtolicarum de Chriſto vocum alias feciſſe communes,tanquam in vna perſona; alias verò diuiſiſſe,tanquam in duabus naturis.* En perſpicuè pater iſte naturam à perſona ſegregat.

Σχόλιον. Ἰστέον, ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, ὁ ἅγιος Κύριλλος εἶπεν, ἑτέραν, καὶ ἑτέραν φύσιν τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ.

Ἀλλ' ἀπελογήσατο φησὶ πρὸς Εὐλόγιον ὁ Κύριλλος περὶ τῆς τοιαύτης φωνῆς. τίς ἡ ἀπολογία εἰπέ μοι, ὦ αἱρετικέ; Εἰ μὲν γὰρ ἀπέστη τῆς πρὸς ἀνατολικοὺς κοινωνίας μετὰ τὴν τοιαύτην φωνὴν ὁ θαυμάσιος Κύριλλος, δεῖξον· ἀλλ' οὐ δείξεις τοῦτο. οὐκοῦν κοινωνικὸς γεγονὼς τῶν ὁμολογούντων ἡνωμένας δύο φύσεις. πρόδηλον, ὅτι τὰ αὐτὰ, καὶ αὐτὸς ἐφρόνει. πλὴν δεδόσθω, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἀνατολικῶν φωνῆς ἀπελογήσατο. μὴ καὶ Πρόκλον ἠρνήσατο παντί τε, καὶ προφανῶς δύο φύσεις κηρύττοντα; μὴ καὶ Ἀμβρόσιον ἐξεώσατο τῆς φωνῆς τῶν δύο φύσεων διδάσκοντα, οὗ καὶ τὰς χρήσεις ἐν τῇ Ἐφεσίων συνόδῳ προσήνεγκε; μὴ καὶ Ἰσίδωρον τὸν Πηλουσιώτην ἀπώσατο, περὶ δύο φύσεων πρὸς αὐτὸν ἐπιστείλαντα, ὃν καὶ πατέρα αὐτοῦ ἀναγορεύει ὁ ἱερὸς Κύριλλος. Πλὴν οὐ μόνον ἐν τῇ πρὸς Ἀνατολικοὺς ἐπιστολῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν ἐρωτήσαντα. εἰ ἕτερόν ἐστιν ἡ φύσις, καὶ ἄλλο ἡ ὑπόστασις, οὕτως σαφῶς λέγει ὁ πατήρ. Ναὶ ἕτερον, καὶ πολύγε τὸ διάφορον, καὶ τὸ διὰ μέσου χωροῦν.

Ὡσαύτως καὶ ὁ θεόφρων Βασίλειος πρὸς Ἀμφιλόχιον λέγει. ὅτι ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν παρὰ τὴν οὐσίαν ἡ ὑπόστασις, ὅσην ἔχει τὸ ἰδικὸν παρὰ τὸ κοινόν. διόπερ τοῦτο παραλαβὼν ὁ ἱερὸς Ἀμφιλόχιος φησὶ περὶ Χριστοῦ. διττὸς τὴν οὐσίαν. οὐ διττὸς τὴν ὑπόστασιν. ταύτην γοῦν τὴν χρῆσιν Ἀμφιλοχίου παρήγαγεν ὁ θεοφάντωρ Κύριλλος ἐν Ἐφέσῳ κατὰ Νεστορίου τοῦ ἀσεβοῦς. ὁμοίως καὶ πρὸς Σέλευκον τὸν υἱὸν Τραϊνοῦ τῇ αὐτῇ φωνῇ Ἀμφιλόχιος κέχρηται λέγων. εἰ ἓν πρόσωπον συντελοῦσι αἱ διτταὶ φύσεις.

Ἀκούεις συμφωνίας πατέρων, καὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἕτερον λεγόντων τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον τὸ πρόσωπον. καὶ πῶς λοιπὸν οὐ παύεσθε τυτθυρίζοντες μάτην, καὶ λέγοντες, οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος, ἀλλὰ ταυτόν ἐστι φύσις, καὶ πρόσωπον; ἐκ ποίου τῶν πατέρων τοῦτο παρέλαβες, δεῖξον; ἀλλ' οὐκ ἰσχύσεις δεῖξαι, εἰ μὴ Ἀ-

Scholium. Sciendum, ſanctum Cyrillum in epiſtola ad Eulogium dixiſſe aliam & aliam naturam diuinitatis & carnis Chriſti.

Sed obiicit Hæreticus, Cyrillum ob hanc locutionem vſurpatam; ſeſe Apologiâ inſtitutâ ad Eulogium purgaſſe. Quę verò hæc Apologia? cedo ô hæretice. Si enim admirandus Cyrillus ſeſe à communione Orientalium poſt hanc prolatam vocem ſeiunxit; cupio vt id mihi demonſtres. At non poteris. Cum igitur perſeuerauerit in communione cum illis, qui duas in Chriſto naturas cõfitebantur, luce clarius liquet, eum eiuſdem fuiſſe ſententiæ. Sed eſto, inſtituerit Apologiam pro voce ad Orientales vſurpata. Num ideo & Proclum abnegauit; qui cunctis & luce palam duas naturas annunciat? Num & Ambroſium repudiauit; voce duarum naturarum vtentem, cuius etiam teſtimonia in Epheſina Synodo protulit? Num Iſidorum Peluſiotam reiecit, qui ſuper duabus naturis epiſtolam ad illum dedit; quem & patrem ſuum ſanctus Cyrillus nominat? Cæterùm non modò in epiſtola ad Orientales, ſed & in iis, quæ ſcripſit ad Hermiam, percontantem, num aliud ſit natura, & aliud hypoſtaſis, ſic diſertis verbis loquitur ſanctus Pater. *Omnino aliud quiddam eſt; valdeq́ diuerſum, perq́ medium peruadens.*

Similia diuinus Baſilius ad Amphilochium. *Tantum differunt natura & hypoſtaſis, quantum proprium & commune.* Hoc accipiens ſanctus Amphilochius, ſic de Chriſto loquitur. *Duplex erat ſecundum naturam, non ſecundum hypoſtaſin.* Hunc Amphilochij loquendi modum produxit diuinus Cyrillus Epheſi cõtra Neſtorij impietatem. Eadem voce vſus eſt Amphilochius, ſcribens ad Seleucum filium Traini, cùm ait: *Si duæ ſeu geminæ naturæ vnam perſonam conſtituunt.*

Vides conſenſionem ſanctorum Patrum & beati Cyrilli, conſono ore affirmantium, aliud eſſe naturam, aliud perſonã. Et quomodo tandem à vanis veſtris querimoniis næniiſque non deſiſtetis; illud veſtrum identidem ingerentes: nullam naturam eſſe abſque perſona: naturam & perſonam idem eſſe? oſtende ex quo Patre hoc didiceris? At non poteris vllum

ρειον, καὶ Σαβέλλιον, καὶ Νεστόριον λέγοντας, ταυτόν ἐστι φύσις καὶ πρόσωπον. διόπερ ἀνατρέποντες τὸ τοιοῦτον δόγμα πάντες οἱ μακάριοι πατέρες, καὶ μάλιστα οἱ περὶ Ἀμβρόσιον, καὶ Γρηγόριον, καὶ Ἀθανάσιον, ἐν τρισὶ προσώποις, ἤγουν ὑποστάσεσι, μίαν φύσιν θεοῦ κηρύττουσι, καὶ οὐ τρεῖς οὐσίας, ἀλλὰ μίαν, καθ' ἃ ἐδίδαξεν ἡ μακαρία σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη. πατέρων τῶν θεοφόρων. Ἀλλ' οἱ σοφοὶ οὗτοι, καὶ καινοὶ ῥήτορες ᾑρετίσαντο μυρίοις κρημνοῖς, καὶ βλασφημίαις ἑαυτοὺς καταρρίψαι. ὅπως ὡς νομίζουσι, καθυβρίσωσι τὴν ἁγίαν σύνοδον Χαλκηδόνος, καὶ τὴν καθολικὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαν.

Εἰ δὲ βούλει, ἐρῶ σοι κεφαλαιωδεστέρως, ὅσοι κατὰ τὸν ὅρον τῆς ἑλληνικῆς φιλοσοφίας Ἀριστοτελικῆς λέγουσι τὰς φύσεις ὑποστάσεις, καὶ πρόσωπα, οὐ δύνανται, οὔτε ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τρεῖς ὑποστάσεις εἰπεῖν, ἵνα μὴ καὶ τρεῖς φύσεις εὑρεθῶσιν, ὡς ὁ Ἄρειος, λέγοντες. οὔτε μὴν πάλιν δυνατὸν αὐτοῖς δύο ὁμολογεῖν ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ φύσεις, ἵνα μὴ ἀναγκασθῶσι καὶ δύο πρόσωπα, καὶ ὑποστάσεις ὁμολογεῖν Νεστοριανῶς ἐπ' αὐτοῦ. Ἀπὸ γὰρ Ἀριστοτέλους παρέλαβε, καὶ ὁ Νεστόριος λέγειν τὰς φύσεις, ὑποστάσεις· ἡ δὲ ἁγία ἐκκλησία ἀποφυγοῦσα τὰς Ἀριστοτελικὰς, καὶ ἑλληνικὰς ματαιολογίας, εὐαγγελικῶς, καὶ Ἀποστολικῶς, ὡς πρὸ βραχέως εἴρηται, τὰ περὶ Χριστοῦ πιστεύουσα. οὐ λέγει ταυτὸν τὴν φύσιν, καὶ τὴν ὑπόστασιν.

Ἀλλὰ τί πρὸς τοῦτο πάντως οἱ ἀπὸ Σευήρου λέξουσιν; ἴσως γὰρ ἐροῦσιν ὅτι περ ἐπὶ τοῦ τριαδικοῦ λόγου οὐ ταυτὸν φύσις, καὶ ὑπόστασις. ἐπὶ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος, ταυτὸν ἡ φύσις ἐστι, καὶ τὸ πρόσωπον, ἤγουν ἡ ὑπόστασις. οὐκ ἔνι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος. Ταῦτα αὐτῶν λεγόντων, δεχόμεθα προθύμως τὸν λόγον, καὶ ἀσπαζόμεθα ὑπτίαις χερσὶ τὸν τοιοῦτον ὅρον. οὐκ ἀποῤῥίπτω, ἀλλὰ συγχωρῶ. τί οὖν ἐντεῦθεν αὐτοῖς ἀσεβὲς τίκτεται; καὶ εἰς ποῖα βάραθρα ἀπωλείας, καὶ βλασφημίας περιπίπτουσιν; ἄκουσον ὁ πιστὸς διηγήσεως τινὸς, καὶ δραματουργίας παρ' ἡμῶν πρὸς τὰ τοιαῦτα γινομένης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῖς Θεοδοσιανοῖς, καὶ Γαϊανίταις

διαχυ-

proferre, nisi Arium, Sabellium, & Nestorium, qui dicunt, naturam & personam idem esse. Quapropter omnes sancti Patres, præcipuè Ambrosius, Gregorius & Athanasius, hoc impium dogma refutantes, prædicant in tribus diuinis personis vnam diuinam naturam, & non tres naturas; sed vnam, sicuti docuit sancta Synodus Nicæna, CCCXVIII. sanctissimorum Patrum, sed sapientes isti nouique Rhetores in infinita præcipitia, & blasphemias esse coniicere non dubitarunt, dummodo sanctam Chalcedonensem Synodum, & Catholicam Christi Ecclesiam contumeliis, vt ipsi arbitrantur, afficerent.

Quod si placet, in pauciora rem contrahamus. Quicunque ex præscripto Græcanicæ Philosophiæ cum * Aristotele tradunt naturas esse hypostases seu personas, illi nequeunt tres hypostases in sancta Trinitate profiteri, ne & tres naturas cum Ario asserant; neque rursus possunt duas in Christo naturas affirmare, ne & cum Nestorio cogantur in Christo duas personas, siue hypostases admittere. nam vt assereret naturam & hypostasin vnum & idem esse; id nimirum Nestorius ex * Aristotelis disciplina hausit. At sancta Ecclesia fugiens Aristotelicas & Græcanicas vaniloquentias, Euangelicè & Apostolicè, vt paulò antè dictum, ea quæ ad Christum spectant credens atque tractans, nequaquam idem dicit esse * *naturam* & hypostasin.

** Aristoteles rectè intellectus pro orthodoxis est, non pro acephalis.*

**Sed perperam intellectis.*

** Nec Aristoteles hoc dicit.*

Quid verò contra hæc Seueriani hiscent? Fortè dicent, *in Trinitate non esse idem naturam & hypostasin; in mysterio autem Incarnationis Christi, qui vnus est de Trinitate, vnum & idem esse naturam & personam seu hypostasin.* Non enim reperiri náturam personæ expertem. Hæc eorum dicta promptissimè, imò obuiis vlnis acceptamus, neq; vllo modò abiicimus, sed cupidè amplectimur. Quid igitur hinc impietatis enascatur, & in quod perditionis & blasphemiæ barathrum sese præcipitent, iam docebo te, quisquis ex fidelium numero es, Audi igitur narrationem, & specta quasi drama, quod nobis Alexandriæ exhibitum est, Theodosianis & Gaianitis naturam & personam

διαχωριζομένοις ἡμῖν ἐκεῖσε, ὅτι ταυτόν ἐστιν ἡ φύσις, καὶ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ. προσθήσω γὰρ λοιπὸν καὶ τοῦτο μετὰ τοῦτο προσείδησιν τῶν προϊσταμένων τῆς εὐσεβοῦς πίστεως τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

### Ὁ σκοπὸς, ὃν ἐδογματίσαμεν πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Χρήσεις τινὲς ἐμφέρονται ἔν τισι βίβλοις λέγουσαι τὰς φύσεις, ὑποστάσεις, ἐπιγεγραμμέναι εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. εἴτε οὖν κατὰ ἀλήθειαν αὐτοῦ τυγχάνουσιν, εἴτε ἑτέρου τινὸς, μετὰ ταῦτα ζητήσομεν. καὶ γὰρ καὶ ἑτέρας τινὰς δογματικὰς φωνὰς τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου ζητήσαντες, ἐν ταῖς βίβλοις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ νενοθευμένας, καὶ διεστραμμένας αὐτὰς εὑρήκαμεν, μάρτυς κύριος ὁ θεός. Ὅμως, ὡς προεῖπον, πάντων τῶν διδασκάλων, ἕτερόν τι λεγόντων εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν ὑπόστασιν, φέρονταί τινες βίβλοι τοῦ ἁγίου Κυρίλλου λέγουσαι τὰς φύσεις ὑποστάσεις. Οἱ γοῦν ἀπὸ Σευήρου, καὶ Θεοδοσίου, Γαϊανοῦ τε, καὶ Διοσκόρου, καὶ πάντων τῶν μίαν Χριστοῦ φύσιν ὁμολογούντων παρορῶντες, ὅλον τὸ πλῆθος, καὶ πλάτος τῶν ἁγίων πατέρων ἐν ἐκείναις ταῖς χρήσεσιν ἀποκρέμανται ταῖς λεγούσαις, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, τὰς φύσεις, ὑποστάσεις, ὅπως δι' αὐτῶν, ὡς νομίζουσιν, ἐλέγχωσιν ἡμᾶς, τοὺς δύο ἐν Χριστῷ λέγοντες ἡνωμένας φύσεις, ὡς καὶ δύο ὑποστάσεις ἐν αὐτῷ λέγοντας, ἤτοι πρόσωπα.

Γενόμενος οὖν, ὡς προεῖπον, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἰδὼν τὸν μάταιον αὐτῶν σκοπὸν, ὅτι οὐδὲν κατὰ θεὸν, ἀλλὰ πρὸς ἀντιπάθειαν τῆς ἐκκλησίας ὁρῶ, ἀκούσας προφήτου τινὸς λέγοντος τὸ, μετὰ στρεβλοῦ διαστρέφειν, ἐν ὑποκρίσει τινὸς εὐσεβοῦς πανουργίας, κατ' ἰδίαν λέγω πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς, ὡς ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ, τῶν οὐκ ἐνδεχομένων ἐστιν, οὔτε ἐν οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ γῆς γνωρισθῆναι, ἢ πάλιν ὀνομασθῆναι.

nam idem esse in Incarnatione Christi contendentibus. Nam & hoc adiungam postea instruendis iis, qui præsunt fidei, quæ in sancta & Catholica Dei Ecclesia viget.

## CAPVT DECIMVM.

### *Quo fine disputatio instituta sit cum hæreticis Alexandriæ.*

CIRCVMFERVNTVR dicta nõnulla in quibusdam libris, quæ *naturas* appellant hypostases, nomen S. Cyrilli præferentia. Cæterùm vtrum verè illius sint, an alterius cuiuspiam, postea disquiremus. Etenim alia itidem quædam eiusdem Cyrilli dicta ad doctrinam spectantia, cum in exemplaribus Alexandriæ quæreremus, deprauata & corrupta reperimus. Cuius rei Deus testis est. Nihilominus, vt dicebam, cùm omnes doctores asserant, aliud esse naturam, aliud hypostasin, circumferuntur libelli S. Cyrilli nomine, qui tradunt, naturas esse hypostases. Seueriani igitur, Theodosiani, Gaianitæ, Dioscoriani, & vniuersa illa caterua vnam in Christo naturam statuentium, nihili pendẽtes vniuersum illum sanctorum Patrũ cœtum, ab illis duntaxat sententiis pendent, quæ quasi ex Cyrilli persona affirmant, naturas esse hypostases, vt illarum vi, nos, vt arbitrãtur, redarguãt, qui duas in Christo vnitas naturas statuimus, quasi duas itidem hypostases siue personas in illo confiteamur.

Cùm igitur venissem Alexandriã, vidissemq; vanitatem, quam sibi propositã habent; Deo penitus aduersam, & ad solam Ecclesiæ oppugnationẽ & euersionem tendentẽ, memor Prophetæ cuiusdã, qui monet, vt *cum obliquo & peruerso peruertamur* (*hoc est, vt vulgo dicitur, vt cum *vulpe vulpinemur*, & cum *Crete Cretizemus*) simulatione sanctæ cuiusdam piæq; versutiæ, priuatim, hunc in modum, veritate teste, hæreticos allocutus sum. Fieri non potest, neque in cœlo, neq; in terra, vt sit & nominetur natura personæ expers. Sed quid agas, si in Ecclesiam mos duas in Christo naturas, & vnam personam nominandi irrepsit?

*Alludit ad illud Psal. 17. cũ sancto sanctus eris, & cũ peruerso peruerteris.*

** Hæc explicationis gratia inseruimus.*

θεῖναι φύσιν. ἐὰν μὴ πάντως ἔχῃ καὶ πρόσωπον· ἀλλὰ τί ἔχωμεν ποιῆσαι, ὅτι συνήθεια παρέδραμε τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ λέγειν, δύο φύσεις ἐν χριστῷ, ἓν δὲ πρόσωπον; πλὴν ἐὰν μὴ ἀναγκάζετέ με ἀναθεματίσαι ἐπίσκοπον, ἢ σύνοδον, συνυπογράφωμεν κοινῶς. ὁρίζοντες, ὅτι, ἔνθα ὀνομάσθη φύσις, πάντως ὅτι καὶ πρόσωπον σημαίνει. οὐκ ἔστι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος. καὶ τούτου ὑπογραφόντων ἡμῶν, κρατεῖ τε καὶ ἡμεῖς τὸ ἴσον τοῦ συνδοκήκου στοιχήματος, καὶ ἴσως γίνεταί τις οἰκονομία, καὶ ἑνοῦνται αἱ ἅγιαι ἐκκλησίαι. ἀγνοήσαντες οὖν τὸ πανοῦργον τοῦ δράματος, μᾶλλον δὲ ὑπὸ θεοῦ τυφλωθέντες, ὑπέγραψαν, ὅτι ἔνθα ὀνομάσθη φύσις ἐν χριστῷ, πάντως ὅτι καὶ πρόσωπον σημαίνει. οὐκ ἔνι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος, ἢ ἀνυπόστατος. μετὰ γοῦν τῆς τοιαύτης δραματουργίας καὶ ὑπογραφῆς, ἡμεῖς προσυλλέξας βίβλους ἐκ διαφόρων προσώπων. τὰς δὲ πλείους ἐξ αὐτῶν τῶν Θεοδοσιανῶν. καὶ παρεξενέγκας τὰς χρήσεις τῶν ἁγίων πατέρων, τὰς ὀνομαζούσας φύσιν τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ. καὶ ταύτας ἐν τόμῳ καθαρογραφήσας, καὶ δὴ μετὰ μίαν ἡμέραν δημοσίως ἐπὶ τῶν πρωτευόντων, καὶ τὴν πόλιν διοικούντων συνηθροίσθημεν, καὶ πολὺς λαὸς τῆς τε καθολικῆς ἐκκλησίας, ὁ κλῆρος, καὶ πάσης ἑτέρας πίστεως, καὶ κοινωνίας, Θεοδοσιανῶν τε, καὶ Γαϊανιτῶν, καὶ σημιδαλιτῶν. εἶτα ὑπαναγινώσκεται τὸ ἔγγραφον τὸ λέγον· ὅτι πᾶσα φύσις ὀνομαζομένη ἐν χριστῷ, πρόσωπον σημαίνει· καὶ ἐξενέγκας τὰς βίβλους αὐτῶν ὑπανέγνων ἐπὶ πάντων τὰς ὑποτεταγμένας χρήσεις· καὶ πρό γε πάντων τὰς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, εἰς ὃν μάλιστα καὶ ἀποκρέμασθαι νομίζουσι.

### Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου Πάπα Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς γραφείσης.

Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς, καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ κυρίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐπὶ ἑνὸς προσώπου. τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· λέγω εὐθέως πρὸς αὐτούς. ὡς ἐπὶ δύο φύσεων τοῦτ' ἔστι, δύο προσώπων. οὐκ ἔνι γὰρ φύσις μὴ σημαίνουσα πρόσωπον, καθὼς ὑπεγράψαμεν.

Τοῦ

irrepsit? Verùm si me non cogatis, vt alicui Episcopo aut Synodo anathema dicam: communi consensu, manusq; nostræ subscriptione confiteamur, necessarium esse, vt vbicunq; nominatur natura, ibi sit & persona, neque enim vllam naturam absq; persona reperiri: factaque hac subscriptione: accipite vos exemplar pacti conuenti; accipiemus & nos alterum; Et hac fortassis ratione concorditer inter se coalescent Ecclesiæ. Cùm artificium hoc, piamq; fraudē isti non intelligerent, peculiari fortè numinis nutu excœcati, manus suæ subscriptione testati sunt; cum in Christo nominatur natura, omni quoque modo nominari personam: non enim vllam naturā personæ aut hypostaseos expertem dari. Ante tamen quàm hanc machinam excogitarem & instruerem, à diuersis, potissimū verò ab ipsis Theodosianis, libros collegeram, & inde sanctorum Patrum sententias, quibus carnem Christi naturam appellant, excerpseram, inque libro pulchrè & mundè descripseram. Postridie magno procerum, eorumque qui vrbi præerant, accursu, conuenimus; non sine grandi Catholicæ Ecclesiæ multitudine, & Clero, variarumq; sectarum assectis, Theodosianis, Gaianitis, & Semidalitis. Deinceps lectum est chirographum, in quo continebatur; omnem naturā quæ in Christo nominatur, significare personam. Productisque eorum libris legi coram omnibus subiectas sententias; & primò omnium S. Cyrilli, cuius auctoritate potissimùm se niti arbitrantur.

### *B. Cyrilli Papæ Alexandrini ex epistola ad Orientales.*

*Has Cyrilli & aliorum Patrū sententias ferè etiam alij, qui cōtra Seuerianos scripsêre, proferunt: Vt Leontius Byzantinus, Damascenus, Gelasius, Vigilius, &c.*

*EVangelicas & Apostolicas de Domino voces, viri Theologiæ gnari partim communes faciunt, tanquam in vna persona; partim verò diuidunt, tanquam in duabus naturis.* Et ego ad aduersarios conuersus, tanquam in duabus naturis, hoc est, tanquam in duabus personis, inquio; non est enim vlla natura, quæ non significet personam, prout propriæ manus subscriptione confessi sumus.

Τοῦ αὐτοῦ θεοσόφου Κυρίλλου ἐκ τῆς πρὸς Σούκκενσον ἐπιστολῆς.

Οὐκοῦν ὅσον μὲν ἧκεν εἰς ἔννοιαν, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ μόνον ὁρᾶσθαι τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς τίνα τρόπον ἐνηνθρώπησεν ὁ Ἐμμανουήλ, δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν, ἤγουν, δύο τὰ πρόσωπα Χριστοῦ· οὐκέτι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος. ἀλλ' ἔνθα ὀνομάσθη φύσις ἐκ παντὸς τρόπου, ὅτι τὸ πρόσωπον σημαίνει. αὕτη ἡ χρῆσις διεστραμμένων κεῖται ἐν πάσαις ταῖς βίβλοις Ἀλεξανδρείας.

Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου θεόφρονος Κυρίλλου πρὸς τὸν αὐτὸν Σούκκενσον.

Ὀρθότατα δὲ, καὶ πάνυ συνετῶς ἡ σὴ τελειότης τὸν περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐκτίθεται λόγον· οὐκ αὐτὸν τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον, καθ' ὃ νοεῖται, καὶ ἔστι θεὸς παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν τὰ σώματος διισχυριζομένην. παθεῖν δὲ μᾶλλον τῇ χοϊκῇ φύσει, τουτ' ἔστι τῷ χοϊκῷ αὐτοῦ προσώπῳ. οὐκ ἔστι γὰρ φύσις, μὴ δηλοῦσα πρόσωπον.

Τοῦ αὐτοῦ ὁσίου πατρὸς Κυρίλλου.

Ἐγὼ τὸ συγκεκραμένον ἐπὶ Χριστοῦ, οὐ παραδέχομαι. ἡ γὰρ κρᾶσις ἀφανισμὸν τῶν φύσεων ἐργάζεται, ἤγουν τῶν προσώπων Χριστοῦ. οὐκέτι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος.

Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Κυρίλλου.

Οὐ γὰρ δή που ὥσπερ τινὰ ἀνάχυσιν γεγενῆσθαι τὰς φύσεις φαμέν. ἰδοὺ πάλιν φύσεις ὁ πατὴρ λέγει, τουτ' ἔστι πρόσωπα, ἐν Χριστῷ, κατὰ τὸν ὅρον, ὃν ὑπεγράψατε.

Τοῦ αὐτοῦ ἀοιδίμου Κυρίλλου ἐκ τῶν Σχολίων.

Ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν, αἱ ὑποστάσεις, τουτ' ἔστι, τὰ πρόσωπα Χριστοῦ ταύτην τὴν χρῆσιν παραγαγὼν, ἠρώτησα Ἀθανάσιον ἐν Βαβυλῶνι λέγων· ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις τίνος; λέγει πρός με. αἱ τοῦ Χριστοῦ. πρὸς ὃν ἐγὼ γελάσας μέγα, καὶ κροτήσας τῇ χειρὶ λέγω. καὶ τί λοιπὸν ἐγκαλεῖτε τῇ συνόδῳ Χαλκηδόνος λεγούσῃ, δύο φύσεις ἡνωμένας ἐν τῷ Χριστῷ. δύο ὑμεῖς ὑποστάσεις λέγοντες ἐν αὐτῷ ὡς Νεστόριος.

Τοῦ

### *Eiuſdem diuini Cyrilli, ex epiſtola ad Succeſſum.*

I*Gitur ex iis, quæ ſub intelligentiam ſoloſq́ mentis oculos cadunt; quæ Emmanuel homo factus aliquo modo aſſumpſit, & per Incarnationem vniuit, aſſerimus eſſe duas naturas,* hoc eſt, perſonas Chriſti, non enim eſt vlla natura expers perſonæ, ſed vbicunque natura inuenitur, ibi & perſonam inueniri neceſſe eſt. S. Cyrilli ſententia corrupta, & deprauata eſt in omnibus exemplaribus Alexandrinis.

*De hoc Cyrilli loco vide Damaſc. lib. de cõpoſita natura fol. 484. Edit. Billiana.*

### *Eiuſdem S. Cyrilli ad eundem Succeſſum.*

R*Ectiſſimè & admodum peritè explicas doctrinam de ſalutifera paſſione; nimirum, non ipſum vnigenitum Dei verbum, quatenus Deus eſt, ſecundum diuinam naturam paſſum eſſe ea, quæ propria ſunt corporis; ſed potius ſecundum naturam terreſtrem;* (hoc eſt, perſonam ſuam terreſtrem) Neque enim eſt natura quæ non indicet perſonam.

### *Eiuſdem S. Patris Cyrilli.*

E*Go commixtum in Chriſto non admitto: nam commixtio efficit interitum naturarum;* ſiue perſonarum *Chriſti*; non enim eſt vlla natura abſque perſona.

### *Eiuſdem B. Cyrilli.*

N*Eque enim naturas confuſas eſſe docemus.* Ecce iterum interpretatur ſanctus hic Pater naturas eſſe perſonas; ad eum modum, cui manu veſtra ſubſcripſiſtis.

### *Eiuſdem celeberrimi Cyrilli ex Scholiis.*

I*Nconfuſæ manſerunt naturæ,* hoc eſt, hypoſtaſes, hoc eſt, perſonæ Chriſti. Hanc ſententiam cum produxiſſem, ſciſcitatus ſum ex Athanaſio * Babylonio; Ec cuiuſnam naturas ſiue perſonas dixerit manſiſſe inconfuſas: Et ille ad me: Chriſti. Cui ego non ſine magno riſu, manuumq; comploſione: Cur igitur reprehenditis Chalcedonenſem Synodum, docentem, eſſe in Chriſto duas naturas vnitas, cùm vos cum Neſtorio duas in illo hypoſtaſes ſtatuatis?

** Vocat Athanaſium iſtum Babyloniũ ſeu* ἐν βαϐυλῶνι, cõnfuſaneũ, *ſeu, in cõfuſione; quia confundebat duas in Chriſto naturas.*

Τοῦ αὐτοῦ πανσόφου Κυρίλλου.

Διάφοροι μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τὴν ἀληθινὴν συνενηνεγμέναι φύσεις. εἷς δὲ ἐξ ἀμφοῖν χριστός· πάλιν φύσεις διαφόρους ὠνόμασεν ὁ διδάσκαλος· δῆλον, ὅτι πρόσωπα ἐν χριστῷ, διάφορα ἐσήμαινεν, ὡς ὑμῖν δοκεῖ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Βασιλίδας.

Οὐ διαιρετέον οὖν τὸν ἕνα χριστὸν, κύριον, Ἰησοῦν, εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς, καὶ εἰς θεὸν ἰδικῶς. ἀλλ᾽ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν χριστὸν Ἰησοῦν εἶναι φαμὲν, τὴν τῶν φύσεων εἰδότες διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηροῦντες αὐτάς.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κατὰ Νεστορίου.

Οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένων διὰ τὴν ἕνωσιν. Ἰδοὺ διὰ πλάτους ὁ πατὴρ φύσεις ὁμολογεῖ ἐν χριστῷ, τοῦτ᾽ ἔστι πρόσωπα, ὡς ὑμεῖς φατέ. οὐκ ἔστι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος. οὐ μόνος δὲ ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἀλλὰ δὴ καὶ πάντες οἱ λοιποὶ πατέρες, οἱ λέγοντες ἐν χριστῷ θεῷ ἡμῶν διαφόρους φύσεις, ἐλέγχονται τὰ Νεστορίου φρονοῦντες κατὰ τὴν καινὴν νομοθεσίαν ὑμῶν, τὴν λέγουσαν, ὅτι ἔνθα φύσεις ὀνομάζονται, ἐκεῖ πάντως καὶ πρόσωπα σημαίνονται. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος.

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου.

Φυλάξωμεν τὴν διαφορὰν θεότητος, καὶ σαρκός. εἷς γὰρ ἐν ἑκατέρᾳ λαλεῖ χριστός. ἐπειδὴ ἑκατέρα φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἑκάτερον, καὶ διάφορον πρόσωπον. ἔνθα γὰρ ὀνομάζεται φύσις, πρόσωπον δηλοῖ. καὶ τί λοιπὸν, εἰπέ μοι, ταύτην τὴν χρῆσιν παρήγαγεν ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς συνόδῳ, εἴπερ αἱ διάφοροι φύσεις, διάφορα πρόσωπα δηλοῦσιν. καὶ μετὰ βραχέα ἐν τῇ αὐτῇ χρήσει φησὶν ὁ Ἀμβρόσιος. Ὡς θεὸς, λαλεῖ τὰ θεῖα χριστός· ἐπειδὴ λόγος ἐστὶν, ὡς ἄνθρωπος, λαλεῖ τὰ ἀνθρώπινα. ἐπειδὴ ἐν τῇ ἐμῇ οὐσίᾳ λαλεῖ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐν τῷ ἐμῷ τῆς σαρκὸς προσώπῳ· εἴ τε ἡ φύσις πρόσωπον σημαίνει.

### *Eiusdem sapientissimi Cyrilli.*

*DIuersæ quidem naturæ ad vnitatem veram assumptæ sunt; ex ambabus verò vnus Christus exstitit.* Rursus diuersas naturas nominauit Doctor; liquet igitur eum duas in Christo personas significasse, vt vobis videtur.

### *Eiusdem ex libro ad Reginas.*

*NOn est diuidendus vnus Dominus noster Iesus Christus seorsim in hominem; & seorsim in Deum; sed illum vnum eundemq; Iesum Christum profitemur; probè perspectâ naturarum differentiâ; quas & inuicem inconfusas permanere docemus.*

### *Eiusdem contra Nestorium.*

*NOn quasi naturarum differentia per vnionem abolita sit.* En rotundè ac palam profitetur sanctus Pater naturas in Christo; hoc est, personas, vt vos existimatis: nulla enim natura est personæ expers. Neque tantùm sanctus Cyrillus, sed & reliqui Patres, qui duas in Christo naturas confitentur, Nestorianismi accusantur, secundum nouam hanc vestram consuetudinem, quæ dicit, vbi naturæ nominantur, ibi omnino etiam personas significari; neq; enim vllam naturam carere persona.

### *S. Ambrosij.*

*SEruemus differentiam diuinitatis & carnis. Vnus enim idemq; in vtraque loquitur Christus, cum vtraq; natura sit in ipso:* hoc est, vtraque & diuersa persona. Nam vbicunque natura nominatur; personam significat. Et cur cedo, hoc ipsum S. Ambrosij testimonium protulit S. Cyrillus in Ephesina Synodo aduersus impium Nestorium, si diuersæ naturę significant diuersas personas? Et post pauca in eadem sententia dicit Ambrosius. *Tanquam Deus loquitur diuina Christus. Et cum verbum sit, loquitur vt homo humana, quandoquidem in mea substantia seu natura loquitur;* hoc est, in mea carnis persona, si, vt vultis, natura personam significat.

Τοῦ ἡδυτάτου φωστῆρος Γρηγορίου Ἐπισκόπου νύσσης ἐκ τῶν κατ' Εὐνομίου.

Ποία φύσις χριστοῦ ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται; καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται;

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Πῶς οὖν μία αἱ δύο φύσεις εἰσί, τοῦτ' ἔστι, τὰ δύο πρόσωπα. οὐκέτι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος.

Τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου Νύσσης.

Ὁ τοίνυν χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσεις, καὶ ἐν αὐταῖς τέλειος γνωριζόμενος. Ἰδοὺ πάλιν δυάδα προσώπων διὰ τῶν δύο φύσεων λέγει.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ, εἰς τὸ, μακάριοι οἱ πεινῶντες, καὶ διψῶντες.

Τεσσαράκοντα γὰρ ἡμέρας ἄποσιτος ὁ χριστὸς διαμείνας, ὕστερον ἐπείνασεν. ἐδίδου γὰρ τῇ φύσει καιρόν τινα, ὅτε ἠβούλετο ἐνεργῆσαι τὰ ἑαυτῆς. φύσιν δὲ ὀνομάζων τὸ σῶμα καὶ νοῦν, πρόσωπον σημαίναι. καθὰ πάλιν καὶ ὁ ΘΕΟΛΟΓΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ δυάδα προσώπων κατὰ τὸν ὑμέτερον ὅρον φαίνεται λέγων ἐν τῷ χριστῷ, ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν οὕτως. Φύσεις μὲν γὰρ δύο, θεὸς, καὶ ἄνθρωπος. ὁμοίως καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα ὁ Χρυσόστομος ἐν τῷ λόγῳ, τῷ εἰς τὴν ἀνάληψιν φησίν. Πρὸς ποίαν φύσιν εἶπεν ὁ θεὸς, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; πρὸς ἐκείνην, τὴν ἀκούσασαν. γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῷ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον. θεὸν λέγει τὸν χριστὸν ἐν ἀνθρωπίνῃ κρυπτόμενον φύσει. εἰπὼν οὖν ὁ πατὴρ φύσιν τὸ τοῦ χριστοῦ σῶμα, ἐν ταῖς δύο χρήσεσι, πάντως, ὅτι καὶ πρόσωπον αὐτὸ εἶπεν. εἴγε οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος.

Ὁμοίως καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῷ λόγῳ, τῷ εἰς τὴν θεοτόκον λέγει περὶ χριστοῦ. Ὅτι ἐκεῖνος ἀφθάρτως ἐγεννήθη. ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἀκωλύτως εἰσελθὼν, οὐ τὴν συζυγίαν

### *Gregorij Nyſſeni contra Eunomium.*

QVæ Chriſti natura tempore paßionis alapis cæditur? Et quæ ab æterno glorificatur?

### *Eiuſdem ex eodem opere.*

QVomodo igitur duæ naturæ vna ſunt? hoc eſt, duæ perſonæ. Neque enim eſt natura, quæ perſona careat.

### *Eiuſdem Gregorij Nyſſeni.*

CHriſtus igitur ex duabus naturis conſtans, & in iiſdem perfectè ſubſiſtens. Ecce rurſus duas perſonas nomine duarum *naturarum* intelligit.

### *Eiuſdem ex oratione in illud: Beati qui eſuriunt & ſitiunt, &c.*

CVm Chriſtus quadraginta dies ieiunaſſet, poſtea eſuriit. Tribuit enim naturæ tempus agendi ea, quæ ſibi erant conſentanea. Vbi cùm corpus naturam nominat, rurſum perſonam indicat. Sicut & GREGORIVS THEOLOGVS duas in Chriſto perſonas, ex veſtro decreto, conſtituit; quando hunc in modum ſcribit. *Duabus naturis conſtat Deus & homo.* Sic & Chryſoſtomus, *corpus & animam* nominat, oratione in *Aſcenſionem. Ad quam naturam dixit Deus? Sede à dextris meis. Ad illam, quæ audiit: Terra es, & in terram reuerteris.* Idem libro primo in Matthæum nominat Chriſtum, *Deum in humana natura abſconditum.* Cùm igitur ſanctus hic Pater duabus in ſententiis Chriſti corpus appellauerit *naturam*; omnino idem perſonam quoque nominauit, quandoquidem nulla natura eſt perſonæ expers.

Pari modo Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus oratione in Deiparam dicit de Chriſto; *illum incorruptè natum eſſe; qui per clauſas fores ingreſſus ſit; in quo naturarum coniun-*

τῶν φύσεων ὁ Θωμᾶς ἑωρακὼς ἐκέκραγε λέγων· ὁ κύριός μου,
καὶ ὁ θεός μου. ἰδοὺ συζυγία φύσεων, τοῦτ᾽ ἔστι τῶν προσώπων. ἐ-
πειδὴ οὐκ ἔνι φύσις ἀπρόσωπος. καὶ ὁ θεοφόρος Ἐφραίμ, εἰς
τὸν λόγον τοῦ μαργαρίτου λέγει. Ὅτι τῶν δύο φύσεων μετέχει ὁ μαρ-
γαρίτης ὁ ἀτίμητος, τοῦτ᾽ ἔστιν ὁ χριστός. καὶ πάλιν λέγει. διπλῆν
ἔχει τὴν φύσιν, ἵνα μὴ τὰς δύο ἀπολέσῃ· οὔτε γὰρ ἡμίθεος κα-
τῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς· οὔτε ἡμιάνθρωπος ἀνῆλθεν ἐν οὐρανοῖς. ἰδοὺ
φύσεις, ἤτοι πρόσωπα, καὶ ὁ δίκαιος εἴρηκεν Ἐφραίμ, κατὰ τὴν
ἡμετέραν ὑπογραφήν. ὁμοίως καὶ ὁ μακάριος Ἀμφιλόχιος φη-
σὶ περὶ χριστοῦ ἐν τῷ λόγῳ τῷ πρὸς Σέλευκον ἔγγονον Τραϊανοῦ. Ἐ-
πειδὴ εἰς ἓν πρόσωπον συντρέχουσιν αἱ δύο φύσεις, καὶ ὁ τῶν πη-
λουσιωτῶν δὲ κατακοσμήσας Ἰσίδωρος ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει δι-
δάσκων ὡς πατὴρ υἱὸν τὸν πάνσοφον Κύριλλον καὶ λέγων. Πάσῃ
φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν, μή που μίαν φύσιν μετὰ τὴν σάρκω-
σιν τοῦ χριστοῦ δέξῃ· ἡ γὰρ εἰς μίαν συγκατάθεσις, ἑκατέρας ἐστὶν ἄρ-
νησις. καὶ μάλιστα ἔχων περὶ τούτου πλείστας ἀποδείξεις, τοῦ ἁγίου
πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου ἀνδρὸς ὑπερφυῶς τὰ θεῖα ἐμβατεύ-
σαντος. Ἰδοὺ, καὶ Ἀμφιλόχιος, καὶ Ἰσίδωρος, δύο εἰρηκότες
φύσεις, δύο, ὡς ὑμῖν δοκεῖ, ἐδήλωσαν πρόσωπα ἐν χριστῷ. καὶ
ὅπως πλατύτερον τὴν Ἀμφιλοχίου πρὸς Σέλευκον εἴπωμεν χρῆσιν,
οὕτως ἔχει περὶ χριστοῦ. ἡ ληφθεῖσα πάσχει φύσις. ἡ δὲ λαβοῦσα
ἀπαθὴς μένει. οἰκειοῦται δὲ ὁ θεὸς λόγος ἀπαθῶς τὰ τοῦ ἰδίου
αοῦ, σταυρὸν φημὶ, καὶ θάνατον, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα περὶ αὐτὸν οἰκο-
νομεῖται, καὶ θεωρεῖται. οἰκειοῦται δὲ τὰ τοῦ ἰδίου ναοῦ. ἐπειδὴ εἰς
ο ἓν πρόσωπον συντελοῦσιν αἱ διπλαῖ φύσεις. ἰδοὺ ἓν πρόσωπον ὁ
πατὴρ εἶπεν τὰς δύο φύσεις εὐαγγελικῶς. ὥστε οὐ
ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον
ἑλληνικῶς.

Τοῦ

*ctionem Thomas Apostolus contemplatus clamabat : Dominus meus, & Deus meus.* Ecce coniunctio naturarum, hoc est, personarnm, cum nulla natura sit personæ expers. Et diuinus Ephræm oratione in margaritam ait : *Duarum naturarum participem esse inæstimabilem margaritam*, hoc est, Christum. Rursus ait : *Duplicem naturam habet, ne duas perdat : Neque enim Semideus descendit in terram, neque semihomo ascendit in cœlum.* Ecce naturas, hoc est, personas, etiam iustus ille Ephræm dixit, prout fert vestra subscriptio. Sic & beatus Amphilochius dicit de Christo in oratione ad Seleucum * Nepotem Traini. *Cùm in vnam personam duæ naturæ conuenerint.* Et Isidorus, Ecclesiæ Pelusiotarum ornamentum, ad Cyrillum, tanquam pater ad filium, scribens ait : *Omni custodia custodi cor tuum, ne quando vnam naturam post Incarnationem in Christo admittas, nam approbatio vnius, est negatio alterius* ; Eiusque rei probandæ gratia plurima producit testimonia sancti Patris nostri Athanasij, viri rerum diuinarum peritissimi. Ecce & Amphilochius & Isidorus duas profitentes naturas, duas, vt vobis videtur, personas in Christo constituerunt : Et vt Amphilochij ad Seleucum testimonium fusius explicemus, sic de Christo habet. *Natura assumpta patitur : assumens verò passionis expers manet. Cæterùm diuino verbo impatibiliter tribuuntur, quæ proprij templi propria erant. Crucis videlicet supplicium ac mors, & id genus alia, quæ in ipso dispensatione diuina peracta ac patrata sunt ; quandoquidem in vna persona geminæ personæ subsistunt.* En vnam personam nominauit pater iste duas naturas ex Euangelij doctrina. non igitur vnum idemque est *natura* & *persona*, vt Ethnici volunt.

* *Supra vocauit filium; quamuis & ἔγγονος possit reddi filius. C. A. hic expressè habet* Tegïrũ.

Τοῦ αὐτοῦ Ἀμφιλοχίου ἐκ τοῦ λόγου, ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν.

Σχόλιον. Ἀρκοῦσι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ οἱ τιη. πατέρες, καὶ οἱ σ. οἱ ἐν Ἐφέσῳ μαρτυροῦντες, ὅτι οὐ ταυτὸν ἡ φύσις, καὶ ἡ ὑπόστασις.

Διακρίνων λοιπὸν τὰς φύσεις, τήν τε τοῦ θεοῦ, τήν τε τοῦ ἀνθρώπου. οὔτε γὰρ κατ᾽ οἰκείωσιν ἐκ θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος. οὔτε κατὰ προκοπὴν ἐξ ἀνθρώπου θεός.

Ὅρα πάλιν φύσεις ὁμολογοῦντα τὸν διδάσκαλον ἐν Χριστῷ, καὶ οὐ πρόσωπα. εἰ δὲ ταυτὸν φύσις, καὶ πρόσωπον, πῶς παραγαγὼν αὐτοῦ τὴν χρῆσιν ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ Ἐφεσίων συνόδῳ, τὴν δύο φύσεις λέγουσαν, ἓν δὲ πρόσωπον ἐν Χριστῷ, ἐπήγαγε λέγων πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον οὕτως. Ὁρᾶτε τοίνυν πῶς οἱ θεσπέσιοι πατέρες, ὁμοούσιον τὸν Χριστὸν εἰρήκασι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα. καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. διπλοῦν τὴν οὐσίαν, ἤτοι τὴν φύσιν. οὐ διπλοῦν τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι τὸ πρόσωπον. Ἰδοὺ καὶ ἡ μάχαιρα τοῦ πνεύματος. ἡ τοῦ θεολόγου Κυρίλλου γλῶσσα ἐπὶ συνόδου διακοσίων ἁγίων πατέρων, ἕτερον εἶπεν τὴν φύσιν παρὰ τὸ πρόσωπον.

Σχόλιον. Διὰ τοῦτο ὀκνῶ πιστεῦσαι. ὅτι Κύριλλος ὁ ἐπὶ συνόδου εἰπὼν, ἄλλο τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν ὑπόστασιν. εἶπεν τὰς φύσεις, ὑποστάσεις, ἵνα μὴ ἑαυτῷ εὑρεθῇ ἐναντιούμενος.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ, λύσατε τὸν ναόν.

Καὶ λέλυται ὁ τοῦ σώματος ναὸς, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἐν τῇ τριημέρῳ ταφῇ, βουλομένου αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἀνέστησεν αὐτὸν, καὶ ἡνώθη αὐτῷ ἀρρήτῳ, καὶ ἀφράστῳ λόγῳ. οὐ κεκραμένος ἐν αὐτῷ, ἢ ἀποσεσαρκωμένος, ἀλλ᾽ ἀποσώζων ἐν αὐτῷ τῶν δύο φύσεων τὴν ἑτερουσίαν ἀσύγχυτον τὴν ἰδιότητα.

*Eiuſdem Amphilochij ex oratione in illud: Pater maior me eſt.*

SCholium. Sufficiunt Catholicæ Eccleſiæ trecenti octodecim Patres, & ducenti Epheſinæ Synodi iiſdem ſuffragantes; nimirum naturam & hypoſtaſin nequaquam vnum & idem eſſe.

*Diſcerne igitur de cætero, ac diſtingue naturas, diuinam & humanam, neq; enim ſecundum inhabitationem, ex Deo factus eſt homo; neque ſecundum profectum ex homine Deus.*

Vides iterum, quomodo doctor iſte in Chriſto profiteatur naturas, non perſonas: Si enim idem eſt natura & perſona, quomodo teſtimonium hoc beatus Cyrillus in Epheſina Synodo adducens, in quo expreſsè prædicantur duæ naturæ, & vna perſona, ſic ſanctam Synodum allocutus eſt. *Videtis igitur quomodo ſancti Patres Chriſtum eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ ſecundum diuinitatem prædicarint; eiuſdemque ſubſtantiæ nobiſcum ſecundum humanitatem; duplicem* videlicet ſubſtantiâ *ſiue naturâ, non hypoſtaſi, ſiue perſona.* En gladius ſpiritus, diuini Cyrilli lingua, in Synodo ducentorum ſanctorum Patrum, docet aliud eſſe naturam, & aliud hypoſtaſin.

Scholium. Propterea credere abnuo, Cyrillum, qui in Synodo dixit, aliud eſſe naturam, & aliud hypoſtaſin; naturas appellaſſe hypoſtaſes, ne ipſe ſibi aduerſetur.

*** *Eiuſdem in illud: Soluite templum hoc.***

* *S. Cyrilli.*

*TEmplum corporis ſolutum eſt tempore paſſionis in triduana ſepultura, ipſo volente. Et rurſus excitauit illud, eique vnitus eſt ratione ineffabili; non confuſionem in ipſo, carne abiecta, paſſus; ſed ſeruatâ abſque confuſione vtriuſq; naturæ ſecundum proprietatem differentia.*

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐλόγιον ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀνατολικῶν εἰπόντων δύο φύσεις ἐν Χριστῷ.

Εἰ δὲ οὐχ ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῷ λόγῳ, ἑτέρα πάντως, καὶ ἑτέρα φύσις, τοῦτ᾽ ἔστιν καὶ ἕτερον πρόσωπον, ὡς λέγετε. ἀλλ᾽ ἐπιστομίζει ὑμᾶς καὶ ὁ θεῖος Πρόκλος τοιαῦτα γράφων. καὶ ἔστι εἷς υἱὸς, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διῃρημένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας εἰς μίαν ὑπόστασιν τὰς φύσεις ἑνωσάσης.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς εἰς τὸ, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν οὕτως φησίν.

Καὶ τὰς φύσεις τῷ λόγῳ διέλε. καὶ τὴν ἕνωσιν τοῦ μυστηρίου θεολόγησον. Ἀντιστρέψατε λοιπὸν ὑμεῖς τὴν τοῦ διδασκάλου φωνὴν, καὶ εἴπατε περὶ Χριστοῦ. καὶ τὰ πρόσωπα τῷ λόγῳ διέλε, καὶ τὴν ἕνωσιν θεολόγησον.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου ἐκ λόγου τοῦ κατὰ Οὐαλεντίνων.

Ὥσπερ ἡ κιβωτὸς κεχρυσομένη ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν χρυσίῳ καθαρῷ ἦν, οὕτως καὶ τὸ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν, καὶ διαυγὲς ἔσωθεν μὲν τῷ λόγῳ κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρούμενον. ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων δειχθῇ.

Ἀντιόχου ἐπισκόπου Πτολεμαΐδος εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Μὴ συγχύσῃς τὰς φύσεις, καὶ οὐ ναρκήσῃς περὶ τὴν οἰκονομίαν. Ἰδοὺ κατὰ τὸν ὑμέτερον ὅρον, καὶ νόμον καὶ ὁ θεῖος Εἰρηναῖος, καὶ Ἀντίοχος διάφορα πρόσωπα, ἤτοι φύσεις ἐν Χριστῷ ἐδογμάτισαν. εἴγε οὐκ ἔστι φύσις ἀπρόσωπος.

Σχόλιον. Ἐπειδὴ δὲ φιλόψογον τὸ τῶν αἱρετικῶν γένος, ἰστέον ὅτι ἐν ἐρήμῳ καθήμενοι ἡμεῖς, καὶ ἀποροῦντες τῶν διδασκαλικῶν βίβλων, ἀπὸ στήθους τὰς χρήσεις ἐγράψαμεν. καὶ παρακαλοῦμεν τοὺς εὐποροῦντας [illegible] τὰς πατρικὰς βίβλους, εἴ τι περισσὸν ἐν παράκειται ἐν ταῖς παρούσαις χρήσεσι τοῦτο ἐπιδιορθώσασθαι. οὐ γὰρ ἑκούσιον τινα προσθήκην, ἢ ὑφαίρεσιν πεποιήμεθα μάρτυς κύριος.

Ταύτας

*Eiuſdem* * *ad Eulogium, ex Apologia pro Orientalibus, qui duas naturas in Chriſto aſſeuerabant.*

* *S. Cyrilli.*

S*I corpus non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum verbo; alia igitur atque alia eſt natura*, hoc eſt, alia & alia perſona, vt tu dicis; Sed os vobis obturat diuinus Proclus, dum ita ſcribit; *Vnus eſt filius non naturis in duas hypoſtaſes diuiſis, ſed per tremendam illam diſpenſationem duabus naturis in vnam hypoſtaſin vnitis.*

* *Idem in illud: Puer natus eſt nobis.*

* *Eſt hoc teſtimonium Procli Conſtantinop.*

N*Aturas ratione diſtingue, & vnionem myſterij Theologicè concipe.* Inuertite vos doctoris huius ſententiam, & de Chriſto dicite: *Perſonas ratione diſtingue: & vnionem Theologicè concipe.*

*Sancti Irenæi ex libro contra* * *Valentinianos.*

* *Alij, contra Valentinum. Citat hoc teſtimonium Leontius lib. I. cõtra Eutychianos.*

Q*Vemadmodum arca inaurata erat intus & foris auro puro; ita Chriſti corpus purum erat as ſplendidum; intus quidem verbo ornatum: foris autem ſpiritu cuſtoditum; vt ex vtriſq; naturarum ſplendor demonſtraretur.*

*Antiochi Epiſcopi Ptolemaidis in natalem Chriſti.*

N*E confundas naturas, circaq; Incarnationem graui quaſi veterno non obrueris.* En ex veſtro placito, & decreto diuinus Irenæus & Antiochus diuerſas in Chriſto perſonas ſtatuerunt, dum diuerſas in eo naturas agnoſcunt, quandoquidem nulla natura expers eſt perſonæ.

Scholium. Quia verò hæreticorum natio ad reprehenſionem procliuis eſt, ſcire oportet, nos, cum in Eremo verſaremur, neq; ſanctorum Patrum libri in promptu eſſent, ſententias iſtas ex memoria citaſſe ac ſcripſiſſe: rogamusq; & obſecramus eos, quibus libri ſanctorum Patrum ſinceri, & incorrupti ſuppetunt, vt emẽdent, ſi quid prædictis teſtimoniis appoſitum deprehenderint. Neq; enim ſponte noſtra aliquid aut adiecimus, aut detraximus. Teſtis Dominus.

Cùm

Ταύτας δὴ, καὶ ἑτέρας πλείους φωνὰς τῶν ἁγίων πατέρων κατὰ τὸν γραφέντα τύπον προαγαγόντων ἡμῶν, καὶ ἑρμηνευόντων. ὅτι ἡ φύσις, πρόσωπόν ἐστι, καὶ λοιπὸν κατὰ τοῦτον ὑμῶν τὸν νόμον ἅπαντες οἱ μακάριοι πατέρες τὰ Νεστορίου φρονοῦντες ἐλέγχονται· ὡς δύο πρόσωπα ἐν Χριστῷ φάσκοντες. ἔμειναν ἅπαντες οἱ ἐξ ἐναντίας ἐνεοὶ, ἐσίγησαν, ἐφιμώθησαν, ἐξέστησαν, κατεπλάγησαν, ἠπόρησαν. οὐ γὰρ ἐλάλησαν, ἠλλοιώθησαν, ὅτι ἡσύχασαν. παντὸς τοῦ λαοῦ τῆς ἐκκλησίας οἱονεὶ κροτοῦντος, καὶ πρὸς ἅπαντας αὐτῶν λέγοντος· εἰ ἡ φύσις πρόσωπόν ἐστιν, ἆρον, καῦσον τοὺς ἁγίους πατέρας, δύο φύσεις εἰρηκότας ἐν τῷ Χριστῷ. Εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἡ φύσις πρόσωπον, ἀνέγκλητός ἐστιν ἡ σύνοδος Χαλκηδόνος. δύο εἰποῦσα ἡνωμένας φύσεις ἐν μιᾷ ὑποστάσει Χριστοῦ. καὶ πάλιν, τὴν αὐτὴν φωνὴν, ὁ ὄχλος ἀναλαμβάνων τῇ Ἀλεξανδρέων ἰδιωτικῇ διαλέκτῳ ἐπιχωριάζων ἔκραξεν. εἰ ἡ φύσις πρόσωπον δηλοῖ ἆρον, καῦσον πρὸ πάντων τὸν ἅγιον Κύριλλον, τὸν λέγοντα. ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ Χριστοῦ φύσεις. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἡ φύσις πρόσωπον, μάτην φλυαρεῖτε κατὰ τῆς ἐκκλησίας φάσκοντες τὴν φύσιν πρόσωπον. Ταῦτα βοῶντες ἐπὶ ὥρας ἱκανὰς, καὶ * προλόγιν ἀξιάκουστον ἐτύπωσαν οἱ αὐτόθι λέγοντες. δὶς τῷ Θεοδοσιανῷ, καὶ Γαϊανίτῃ εἴ τι ζηλεῖ, καὶ εὐθέως ἀπόλλυται, τοῦτ' ἔστι, κατάθου αὐτῷ, ὅτι ἡ φύσις πρόσωπον σημαίνει. καὶ διὰ ταύτης τῆς φωνῆς, καταισχύνεται ἀναγκαζόμενος ἢ τοὺς ἁγίους πατέρας Νεστοριανοὺς ἀποδεῖξαι, ἢ τὴν σύνοδον Χαλκηδόνος ἀνέγκλητον ὁμολογῆσαι, κηρύξασαν δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἐν Χριστῷ.

*Sic C.A. Sed quid hoc nominis? Num scribendum, πρόλογον?

Ἑτέρα διάλεξις.

Μέχρι τούτων ταύτης διαλέξεως, πλὴν πάλιν τὴν ἑαυτῶν γνώμην συνιστᾶν βουλόμενοι, καθ' ἑτέραν κάθοδον συνήχθησαν εἰς διάλεξιν ὁμοίως ἐν τῇ † Φαυρικῇ τῇ δημοσίᾳ ἐν ᾧ συλλόγῳ συνῆλθον καὶ ὁ πολὺς αὐτῶν, καὶ μέγας, ὥσπερ τις λεγόμενος τῶν * διανᾶ πρόμαχος Ἰωάννης ὁ μοναχὸς, ὁ λεγόμενος τοῦ ζυγᾶ, ὁ τοῦ * ὀκτὼ καὶ δεκάτου. παρῆν δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Γρηγόριος ὁ νυστάζων, ὁ Συραιγύπτιος τὸν νοῦν. εἶτα καὶ ὁ δῆμος σὺν τῷ κλήρῳ. ἦν γὰρ ἀπὸ συνταγῆς, καὶ

*Lego δαναῶν.
* ὀκτωκαιδεκάτου, coniunctim.
† Nomen est loci publici. Quod indicat Epithetũ. Sed quale Græcum an Latinum, coniiciat forte.

προ-

Cùm hæc & plura sanctorum Patrum dicta ad præscriptum modum protulissemus, & demonstrassemus, naturam esse personam, & per consequens, ex illorum lege & persuasione, omnes sanctos Patres Nestorianismo infectos esse; quippe qui duas personas in Christo constituant; obmutuerunt omnes aduersarij; conticuerunt, vox faucibus hæsit; obstupuerunt; nec quo se verterent, perspexerunt. neque enim verbum prolocuti sunt. Immutati sunt, quoniam conquieuerunt. Vniuerso Ecclesiæ cœtu applaudente, hostibusque acclamante: *Si natura est persona, tolle, exure sanctos Patres, duas in Christo naturas professos.* Si verò natura non est persona, *reprehensione igitur vacat Synodus Chalcedonensis, quæ dixit, in vna Christi hypostasi duas naturas esse vnitas.* Rursus iisdem vocibus repetitis, vernacula Alexandrinorum dialecto acclamabat turba: *Si natura significat personam, tolle, vre ante omnes sanctum Cyrillum, qui ait, naturas in Christo inconfusas permansisse. Si verò natura non est persona, frustra nugaris & vociferaris contra Ecclesiam, naturam esse personam.* Hæc sat longo tempore ingeminantes, aliquid auditu dignum ibidem adiecerunt. *Des Theodosiano & Gaianitæ, si quid petat: & è vestigio disperibit;* hoc est, reduc illi in memoriam; naturam idem esse quod personam; & hac ipsa voce rubore suffundetur, coactus, vel sanctos Patres in Nestorianorum classem coniicere: vel Synodum Chalcedonensem ab omni culpa liberare, cum duas Christi naturas in eadem hypostasi vnitas pronunciauit.

## *Alia disceptatio.*

HActenus de disputatione. Cæterùm rursus dogmata & placitá sua comprobare volentes; alia vice nobiscum in publicum certamen descenderunt ἐν τῇ φανερῇ τῇ δημοσίᾳ. In quo congressu aderat excellens ille apud Hæreticos magnusque, & quasi Danaûm quidam propugnator Ioannes Monachus: cui cognomen Zygæ, qui vnus erat ex octodecim. Aderat quoque cum illo Gregorius Dormitantius, mente Syrægyptius. Deinde populus cum Clero. Erat enim iste con-

προδηλώματος τὸ πιστὸν συνέδριον. εἶτα τὰ ἀπὸ τούτου αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἄπορα, ἵνα μὴ λέγω ἄκυρα, καὶ ψυχρὰ προβλήματα. ὡς οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος, οὐδὲ ἀπρόσωπος. ἰδοὺ γὰρ ὁ μακάριος Κύριλλος φάσκει ἐν διαφόροις τόποις, τὰς φύσεις ὑποστάσεις εἶναι. διόπερ ἐλέγχεται ἡ σύνοδος χαλκηδόνος δύο ὑποστάσεις, καὶ πρόσωπα εἰποῦσα· ἐν τῷ ἑνὶ χριστῷ, ὁρίσασα, ἐν αὐτῷ λέγειν δύο φύσεις.

Ορθόδοξος. πρὸς δὴ ταῦτα πάλιν ἡμεῖς ἐν πανουργίας τρόπῳ πρὸς αὐτοὺς ἀποκριθέντες εἰρήκαμεν. ἡμῖν φοβερὸν καθέστηκε πιστεύειν, ὅτιπερ ὁ τρισμακάριος, καὶ ὄντως θεοφόρος Κύριλλος ἐκήρυξε τὰς φύσεις, ὑποστάσεις εἶναι ἐν χριστῷ τῷ θεῷ. πρῶτον μὲν τῇ τάξει· ὅτι ἐναντία ἐστὶν ἡ τοιαύτη φωνὴ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ, ἕτερόν τι λεγούσῃ τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν ὑπόστασιν. δεύτερον δὲ, ὅτι πῶς ἐπὶ τὸν καιρὸν Νεστορίου, ὁ τούτου τὴν καθαίρεσιν ποιήσας Κύριλλος, διὰ τὸ λέγειν αὐτὸν, δύο ἐν χριστῷ ὑποστάσεις, αὐτὸς κἂν ἐν ὀνείροις, ὑποστάσεις ἐν χριστῷ εἶχεν κηρύξαι; τρίτον, ὅτι τὰς χρήσεις, ἃς παρήγαγεν ὁ αὐτὸς ἅγιος Κύριλλος ἐν τῇ Εφεσίων συνόδῳ, ἐκ διαφόρων πατέρων, δι' οὐδὲν ἕτερον αὐτὰς προσήνεγκεν, εἰ μὴ διὰ τὸ λέγειν αὐτὰς μίαν χριστοῦ τὴν ὑπόστασιν.

Τέταρτον, ὅτι μίαν ὑπόστασιν ὁ Θεοδώρητος κηρύττων ἐν τῷ χριστῷ, πάντως ἐπιλαβέσθαι εἶχε τῆς φωνῆς τῶν ὑποστάσεων ἐν ταῖς κατηγορίαις, αἷς ἐποιήσατο κατὰ τῶν δώδεκα ἀναθεμάτων τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. ὡσαύτως καὶ ἐν ταῖς ἀπολογίαις ἑρμηνεῦσαι εἶχεν τὴν τοιαύτην φωνὴν ὁ διδάσκαλος, καὶ εἰπεῖν, ποίῳ σκοπῷ λέγει τὰς ὑποστάσεις. ἀλλ' οὐδενὸς τοιούτου ἐμνημόνευσεν, οὐδὲ εὑρίσκομεν. πέμπτον, ὅτι εἰ κατεδέξατο ὁ ἅγιος Κύριλλος εἰπεῖν ἐπὶ Νεστορίου τὰς φύσεις, ὑποστάσεις, οὐκ ἀπέσχιζε Νεστόριον. ἕκτον. ὅτι καθ' ὃ ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ, ἀπὸ δυσμῶν, ἀπέχει ἡ τῶν δύο ὑποστάσεων φωνὴ, τῆς μιᾶς τοῦ θεοῦ λόγου φύσεως τῆς σεσαρκωμένης.

Ἕβδομον. ὅτι ἡ φωνὴ τῶν ὑποστάσεων, ἀνατρέπει τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. πῶς γὰρ δυνατὸν, ἐκ δύο ὑποστάσεων γενέσθαι σύνδρομον καθ' ὑπόστασιν οὐσιῶν ἕνωσιν, ὄγδοον. ὅτι οὔτε εἰρήκασιν οἱ ἅγιοι πατέρες, ἐκ δύο ὑποστάσεων, ἤγουν προσώπων, εἶναι

τὸν

*quàm à Pharo duxisse appellationem, scribendumque: ἐν τῇ φαρικῇ. At quoniam diuinare liberum est, dicam & ego cõiecturam meam. Videtur ipsum nomen latinũ* **Fabrica**, *Gracè φαυρικὴ, vt sensus sit, conuentum hunc in publica fabrica, hoc est, in publico palatio seu publica domo coactum fuisse. Nec mirum videri debet, latinam vocem ab Anastasio vsurpatã, quia iam tum lingua misceri cœpta sunt.*

uentus ex compacto, & ex publico indicto. Deinde prolatæ sunt quæstiones inter nos controuersæ ex scripto & præscripta formula: propositaque dubia, ne dicam frigida, omnisq; caloris expertia problemata, nimirum, *non esse naturam absque hypostasi & persona.* Ecce enim diuersis locis dicit beatus Cyrillus, naturas esse hypostases. Ea de caussa reprehenditur Synodus Chalcedonensis, asserens duas hypostases, seu personas in vno Christo, hoc ipso, quòd definiuit in illo duas inesse naturas.

Orthodoxus. Ad hæc nos vicissim cũ vulpibus vulpinantes respondimus: Nobis difficile creditu accidit, beatissimũ, vereq; Deo plenum Cyrillum docuisse naturas in Christo esse hypostases; primùm quidem, quia hæc vox aduersatur Synodo Nicænæ, quæ definit, aliud esse naturam; aliud hypostasin. Secundò, qua ratione, tempore Nestorij, quem Cyrillus ideo de sede sua deturbauit, quòd duas in Christo hypostases prædicaret; ipse, vel somnians, in Christo hypostases prædicare potuit? Tertiò, quia testimonia, quæ idem S. Cyrillus in Ephesina Synodo ex diuersis Patribus produxit, non aliam ob caussam produxit, quàm quòd vnam in Christo hypostasin adstruerent.

Quartò, quia Theodoretus vnam in Christo hypostasin profitens, omnino vocem hypostaseωn carpsisset in Refutatione duodecim Anathematismorũ S. Cyrilli; Et similiter ipse S. Cyrillus defendere sese debuisset in suis Apologiis & explicare, qua notione *hypostases* vsurpasset. Cuius tamẽ rei in S. Cyrillo nullum prorsus exstat indicium: nullumq; argumentũ. Quintò; Si S. Cyrillus cum Nestorio duas in Christo naturas existimasset esse duas hypostases; Nestorium à communione fidelium non segregasset. Sextò, quia quantum distat ortus ab occidente; tantum distat vocabulum duarum hypostaseωn ab vna verbi diuini natura incarnata.

Septimò, quia vox hypostaseωn euertat vnionem secundum hypostasin. Quomodo enim fieri potest, vt ex duabus hypostasibus fiat vnio substantiarum seu naturarum secundum hypostasin? Octauò, quia neque sancti Patres dixerunt

τὸν χριστόν. ἔνατον. ὅτι ἐὰν ἐκ δύο ὑποστάσεων ἐστὶν ὁ χριστὸς, οὐκέτι τρισυπόστατός ἐστιν ἡ ἁγία τριὰς, ἀλλὰ τετραπρόσωπος, ἔχουσα δύο μὲν ὑποστάσεις τὰς τοῦ χριστοῦ. ἑτέρας δὲ δύο, τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Δέκατον δὲ τὸ πάντων μεῖζον, δόλον ἔχει· ὅτι αὐτὸς ὁ θεόφρων Κύριλλος, πρόσωπα εἶναι τὰς ὑποστάσεις λέγει ἐπὶ χριστοῦ. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ τετάρτῳ ἀναθεματισμῷ τῶν δέκα. ὅτι, εἴτις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι διαιρεῖ τὸν χριστὸν, ἀνάθεμα ἔστω. ὁμοίως, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ, τῇ ἐν Ἐφέσῳ φησὶν ὁ αὐτός. διπλὸν εἶναι τὸν χριστὸν τὴν οὐσίαν, οὐ διπλοῦν τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι τὸ πρόσωπον. Ἰδοὺ πρόσωπον νοεῖ τὴν ὑπόστασιν.

Καὶ πῶς λοιπὸν, ὦ ἄνδρες, πρόσωπα λέγων τὰς ὑποστάσεις, ἠδύνατο λέγειν τὰς φύσεις ὑποστάσεις; καὶ, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις χριστοῦ; καὶ οὐκ εἴρηκεν ἐνταῦθα, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις. οὐκοῦν εἰ ἀσύγχυτοι μεμενήκασι μετὰ τὴν ἕνωσιν αἱ ὑποστάσεις, πάντως ὅτι καὶ ὑπάρχουσιν. εἰ δὲ ὑπάρχουσι, πρόδηλον, ὅτι γνωρίζονται πάντως ὅτι καὶ ἀριθμοῦνται. εἰ δὲ οὐκ ἀριθμοῦνται, δῆλον, ὅτι οὐχ ὑπάρχουσιν. εἰ δὲ οὐχ ὑπάρχουσιν, οὐδὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις. εἰ δὲ μεμενήκασιν, εἰς τὸν αἰῶνα μένουσιν.

Εἰ δὲ λέγετέ μοι οἱ Σευήρου, ὅτι οὐ προσωπικὰς ὑποστάσεις εἶπεν ὁ θεόσοφος Κύριλλος, ἀλλ᾽ ὑπάρξεις νοεῖ τὰς ὑποστάσεις, ἤγουν ὑφιστάμενα, καὶ ἀληθῆ πράγματα, τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα λέγων τοῦ χριστοῦ, ἠδυνάμην μὲν πρὸς τοῦτο ἀντιθεῖναι, καὶ εἰπεῖν. ὅτι τοῦ διδασκάλου πρόσωπα λέγοντος τὰς ὑποστάσεις εἶναι, ἐν τῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τῶν δώδεκα, ὡς πρὸ βραχέως εἶπεν ἀκόλουθον μᾶλλον καὶ ἀναγκαιότερον ἦν τῷ ὅρῳ, καὶ τῇ φωνῇ τοῦ διδασκάλου στοιχεῖν ὑπὲρ τὰς ὑμετέρας ἀλληγορίας· πλὴν ἵνα μὴ δόξωμεν τοῦ σύλου τῆς πίστεως, καὶ φωστῆρος κατηγορεῖν. δεδόσθω κατὰ τὸν ὑμέτερον ὅρον, ὅτι ὑπάρξεις τὰς χριστοῦ ὑποστάσεις ὁ πάνσοφος εἴρηκε πατήρ. οὐκοῦν, ὑμῶν μὴ καταδεχομένων μήτε φύσιν, μήτε ὑπόστασιν ὁμολογεῖν τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ. εὔδηλον, ὅτι ἀνύπαρκτον αὐτὴν φάσ-

ex duabus hypostasibus siue personis constareChristum. Nonò, si ex duabus hypostasibus Christus constat; iam non est amplius trium, sed quatuor personarum sanctissima Trinitas; habens duas quidem hypostases Christi, alias verò duas Patris & Spiritus sancti.

Decimò, quod præ omnibus aliis dolum ac fraudem continet: quia ipse diuinus Cyrillus dicit personas esse hypostases in Christo: Ait enim in quarto anathematismo. *Si quis duabus personis siue hypostasibus Christum diuidit, anathema sit.* Similiter in Synodo Ephesina dicit, Christum secundum naturam esse duplicem, non duplicem hypostasi aut persona. En nomine *personæ* intelligit hypostasin.

Et quomodo, ô boni, personas hypostases appellans, potuit naturas appellare hypostases, quodque inconfusæ permanserint naturæ siue hypostases Christi? Neque hoc loco dixit inconfusas mansisse naturas siue hypostases. Si ergo inconfusæ manserunt hypostases post vnionem, sequitur illas itidem exsistere. Si verò exsistunt, certum est animo spectari ac concipi posse. Quare & numerari poterunt. Si numerari nequeunt, euidens est neque existere. Si non existunt, tum neque inconfusæ manserunt naturæ, siue hypostases. Si verò permanserunt, in æternum permanent.

At si vos Seueriani dicatis, diuinum Cyrillum non loqui de personalibus hypostasibus, sed nomine hypostaseωn eum intelligere subsistentias, seu ea, quæ subsistunt; & res veras; quando Christi diuinitatem & humanitatem nominat. Potuissem quidem his opponere ac respondere: quòd cum in quarto anathematismo, vt paulò antea dictum, personas dicit esse hypostases; rationi magis consentaneum; & magis necessarium fuerit tanti magistri vestigia, quàm vestras allegorias sequi. Verùm ne videamur columnam, & orthodoxæ fidei lucernam reprehendere; sit ita, vt vultis; subsistentias Christi à sapientissimo Patre nominatas esse hypostases. Ergo cum vos carnem Christi neque naturam, neque hypostasin esse confiteri velitis, planum est; eam à vobis haberi pro re non subsistēte, omnisq; hypostaseos & essentiæ seu naturæ experte.

κετε, καὶ ἀνυπόστατον, καὶ ἀνούσιον εἶναι. καὶ ἀποστραφεὶς, καὶ ἀποβλέ-
ψας πρὸς Ἰωάννην τὸν μονάζοντα λέγω. τί λέγεις πρὸς ταῦτα, ὦ
φιλόσοφε; ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ τοῦ χριστοῦ ὑποστάσεις, ὁ θεόφρων
Κύριλλος βοᾷ, ὡς μαρτυρεῖς. καὶ σὺ οὐδὲ φύσεις καταδέχῃ ἀσυγ-
χύτους μεμενηκέναι ἐν χριστῷ; τὰς ὑποστάσεις δέχῃ, καὶ τὰς φύσεις
* ἀρνῆσαι; ὄντως γέλως τὰ καθ' ὑμᾶς, καὶ μῦθος πλατύς. ἐρω-
τῶμεν ὑμᾶς λέγοντες, ὅτι τίνος ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ ὑποστά-
σεις; καὶ ἀποκρίνεσθε ἀφόβως λέγοντες αἱ ὑποστάσεις τοῦ χριστοῦ, καὶ ἐ-
πὰν ἡμῶν ἀκούσητε λεγόντων, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις
τοῦ χριστοῦ, ἀγανακτεῖτε, βλασφημεῖτε, ἀνακράζετε, ἀποπηδᾶτε, καὶ
μυρία κακὰ ποιεῖτε. ὄντως πάλιν λέγω· σκηνῆς ἁπάσης, καὶ ὀρχή-
στρας, καὶ θυμελικῶν ἐπαείδων καταγελαστότερα τὰ καθ' ὑμᾶς.
τὰς χριστοῦ ὑποστάσεις ὁμολογεῖτε. τὰς δὲ τούτου φύσεις ἀρνεῖσθε.
τὰς ὑποστάσεις περιφανῶς κηρύττετε, τὰς δὲ φύσεις δι' ἡμᾶς ἀπο-
κρύπτετε. τὴν ἀδιάβλητον φωνὴν ἀπωθεῖσθε, καὶ τὴν εὐδιά-
βλητον οἰκειοῦσθε. εἰ γάρ ἐστιν ὅλως δυνατὸν ἀδιαβλήτως εἰπεῖν ἐν
χριστῷ δύο ὑποστάσεις, πολλῷ πλέον κουφότερον, καὶ ἀδιαβλητότε-
ρόν ἐστιν εἰπεῖν, δύο φύσεις. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν, ὡς λέγετε, φύσις ἀπρό-
σωπος, πολλῷ πλέον οὐκ ἔστιν, ὑπόστασις ἀπρόσωπος, ὡς καὶ
Κυρίλλῳ δοκεῖ. εἰ δὲ ἀνέγκλητοί ἐστε λέγοντες ἐν χριστῷ ὑποστά-
σεις, ἐπὶ πλείω ἐσμὲν ἄμεμπτοι οἱ λέγοντες φύσεις. ὑμεῖς μὲν
γὰρ ἕνα συνήγορον τῶν ὑποστάσεων ἔχετε. ἡμεῖς τε τοὺς τιη. ἁγίους
πατέρας, καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς διδασκάλους λέγοντας, ἐν χρι-
στῷ δύο φύσεις, ἀλλ' οὐ δύο ὑποστάσεις. εἰ δὲ τὰ Νεστορίου φρο-
νοῦμεν οἱ λέγοντες ἡνωμένας ἐν χριστῷ δύο φύσεις, πολλῷ πλέον ὑ-
μεῖς οἱ φάσκοντες δύο ὑποστάσεις. εἰ δὲ δυνατόν ἐστιν εὐσεβῶς
νοεῖν καὶ ἑρμηνεύειν τὰς ὑποστάσεις, πολλῷ μᾶλλον δυνατὸν ἑρ-
μηνευθῆναι εὐσεβῶς δύο φύσεις. ἐκ μὲν γὰρ δύο φύσεων, δυ-
νατὸν συντεθῆναι μίαν ὑπόστασιν. ὥσπερ σύγκειται ἄνθρωπος.
ἐκ δὲ δύο χαρακτηριστικῶν ὑποστάσεων, οὐ δυνατὸν ἕνωσιν καθ'
ὑπόστασιν γενέσθαι.

Ὥστε, ὡς ἀληθῶς, ἐν τούτῳ ἀποφράττεται τὰ τῶν λοιδορούν-

* ἀρνῆ.

Conuerſuſque ad Ioannem Monachum aio: Quid ad hæc dicis, ô Philoſophe? Inconfuſæ manſerunt Chriſti hypoſtaſes, vt,te teſte, docet S.Cyrillus. At tu neque naturas inconfuſas in Chriſto perſeueraſſe concedis. Hypoſtaſes admittis, & naturas inficiaris. Verè veſtra dogmata prorſus ſunt ridicula; & admodum fabuloſa. Interrogamus vos, cuius hypoſtaſes manſerint inconfuſæ; & intrepidè reſpondetis; Hypoſtaſes Chriſti; Et quando noſtro relatu auditis naturas Chriſti manſiſſe inconfuſas, tunc indignamini, blaſphematis, exclamatis & ſubſilitis,& ſexcenta mala facitis. Iterum dico. Veſtra dogmata magis ſunt ridicula,quàm quæ in omnibus Scenis, Orcheſtris,& Thymelicis ludis aguntur. Chriſti hypoſtaſes confitemini; & eius naturas negatis. Hypoſtaſes palam prædicatis; naturas verò propter nos occulitis. Vocem,quæ omni reprehenſione caret, abiicitis, & illam, quæ reprehenſioni obnoxia eſt,acceptatis; ſi enim fieri poteſt, vt abſque vlla reprehenſione dicamus,duas in Chriſto hypoſtaſes,multò facilius, & ab omni culpa remotius erit dicere, duas naturas.Si verò,vt tu dicis,non eſt vlla natura expers perſonæ,multò magis nulla eſt hypoſtaſis perſonæ expers,vt & Cyrillo videtur. Et ſi ab omni reprehenſione immunes ſunt, qui ſtatuunt in Chriſto hypoſtaſes; longius multò ab omni culpa diſtabimus; qui in Chriſto naturas profitemur. Vos enim vnum patronum pro hypoſtaſibus habetis:nos trecentos & octodecim ſanctos Patres,omneſque alios doctores, qui duas in Chriſto naturas, non duas hypoſtaſes ponunt. Si verò nos cum Neſtorio ſentimus,qui duas in Chriſto naturas profitemur, multò magis vos huius culpæ affines eritis, qui duas in Chriſto hypoſtaſes ponitis. Quod ſi fieri poteſt, vt duæ hypoſtaſes ad pium commodumque ſenſum trahantur; multò magis duas naturas piè interpretari licebit. Nam ex duabus naturis vna hypoſtaſis componi poteſt; vt patet exemplo hominis: ex duabus verò characteriſticis hypoſtaſibus non eſt poſsibilis vnio ſecundum hypoſtaſin.

Et his verè obſtruitur os calumniantium Synodum Chalcedo-

των τὴν σύνοδον Χαλκηδόνος, καὶ ἡμᾶς, στόματι. ὅτι περ, ὡς ὑμεῖς λέγετε, Ἀθανασίου, καὶ Κυρίλλου λεγόντων, τὰς φύσεις ὑποστάσεις. ἀπέφυγεν ἡ σύνοδος, καὶ ἡμεῖς τὰς δύο εἰπεῖν ὑποστάσεις. εἰ γὰρ φύσεις λεγόντων ἡμῶν ἡνωμένας ἐν Χριστῷ καθ' ὑπόστασιν, τοιαῦτα, καὶ τοσαῦτα κακὰ καταχέετε ἡμῶν, ὡς τὰ Νεστορίου φρονούντων, ὁποῖα, καὶ ὅσα κακὰ ἐμέλλετε ποιεῖν, εἰ ἠκούσατε τῆς Χαλκηδόνος, ἢ, τοῦ Λέοντος, ἤ τινος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἡμῶν, λέγοντος διαφόρους ὑποστάσεις τὸν Χριστόν. καὶ, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ δύο ὑποστάσεις αὐτοῦ;

Ταῦτά μου, καὶ ἕτερα πλείονα εἰπόντος ἐν τῷ συνεδρίῳ, ἀποκριθεὶς ὁ τοῦ Ζυγᾶ Ἰωάννης ὁ μοναχὸς εἶπεν. ὁ αἱρετικός. Οὐ λέγομεν, ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ δύο ὑποστάσεις, οὔτε σημαίνομεν τῆς δυάδος τὸν ἀριθμόν. ἀλλὰ ἀδιορίστως φαμὲν, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις. ὁ ὀρθόδοξος. ταῦτα αὐτοῦ εἰρηκότος, μειδιῶν τὰ πρόσωπα λέγω πρὸς αὐτόν. εἰ δὲ δύο ἐλέγετε ὑποστάσεις, καὶ μὴ πολλάς. τὸ γὰρ μὴ εἰπεῖν ἀριθμὸν, ἀλλὰ ἀορίστως λέγειν ὑμᾶς, ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις, οὐ μόνον ἐπὶ δύο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλειόνων φύσεων, καὶ ὑποστάσεων νοεῖται, καὶ λέγεται.

Ὁ αἱρετικός. εἶπεν ὁ Ἰωάννης πρὸς ταῦτα. τῶν ἁγίων πατέρων ἐστὶν ἡ τοιαύτη φωνή, Ἀθανασίου, καὶ Κυρίλλου. καὶ οὐδεὶς δύναται ἀποβαλέσθαι αὐτήν. Ὁ ὀρθόδοξος. πρὸς τοῦτο ἀποκριθεὶς εἶπον. τοῦ θεοῦ περὶ ἡμῶν τῶν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, καὶ πραγματευσαμένου, ἵνα οἱ τῆς Ἀλεξανδρέων ἁγιώτατοι πρόεδροι τὴν τοιαύτην εἴπωσι φωνὴν, διὰ τοὺς νῦν ἐμφωλεύσαντας ἐν αὐτῇ τῆς παντοίας συγχύσεως δράκοντας. ὅπως ἐν τοῖς ὅπλοις, ἐν οἷς δοκοῦσιν ἡμᾶς πολεμεῖν, ἐν αὐτοῖς ὥσπερ ὁ Γολιὰθ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ ἀναιροῦνται.

Βουλόμενοι δὲ Νεστοριανοὺς δεῖξαι, τοὺς λέγοντας ἐν Χριστῷ δύο φύσεις, διὰ τῆς φωνῆς, τῆς λεγούσης τὰς φύσεις ὑποστάσεις, λελήθασι κατὰ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ καθ' ἑαυτῶν συνωθοῦντες τὸ ξίφος. λεγόντων γὰρ ὑμῶν τὰς φύσεις ὑποστάσεις, λέγοντος δὲ

cedonensem & nos; eò quòd, vt vos dicitis; sanctis Patribus, Athanasio & Cyrillo naturas esse hypostases profitentibus, Synodus & nos refugiamus duas hypostases dicere: si enim quis nostrarum partium dicat, duas in Christo naturas secũdum hypostasin vnitas, talia ac tanta in illum conuicia effunditis, quasi Nestorij doctrinæ adhæreat, qualia & quanta effusuri eratis, si audiuissetis Synodum Chalcedonensem; aut Leonem Papam, aut aliquem alium ex Catholicorum numero asserentem, diuersas in Christo hypostases; & naturas, hoc est, hypostases in Christo mansisse inconfusas.

Hæc & id genus alia me dicente in conuentu, respondit Ioannes Zygæ Monachus. HAERETICVS. *Non dicimus inconfusas mansisse duas hypostases; neq; significamus binarium numerum; sed indefinitè dicimus, inconfusas mansisse naturas siue hypostases.* Orthodoxus. Cùm hæc ille dixisset, subridens aio ad illum. Vtinam diceretis duas hypostases, & non plures: nam quod numerum non designatis, sed indefinitè dicitis, naturas siue hypostases mansisse inconfusas, id non solùm de duabus, sed & de pluribus naturis siue hypostasibus verè affimatur.

Hæreticus. Adhæc Ioannes, *Vox hæc est sanctorum Patrum Athanasij & Cyrilli; neque vllus potest illam repudiare.* Orthodoxus. Adhæc hunc in modum respondi. Melius certè nobis, qui de Catholica Ecclesia censemur, prouidit cauitque Deus; quàm vt hanc vocem sanctissimi Alexandrinorum Antistites emiserint propter eos, qui nunc in illa, omnis confusionis quasi latebram quærunt Dracones; Quin imò armis illis, quibus sibi videntur nostram fidem oppugnare, tanquam Goliath, ab inuicto Dauide, interficiuntur.

Cùm autem conentur Nestorianismi arguere eos, qui duas in Christo naturas profitentur; propter sententiam illam, quæ naturas dicit esse hypostases, non animaduertunt se gladium tam aduersus sanctos Patres, quàm aduersus seipsos stringere. Nam cum vos naturas dicatis esse hypo-

τοῦ θεολόγου Κυρίλλου πρόσωπα εἶναι τὰς ὑποστάσεις, οὐδὲν ἕτερον ἐλέγχεσθε λέγοντες, ἀλλ' ἢ ὅτι ἀσύγχυτα μεμενήκασι τὰ τοῦ χριστοῦ πρόσωπα. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀοίδημον Κύριλλον χαλεπῶς ἐνυβρίζετε, λέγοντες πρόσωπον εἶναι τὴν φύσιν. εἰ γὰρ πρόσωπον ἡ φύσις σημαίνει, πῶς νοήσωμεν τὴν φωνὴν αὐτοῦ τὴν πρὸς Σούκκενσον λέγουσαν. δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμὲν· εἰ μὴ, ὅτι δύο τὰ πρόσωπα χριστοῦ εἶναι φαμέν. εἴγε ἡ φύσις πρόσωπόν ἐστιν.

Εἶτα πάλιν ὁ Ἰωάννης, Ὁ αἱρετικὸς πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο. ἐκ δύο φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων ὁ μακάριος Κύριλλος εὐσεβῶς ὁμολογεῖ, τὸν ἕνα, καὶ μόνον χριστὸν ὑπάρχειν. Ὁ ὀρθόδοξος. πρὸς ὃν πάλιν ἔφην ἐγώ. εἰ μὲν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰσὶν αἱ τοιαῦται φωναὶ, καθὼς καὶ ἤδη προεῖπον, μόνῳ ἔγνωσται θεῷ. ἐν ἑνὶ μὲν γὰρ τόπῳ λέγει, ἐκ δύο σαρκοῦσθαι ὑποστάσεων τὸν χριστὸν· ἐν ἑτέροις δὲ τριάκοντα φέρονται ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ χρήσεις μὴ λέγουσαι· τὸ, ἐκ δύο. ἀλλά ποτε μὲν λέγουσαι· τύπος αὖ εἶεν ἡ κιβωτὸς τῶν τοῦ χριστοῦ ὑποστάσεων. ποτὲ δὲ, εἴ τις μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις· καθ' ἃ καὶ ἐν τοῖς σχολίοις αὐτοῦ φησὶν οὕτως. ὅτι δὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις, ἐνθεῦθεν ἰσάμεθα. τὸ γάρ τοι χρυσίῳ ἐπηλειμμένον τὸ ξύλον, μεμένηκεν ὅπερ ἦν. καὶ καταπλουτεῖ μὲν τὸ ξύλον τοῦ χρυσίου τὴν δόξαν, πλὴν οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι ξύλον. ταῦτα ἐγὼ ἀκούων φρίττω. εἴγε ὁ λέγων πρόσωπα εἶναι τὰς ὑποστάσεις, καταδέξαιτο ὅλως κἂν ἐν ὀνείροις λέγειν ἐν χριστῷ τῷ θεῷ διαφόρους ὑποστάσεις. Ἀλλ' οὐ λέγει, φησὶ, προσωπικὰς ὑποστάσεις ὁ Κύριλλος. Ἀλλ' οὐδὲ ἐγὼ, οὐδὲ ἡ σύνοδος χαλκηδόνος προσωπικὰς τὰς φύσεις, ἀλλ' ὥσπερ ὁ θεῖος Κύριλλος, ὑπάρξεις νοεῖ τὰς ὑποστάσεις, τουτέστιν ἐφιστάμενα πράγματα· οὕτω κἀγὼ ὄντα, καὶ πεφυκότα πράγματα τὰς φύσεις λέγω, ὥσπερ καὶ σὺ τὴν ὑπόστασιν ὑφεστὸς νοεῖς, οὕτω κἀγὼ τὴν φύσιν, τὸ πεφυκός.

Ἀλλὰ τάχα τοῦτο βούλεσθε πρὸς ἡμᾶς εἰπεῖν. ὅτι αἱ μὲν φύσεις, καὶ ὑποστάσεις, ἃς εἶπεν ὁ ἅγιος Κύριλλος ὑπάρξεις σημαίνουσι.

καὶ

stases; Cyrillus verò doceat, personas esse hypostases, manifestum est, vos nihil aliud dicere, quàm personas Christi mansisse inconfusas. Neque hoc solum, sed & ipsum celeberrimum Cyrillum grauissima iniuria afficitis, cum quasi ex sententia illius affirmatis naturam esse personam. Nam si natura significat personam; quomodo aliter accipiemus illud eiusdem Cyrilli in epistola ad Successum? *Duas naturas esse profitemur*; nisi duas in Christo personas esse profitemur, si natura est persona.

Deinde respondit ad hæc Ioannes Hæreticus. Ex duabus naturis siue hypostasibus vnum eundemque Christum constare, rectè ac piè confitetur beatus Cyrillus. Orthodoxus. Tum ego: Vtrum beati Cyrilli sint voces illæ, soli Deo notum est, vt iam antea diximus; in vno enim loco dicit; *Christum ex duabus hypostasibus constare.* In aliis verò plurimis circumferuntur sub nomine eius testimonia, in quibus non apparet illud: *Ex duabus*: sed aliquando quidem dicit: *Arcam fœderis fuisse figuram hypostaseωn Christi*: Interdum: *Si quis post ineffabilem vnionem hypostases diuidit*; Et in Scholiis suis ita loquitur. *Inconfusas mansisse naturas siue hypostases hinc scimus.* Nam lignum auro tinctum manet id quod erat; Et lignum quidem ditatur, aurique splendorem participat; at non desinit esse lignum. Atqui ego toto corpore cohorresco, quando audio illum, qui dicit *personas* esse *hypostases*, vel in somno, eo audaciæ processisse, vt in Christo diuersas hypostases constituat. Obiicit hæreticus: *Cyrillum non dicere personales hypostases.* Verùm neque ego, neque Synodus Chalcedonensis dicimus naturas personales, sed quemadmodum diuinus Cyrillus nomine hypostaseωn intelligit ὑπάρξεις, hoc est, existentias, seu res existentes, sic & ego per naturas nihil aliud intelligo, quàm res, quæ verè sunt & existunt. Sicut enim tu hypostasin concipis, tanquam aliquid subsistens; sic & ego nomine naturæ concipio aliquid, quod existat.

Sed forte hoc apud nos efficere contenditis, naturas & hypostases, quas S. Cyrillus nominauit, nihil aliud esse quàm

καὶ ἀνέγκλητός ἐστιν. αἱ δὲ φύσεις, ἃς ἡ χαλκηδόνιος σύνοδος ἐπὶ χριστοῦ κηρύττει, φύσεις τινὲς ἀνέμων φυσώντων, ἢ καμήλων, καὶ ἡμιόνων, φυσικὰ μόρια τυγχάνουσιν. ταῦτα μυκτηρίζων ἐμβροντήτως πρὸς Ἰωάννην τὸν νυστάζοντα εἶπον. καὶ ἀποστραφεὶς πρὸς τὸν λαὸν τῆς ἐκκλησίας εἶπον. μὰ τὴν ἀγάπην ὑμῶν, ἀκούοντες ὑποστάσεις ἐν χριστῷ οἱ ἀπὸ Σευήρου, νομίζω, ὑποστάσεις τινῶν κτημάτων ἐννοούμενοι. τούτου χάριν ἀφόβως, καὶ ἀπαρατηρήτως αὐτὰς κηρύττουσι, καὶ ὁμολογοῦσιν. ἐὰν δὲ ἀκούσωσι φύσιν, αἰσχρά τινα, καὶ ἄτοπα νομίζουσι ταύτας εἶναι τὰ μόρια τὰ συνουσιαστικὰ τῶν σωμάτων τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ γυναικείων. καὶ τούτου χάριν, τὴν τοιαύτην φωνὴν ἀποφεύγουσιν ὡσανεὶ Σαρακηνοῖς μαθητεύσαντες. κἀκεῖνοι γὰρ ἀκούοντες θεοῦ τόκον, καὶ γέννησιν θεοῦ, εὐθέως γάμους, καὶ σποράν, καὶ σαρκικὴν συνάφειαν ἐννοούμενοι βλασφημοῦσιν. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο, καὶ οἱ Σευήρου ἐννοοῦνται, πῶς ὀνομάζοντες τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, πλείστας, καὶ διαφόρους προσηγορίας, πτωχὰς ὄντως καὶ θεοῦ ἀναξίας, καὶ ἀλλοτρίας, ὁμοίως, καὶ ἀγγέλῳ, μόνην τὴν τῆς φύσεως προσηγορίαν ἐπ' αὐτοῦ παραιτοῦνται εἰπεῖν.

*λέγουσι.

Ὅρα γοῦν λέγουσι, τὸ σῶμα κυρίου * θνητὸν, λέγουσιν αὐτὸ φθαρτὸν, λέγουσιν αὐτὸ παθητὸν, ῥευστὸν, ὑλικὸν, νεκρὸν, χοϊκὸν, ἔμπνουν, ἔνδιψον, ἔγκοπον. αἱ προσηγορίαι, ὡς προεῖπον, οὐδ' ἐπ' ἀγγέλων, οὐδ' ἐπὶ τῶν πνευμάτων δύνανται λέγεσθαι· μόνον δὲ φύσιν, ἤτοι ἀλήθειαν παραιτοῦνται ὀνομάζειν αὐτό. καὶ τί λέγω τὰ προειρημένα ὀνόματα, καὶ μὴ μᾶλλον τὰ τραχύτερα; ὁμολογοῦσι τὸν χριστὸν διὰ τῆς σαρκὸς γενόμενον κατάραν, καὶ γενόμενον ἁμαρτίαν, ὡς φησὶν ἡ γραφή. ὁμολογοῦσιν αὐτὸν πειρασθέντα τεσσαράκοντα ἡμέρας ὑπὸ τοῦ διαβόλου. φύσιν δὲ, ἤτοι ἀλήθειαν λέγειν, οὐκ ἀνέχονται. ἐρωτῶμεν αὐτοὺς λέγοντες· ποία φύσις χριστοῦ ηὔξησε; ποία ἐνεκρώθη; ποία ἐῤῥαπίσθη; ποία ἐκοπίασεν; ποία ἐδάκρυσεν; καὶ ἁπλῶς, πάντα τὰ πτωχὰ ῥήματά τε, καὶ πράγματα τοῦ χριστοῦ ἐρωτώμενοι παρ' ἡμῶν, ὅτι κατὰ ποίαν φύσιν ἐπράχθησαν, καὶ ἐῤῥέθησαν; ἀποκρίνονται λέγοντες, ὅτι κατὰ τὴν σάρκα, ὅτι

κατὰ

existentias, seu res existentes: & sic S.Cyrillum meritò reprehendi non posse: naturas autem, quas Chalcedonensis Synodus tradit, esse naturas quasdam spirantium ventorum, vel camelorum & mulorum, naturales partes. Hæc voce graui non sine subsannatione ad Ioannem * *Dormitatorem* dixi; & conuersus ad populum sic locutus sum: Testor charitatem vestrã, Seuerianos, quando audiunt in Christo hypostases; hypostases nisi fallor, facultatum possessionum seu fortunarum intelligere: Eaque de caussa animo intrepido, & imperterrito eas prædicare & confiteri. At verò quando audiunt naturam, turpia quædam & absurda animo efformare, vtpote partes, quæ virorum atque mulierum corpora constituunt: quamobrem vocem hanc auersari, quasi in Sarracenorum disciplina instituti essent: nam & isti, cum Dei conceptionem & natiuitatem audiunt, derepente nuptias, & semen, carnalemque coniunctionem somniantes blasphemant. Etenim, si Seueriani aliter affecti sunt; qua ratione cum corpus Domini nominant, plurimasque & diuersas appellationes prorsus frigidas, indignas, alienasq; etiam ab Angelica natura recipiant, solam naturæ appellationem in Deo respuunt?

** Initio huius dialexeos, vocauit Gregoriũ quẽ iam appellat Ioannem. Sed videtur legendum. Ad Ioannem* ϰ̀ νυστάζοντα, & Dormitatorem. *Duo enim fuêre; hæreticorum propugnatores.*

En tibi, corpus Domini vocant mortale; vocant corruptioni obnoxium. Vocant patibile, fluxile, materiale, terrestre, fami, siti & laboribus subiectum, quæ appellationes neque in Angelos, neque in spiritus competunt; solius naturæ siue veritatis appellationem eidem corpori Christi tribuere detrectant. Et cur prædicta nomina, & nõ potius adhuc asperiora in medium affero? Fatentur enim Christum per carnem factum maledictum & peccatum, vt dicit scriptura. Fatentur illum quadraginta dies tentatum à Diabolo. At vt *naturã* seu *veritatem* vocent, adduci nequeunt. Interrogemus illos, quæ Christi natura creuerit? Quæ incarnata sit? Quæ colaphis cæsa? Quæ labores sustinuerit, & lacrymas fuderit? vno verbo, omnia vocabula & res, quæ in Christo abiectionis & egestatis argumenta sunt, percurrentes, percontemur, secundum quã tandem naturam facta & pronunciata sint; respondebunt; secundum carnem; secundũ id, quod erat terrenum, secundum

*Gal.3.*

κατὰ τὸ χοϊκὸν, κατὰ τὸ ὁρώμενον, κατὰ τὸ πρόσλημμα, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, κατὰ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. ταύτας, καὶ ἄλλας μυρίας προσηγορίας ὀνομάζοντες τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ, φύσιν αὐτὴν ὁμολογεῖν οὐκ ἀνέχονται. καίπερ, ὡς προεῖπον, λέγοντες αὐτὴν ὑπόστασιν. εἶδες πώρωσιν ἀνθρώπων.

Οἱ δὲ ἐναντίας εἶπον. Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν, φησὶ, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ φύσιν, ἐξ ἀνάγκης πάσης εὑρισκόμεθα, ὡς ἡ σύνοδος Χαλκηδόνος, ὁμολογοῦντες δύο φύσεις ἐν αὐτῷ, ἤγουν δύο πρόσωπα, οὐκ ἔστι γὰρ φύσις ἀπρόσωπος. Τοὐναντίον, ὦ ἄνδρες, εἶπον, οὐκ ἔστιν ὑπόστασις ἀπρόσωπος. Ἅπαντες γὰρ οἱ πατέρες, καὶ ἐπὶ τοῦ τριαδικοῦ λόγου, καὶ ἐπὶ τῇ οἰκονομίᾳ, τὴν ὑπόστασιν πρόσωπον εἶναι φάσκουσιν. εἰ δὲ κατὰ ὑμέτερον Σευήρου νόμον, ὁ λέγων τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ φύσιν, τὰ Νεστορίου φρονεῖ, ὡς δύο φύσεις, καὶ πρόσωπα λέγων ἐπ' αὐτοῦ. εὑρεθήσονται πάντες πάλιν οἱ ἅγιοι πατέρες ἀπόβλητοι, ὡς Νεστορίου σύμφρονες. ἅπας γὰρ αὐτῶν ὁ χορὸς, φύσιν προφανῶς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐκήρυξεν ἀνθρωπότητα. καὶ πρῶτος αὐτὸς ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ ἀπόστολος, καὶ φωστὴρ τοῦ κόσμου, μορφὴν γὰρ δούλου καλεῖ τὸν κατὰ τὸν σωτῆρα ἄνθρωπον. ἡ δὲ μορφὴ, φύσις ἐστὶν ὡς φησὶν τῶν ἁγίων διδασκάλων χορός. ὡσαύτως καὶ Διονύσιος ὁ Παύλου φοιτητὴς, ἐν τῇ πρὸς Γαϊανὸν ἐπιστολῇ, οὐσίαν ὀνομάζει τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνθρωπότητα. Ὁμοίως καὶ Εἰρηναῖος ὁ Ἀποστολικὸς σχεδὸν συνόμιλος, ὡς ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν χρήσεσιν. Εἰ δὲ δυσσεβὲς, καὶ Νεστοριανὸν, καὶ ἀπόβλητον τυγχάνει, τὸ, ὀνομάζειν φύσιν τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ, καθῄρηται, πάλιν λέγω, καὶ ἀποβέβληται ὑφ' ὑμῶν πᾶσα ἡ τῶν ἁγίων πληθύς. καὶ αἱρειαὶ, καὶ ἄπρακτοι παρ' ὑμῖν αἱ τούτων διδασκαλίαι.

* οὐκ ἔστι.

Σχόλιον. ἐκ τῆς εἰς τὴν ἀνάληψιν. ψεύστης λοιπὸν Ἰωάννης ὁ Κωνσταντινουπόλεως λέγων. θεὸν ἐν ἀνθρωπίνῃ κρυπτόμενον φύσει. καὶ, ὅτι ἡ φύσις, ἡ ἀκούσασα ἐπὶ γῆς. ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· αὕτη ἤκουσεν ἐν οὐρανοῖς, κάθου ἐκ δεξιῶν μου. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς φησίν. ὅτι ἡ φύσις, δι' ἣν τὸ χερουβὶμ ἐφύλαττε τὸν παράδεισον, αὕτη ἐπάνω τῷ χερουβὶμ γέγονε σήμερον. εἰ δὲ ἀσεβὲς τὸ ὀνομάζειν, κατὰ τὴν ἕνωσιν,

id, quod ſub viſum cadebat; ſecundum id, quod erat aſſumptum, ſecundum id, quod erat humanum, ſecundum corpus Chriſti. Has & alias infinitas appellationes cum Chriſti humanitati tribuant, ſolum naturæ nomẽclaturam ab ea remouent; & vt antea dixi, hypoſtaſin vocant. Vides hominum cæcitatem.

Aduerſarij reſponderunt. Quia ſi corpus Chriſti nominemus naturam, neceſſariò prorſus cum Synodo Chalcedonenſi duas in Chriſto naturas ſiue perſonas cõfiteri arguemur: neq; enim vlla natura eſt perſonæ expers. Tum ego; E contrario, non eſt vlla hypoſtaſis abſq; perſona: Omnes enim Patres tam in ſanctiſsimo Trinitatis myſterio, quàm in Incarnatione tradunt hypoſtaſin eſſe perſonam. Si verò ex Seueri diſciplina is, qui carnem Chriſti naturam nominat cum Neſtorio facit ac ſentit, tanquam duas naturas ſtatuens, duas quoque in illo perſonas conſtituat, ſequitur omnes ſanctos Patres, tanquam Neſtorij ſectatores repudiari debere. omnes enim docuerunt, humanitatem Chriſti eſſe naturam. Et primus ipſe beatus Paulus Apoſtolus lumen mundi. A quo Seruatoris noſtri humanitas vocatur forma ſerui; ſi forma eſt; vtiq; & natura eſt, vt ſancti doctores docent. Similiter Dionyſius Pauli diſcipulus in epiſtola ad Caium Chriſti humanitatẽ vocat ſubſtantiam ſeu eſſentiam. Sic & Irenæus, Apoſtolorum ferè æqualis, vt ex ſuprà adductis teſtimoniis liquet. Si verò impium, & Neſtorianum deteſtandumq; eſt humanitatem Chriſti appellare naturam, rurſus vniuerſa Sanctorum multitudo à vobis reiicitur; omniſque eorum doctrina, apud vos nullius eſt pretij ac momenti.

*Philip. 2.*

Scholium. Ex oratione in Aſcenſionem. Mendax igitur erit Ioannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus, cùm ait; *Deum in humana natura abſconditum eſſe; &, naturam quæ audierat in terra, Terra es, & in terram redibis; hinc proficiſcentem audiſſe in cœlis: Sede à dextris meis.* Rurſus idem ait: *Naturam, propter quam Cherubinus paradiſum ſeruabat, iam ſupra Cherubinos eſſe;* Si poſt vnionem impium eſt humanitatem CHRISTI nominare naturam, mani-

ἕνωσιν, φύσιν τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ χριστοῦ, ἐλέγχεσθε προφανῶς
ἀναθεματίζοντες τοὺς ἁγίους πατέρας.

Σχόλιον. Πρὸς Εὐνόμιον] Ἀμβρόσιον μὲν λέγοντα. ὅτι ἐν τῇ ἐμῇ οὐσίᾳ
λαλεῖ ὁ χριστὸς, Γρηγόριον δὲ φάσκοντα, ποία φύσις ἐπὶ τοῦ πάθους
ῥαπίζεται; καὶ ὅτι ἐδίδου καιρὸν ὁ χριστὸς τῇ φύσει τοῦ σώματος ἐνεργῆ-
σαι τὰ ἑαυτῆς. λοιπὸν δὲ καθαιρεῖτε, καὶ Ἀθανάσιον, διὰ τὸ φάσκειν
ἐν τοῖς κατὰ Ἀρειανῶν, τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ ἰδίᾳ φύσει τὰ πάθη ὑπομεῖ-
ναι. ποίῳ δ' ἐπιτιμίῳ ἄρα καταδικάσετε Βασίλειον λέγοντα ἐν τῷ
περὶ νηστείας λόγῳ, περὶ χριστοῦ· ὅτι ἐπανιὼν εἰς τοὺς οὐρανοὺς τροφῆς
ἥψατο τὴν φύσιν τοῦ σώματος τοῦ ἀναστάντος πιστούμενος. ᾧ τινι συμ-
φωνεῖ πάλιν Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγῳ, φάσκων
περὶ χριστοῦ. τὸ μὲν οὖν σῶμα κοινὸν ἔχον τοῖς πᾶσι τὴν φύσιν. σῶμα
γὰρ ἦν ἀνθρώπινον. καθὰ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ
τῶν θεοφανειῶν φησὶ περὶ τοῦ κυριακοῦ σώματος. ὅτι καὶ ἐπείνασε, καὶ
ἐδίψησε, καὶ ἐδάκρυσε νόμῳ φύσεως. σύμφωνα δὲ πάλιν καὶ Ἀμβρόσιος
περὶ τοῦ πάθους χριστοῦ φάσκει πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα λέγων.
καὶ γὰρ ἑκατέρας μετέχει φύσεως, τοῦτ' ἔστιν ἀνθρωπίνης, καὶ θείας. ἐν
γὰρ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ πάθος ὑπέμεινε. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ
περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγῳ φησί. καθ' ἃ συμφωνεῖ καὶ ὁ Νυσσεὺς
λέγων· ποία φύσις ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται.

Ἐπισφραγίσω δὲ τὰ εἰρημένα ὥσπερ τινὶ βασιλικῷ δακτυλίῳ,
καὶ χαρακτῆρι τῷ ἀοιδίμῳ Κυρίλλῳ· ὅμως οἶδα ὅτι καὶ αὐτὸν κατὰ τὴν
Σευήρου κέλευσιν ἀπωθεῖσθε φύσιν ὀνομάζοντα τὸ σῶμα τοῦ δε-
σπότου χριστοῦ. γράφει γὰρ πρὸς Σούκκενσον, παθεῖν αὐτὸν, καὶ σταυρω-
θῆναι τῇ χοϊκῇ φύσει. καὶ πάλιν φησὶν πρὸς τὸν αὐτόν. ὅτι οὐ μετα-
πεφοίτηκεν ἡ τῆς σαρκὸς φύσις, εἰς τὴν τοῦ λόγου φύσιν. καὶ πάλιν ἐν
ἑτέρῳ φησί. Ἀμοιρήσειεν μώμου παντὸς, τὸ εἰδέναι, ὡς ἑτέρα μέν ἐστι
κατ' ἰδίαν φύσιν ἡ σὰρξ παρά γε τὸν θεὸν λόγον. ὁμοίως καὶ πρὸς Εὐλό-
γιον φάσκει. ὅτι ἐὰν μὴ ὁμοούσιον ὑπάρχει τὸ σῶμα τῷ θεῷ λόγῳ, ἑ-
τέρα πάντως, καὶ ἑτέρα φύσις ἐστί. καθὼς ταῦτα πάντα, καὶ ἐν τοῖς
ἔμπροσθεν εἴρηται. λέγων δὲ, ὁ πατὴρ, ἑτέραν καὶ ἑτέραν φύσιν ἐν
χριστῷ. πρόδηλον, ὅτι τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα τοῦ χριστοῦ

manifestum profectò est, vos sanctis Patribus anathema dicere.

* Scholium. Ad Eunomium] Ambrosio quidem aienti, *Christum in mea substantia loqui.* Gregorio, quærenti; *quæ natura in Christo alapis percutitur?* affirmantique: *quod Christus naturæ corporis concesserit tempus agendi, quæ sibi erant consentanea:* Sic & Athanasium damnationis sententia percellant oportet, qui aduersus Arianos affirmat, *carnem Christi propriâ naturâ cruciatus sustinuisse.* Quam verò pœnam irrogabitis Basilio, qui *Oratione in ieiunium* de Christo ait: *eum redeuntem in cœlum, alimentum gustasse, vt naturam corporis, quod resurrexerat, comprobaret.* Cui concinit S. Athanasius in libro de Incarnatione; vbi hæc de Christo. *Corpus eius communem cum omnibus naturam habebat. Erat enim corpus humanum.* Gregorius quoque Theologus oratione in Theophaniam de Christi corpore dicit; *illud esuriisse, famem, sitim sustinuisse, lacrymasq; profudisse, lege ac præscripto naturæ.* Consona de passione Christi scribit S. Ambrosius ad Gratianum Imperatorem: sic inquiens; *Etenim vtriusque naturæ particeps est humanæ ac diuinæ. Nam in natura humana passionem sustinuit.* Idem dicit in libro de Incarnatione. Consentit Gregorius Nyssenus, cùm ait: *Qualis natura in passione alapis cæditur?*

* *Videntur hæc verba hic redundare.*

Prædicta obsignabo, tanquam regali quodam annulo & sigillo auctoritate celeberrimi Cyrilli, etsi non sum ignarus eundem iussu Seueri, à vobis reiici, quando corpus Christi nominat *naturam.* Scribit enim ad Successum, *eum passum esse & crucifixum in natura terrestri.* Rursus ad eundem: *Carnis naturam non transiisse in naturam verbi.* Et alibi: *Omni reprehensione vacat nosse ac profiteri carnem Christi propria suâ naturâ à diuino verbo distinctam esse.* Sic ad Eulogium; *Si corpus non est eiusdem cum Verbo substantiæ: omnino sequitur, aliam & aliam naturam esse; quemadmodum de his omnibus iam antea dictum est.* Cùm verò sanctus hic Pater nominat in Christo aliam & aliam naturam, planum est, eum ex æquo diuinitatem & humanitatem Christi natu-

ἐπίσης φύσιν προσαγορεύει. ὡς αὔτως καὶ ὅτι λέγει, δύο τὰς φύ-
σεις εἶναι φαμέν. πρόδηλον, ὅτι τὴν σάρκα λέγει τὴν μίαν τούτων. κα-
θὰ καὶ ὁ θεῖος Ἐφραίμ, καὶ Ἰσίδωρος, καὶ Πρόκλος, καὶ Ἀττικὸς,
καὶ πάντες οἱ λοιποὶ πατέρες, οἱ λέγοντες, ἐν χριστῷ διαφόρους φύσεις.
τὸ σῶμα αὐτοῦ λέγουσι τὴν μίαν τούτων· καὶ πῶς οὕτως ὁμῶς, καὶ ἀ-
πειθῶς ἐνίστασθε λέγοντες· ὅτι ἀδύνατον, τὴν τοῦ κυρίου ἀνθρωπότητα
προσαγορεύεσθαι φύσιν;

Πρὸς ταῦτα Ἰωάννης, καὶ Γρηγόριος ὁ νυστάζων εἶπον. πρὸ μὲν
τῆς ἑνώσεως ὁμολογοῦμεν τὰς δύο φύσεις. μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μία
φύσις ἐστὶν ὁ χριστὸς σεσαρκωμένη. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπον πρὸς αὐ-
τούς. ὑπολαμβάνω ὅτι μετὰ τὴν ἄρρητον ἕνωσιν τοῦ χριστοῦ τὴν ἐν
Ναζαρὲτ γενομένην ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς ἁγίας θεοτόκου· καὶ μετὰ τὸν
τόκον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ τὴν ἐν τῷ θρόνῳ τῷ χερουβι-
κῷ, συναθροίσας τὸ δεκακέρατον αὐτοῦ, καὶ ὑμᾶς ὁ Σωτὴρ, ἑ-
τέραν δευτέραν ἕνωσιν ἐποίησε τῷ χριστῷ. καὶ τούτου χάριν πα-
ρέδωκεν ὑμῖν λέγων· ὅτι, μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἣν αὐτὸς ἐποιήσατο ἐν
χριστῷ, μηκέτι προσαγορεύεσθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, μήτε ὁμολογεῖν,
ἐν αὐτῷ δύο ἡνωμένας φύσεις. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἐποίησεν, ἰδοὺ πάν-
τες οἱ μακάριοι πατέρες, καθὼς προαποδέδεικται, μετὰ τὴν
ἐν Ναζαρὲτ ἕνωσιν τοῦ χριστοῦ, εἰρήκασι τὰς δύο φύσεις ἐπ' αὐτοῦ.
οἱ μὲν ἐν τῷ τόκῳ, τῷ ἐν Βηθλεέμ. οἱ δὲ, ἐν τῇ ἀπαντῇ τοῦ Συμε-
ών. οἱ δὲ, ἐν τῷ βαπτίσματι. ἄλλοι, καθὰ Κύριλλος, ῥαπι-
σθῆναι, καὶ παθεῖν αὐτὸν ἔφησαν τῇ χοϊκῇ φύσει. Πρόκλος ἐν
τῇ ψηλαφήσει τῆς πλευρᾶς τῇ ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, συζυγίαν κηρύττει
χριστοῦ φύσεων. Βασίλειος ἐν τῇ τροφῇ, ἢ μετὰ τὴν ἀνάστασιν,
φύσιν ὀνομάζει τὸ δεσποτικὸν σῶμα. Ἰωάννης, ἐν τῷ θρόνῳ τῷ
χερουβικῷ μετὰ τὴν ἁγίαν ἐν οὐρανοῖς ἀνάληψιν, ὁμοίως φύσιν
προσηγόρευσεν ἡμετέραν ἐν χριστῷ, ἀκούσασαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς,
κάθου ἐκ δεξιῶν μου. ὅπου δὲ τὸ πανάγιον σῶμα φύσις ὀνομά-
ζεται, πρόδηλον, ὅτι δύο φύσεις ἐν χριστῷ γνωρίζονται. οὐκ-
οῦν, ὡς εἶπον, δευτέραν τινὰ ἕνωσιν ὁ νομοθέτης ὑμῶν ἐν χρι-
στῷ πεποίηκε Σωτὴρ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάληψιν. καὶ τούτου χά-

ριν

ram appellare; Sicut & tunc, cùm ait: *Duas naturas esse dicimus*; manifestum est, carnem esse vnam ex illis; quam naturam vocat: quemadmodum & diuinus Ephræm, & Isidorus, & Proclus, & Atticus, & omnes alij Patres, qui dicunt in Christo diuersas naturas; vnam ex his carnem vtique statuunt. Et qua fronte vos his adeo absque omni verisimilitudinis specie refragamini; dicentes; fieri non posse, vt humanitas Domini nominetur natura?

Ad hæc Ioannes & Gregorius Dormitantius responderunt. *Ante vnionem confitemur duas naturas; at post vnionem asserimus Christum esse vnam naturam incarnatam.* Ad quæ ego. Arbitror post inexplicabilem vnionem Christi factam, Nazarethi, in vtero sanctissimæ Deiparæ, & post partum, & post ascensionem Christi in throno Cherubico; Seuerum, collecto suo decicorni cœtu, adscitisque vobis, aliam quandam secundam vnionem in Christo fabricasse; eaque de caussa hoc vobis tradidisse, post vnionem, quam ipse in Christo commentus est; corpus Christi non esse amplius *naturam* appellandum; neque prædicandum duas in ipso vnitas naturas existere. Nam si Seuerus simile quiddam non fecit, ecce vniuersi Patres, vt antea demonstrauimus; post vnionem Nazarethi in Christo factam, duas in illo naturas professi sunt; alij quidem dum loquuntur de partu & ortu Bethleemi; alij dum agunt de occursu Simeonis: alij dum tractant de baptismate; alij, vt Cyrillus, dixerunt eum colaphis cæsum, & passum in natura terrena. Proclus in cõtrectatione lateris facta à Thoma Apostolo coniunctionem naturarum in Christo prædicat. Basilius eandem astruit ex cibo post resurrectionem sumpto; corpusque Domini naturam nominat. Ioannes Chrysostomus post sanctam in cœlos Ascensionem nostram naturam in Christo nominauit; quippe quam supra thronum Cherubicum euectam dicat; cui à Patre dictum sit: *Sede à dextris meis.* Vbi autem sanctissimum Christi corpus *natura* appellatur, ibi clarum est duas in illo naturas agnosci ac constitui. Igitur, vt dicebam, nouam quandam vnionem legislator vester Seuerus in Christo architectatus est, post

ειν ἐνομοθέτησεν ὑμῖν μὴ λέγειν, ἐν χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν δύο φύ-
σεις.

Οἱ αἱρετικοί. Ἀλλὰ Κυρίλλου ἐστὶ φησὶν ἡ φωνὴ, ἡ λέγουσα, ὅτι μετὰ
τὴν ἕνωσιν μία φύσις σεσαρκωμένη ἐστὶν ὁ χριστός. καὶ διὰ τοῦτο οὐ λέ-
γομεν ἐπ' αὐτοῦ δύο φύσεις. ταῦτα Ἰωάννου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἑτεροδόξων
εἰπόντων. ἐβόησαν λαμπρᾷ, καὶ περιχαρεῖ τῇ φωνῇ, καὶ εἶπον. Κυρίλλου
αἰωνία ἡ μνήμη. καθὰ καὶ ἡ σύνοδος χαλκηδόνος εἴρηκε. καὶ γὰρ οὐ-
δεὶς τῶν ἁγίων πατέρων τὸ πανάγιον, καὶ ἀμείωτον, καὶ αἰώνιον, καὶ ἀνεξ-
άλειπτον τῶν χριστοῦ φύσεων εἴρηκεν, ὡς θεοφράντωρ Κύριλλος. Οἱ
μὲν γὰρ μακάριοι πατέρες τὸν ἀριθμὸν εἰρήκασιν. ὁ δὲ τρισμακά-
ριος Κύριλλος μετὰ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ τὴν ἀνεξάλειπτον, καὶ τηρουμένην
ἀεὶ τῶν φύσεων τοῦ κυρίου διαμονὴν μετὰ τὴν ἕνωσιν. εἰς μὲν γὰρ τὸ, λύ-
σατε τὸν ναὸν τοῦτον, εἶπεν, χριστὸν ὑποσώζοντα ἐν ἑαυτῷ τῶν δύο φύ-
σεων τῶν ἑτερουσίων ἀσύγχυτον τὴν ἰδιότητα. πρὸς Σούκκενσον δὲ πά-
λιν φησὶ, δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμέν. καὶ πάλιν πρὸς Ἑβραίους, ἐν
τῇ ἑρμηνείᾳ φησὶ περὶ τῶν χριστοῦ δύο φύσεων οὕτως. καὶ οὐ δή που
φαμὲν ἀνάχυσιν ὥσπερ τινὰ συμβῆναι περὶ τὰς φύσεις. ὡς μετα-
στῆναι μὲν τὴν τοῦ λόγου φύσιν εἰς τὴν ἀνθρώπου τυχόν. ἀλλ' οὐδ' αὖ
τὴν ἀνθρωπίνην εἰς τὴν αὐτοῦ. νοουμένης δὲ μᾶλλον, καὶ ὑπαρχούσης
ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ, πεπρᾶχθαι φαμὲν τὴν ἕνω-
σιν. Ὁμοίως καὶ ἐν ἕκτῳ τόμῳ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας, ταῖς αὐταῖς ξηραῖς
πάλιν κέχρηται φωναῖς λέγων. οὐκ ἀνάχυσίν τινα τὴν τῶν εἰς ἀλλή-
λας τῶν φύσεων πεπρᾶχθαι φαμέν. μενούσης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας,
τοῦτο ὅπερ ἐστίν. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς σχολίοις ἐξέθετο φησὶν, ὅτι ἀσύγ-
χυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις. εὖ σοι γένοιτο φωστὴρ, καὶ πυρσὲ, καὶ στύλε
τῆς ἀληθείας Κύριλλε. ὄντως Κυρίλλου πάλιν λέγω, αἰωνία ἡ μνή-
μη, μὴ συγχωροῦντος ἡμᾶς ἐκ τῆς ἀληθείας πλανηθῆναι. ἀλλὰ
τὸ ἀμείωτον, καὶ αἰώνιον τῶν χριστοῦ οὐσιῶν ἡμᾶς παιδεύοντος. καὶ πά-
λιν πρὸς τὰς Βασιλίδας ἐπιστέλλοντος· τὴν τῶν φύσεων εἰδέναι
διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτως ἀλλήλαις φυλάττειν αὐτάς. ὑμεῖς μὲν οὖν,
ὦ ἄνδρες, μίαν τινὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου παρερμηνεύοντες χρῆσιν,
φάσκετε, αὐτὸν μίαν λέγειν ἐπὶ χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν, φύσιν. ἰδοὺ δὲ

ſanctum eius in cœlos reditum : Eáque de cauſſa præcepit vobis, ne poſt vnionem duas in Chriſto naturas profitemini.

Hæretici. Atqui Cyrilli vox eſt; *Chriſtum, poſt vnionem, eſſe vnam naturam incarnatam: & propterea non profitemur in illo duas naturas.* Hæc Ioanne ſociiſque hæreticæ peruerſitatis dicentibus; clara voce ac hilari exclamans dixi; Cyrillo æterna memoria; ſicut & Chalcedonenſis Synodus dixit. Etenim nullus ſanctorum Patrum ſanctiſsimum illud & indeficiens, & æternum , & indelebile naturæ Chriſti beneficium ita prædicauit, ſicut diuinus Cyrillus. Nam beati Patres numerum aſsignarunt: at beatiſsimus Cyrillus ſimul cum numero indelebiliter, ſemperque naturas conſeruatas eſſe, etiam poſt vnionem, perſpicuè docuit. In illud enim : *Soluite templum hoc:* dixit, *Chriſtum in vtraque natura, quæ diuerſæ ſubſtantiæ erant, ſeruaſſe inconfuſam proprietatem.* Ad Succeſſum verò ait*: duas naturas eſſe dicimus.* Rurſus in Expoſitione epiſtolæ ad Hebræos de duabus Chriſti naturis ſic inquit. *Neque dicimus confuſionem, & quaſi permutationem quandam naturarum accidiſſe, vt natura verbi tranſiret in naturam hominis, aut natura hominis in naturam Verbi: ſed dicimus vnionem factam eſſe vtraque natura in ſua propria conditione exiſtente ac perſeuerante.* Similiter Tomo ſexto eorundem commentariorum his ipſis verbis vſus eſt : *Non dicimus factam eſſe velut transfuſionem quandam naturarum in ſe mutuo; ſed potius vtramque id, quod erat, permanſiſſe, aſſerimus.* Quod & in ſcholiis tradidit, cùm ait; *naturas manſiſſe inconfuſas.* Bene ſit tibi lumen, fax, & columna veritatis Cyrille. Iteratò dicam: Cyrilli verè æterna memoria, qui non ſinit nos à vero deerrare; ſed indeficientem illum perpetuoque durantem naturarum in Chriſto ſtatum nobis explicat; quod & in libro ad Reginas ſeu Imperatrices facit , vbi monet , vt *naturarum diuerſitatem agnoſcamus, & inconfuſas retineamus.* Vos igitur, ô viri, vnam quandam Cyrilli vocem malè interpretantes, dicitis, ipſum vnam in Chriſto naturam ſtatuere poſt vnionem. Ecce pietatis præco, diſertiſsimè omnique modo duas in Chriſto naturas poſt vnionem conſeruari, permanere; con-

ὡς κήρυξ τῆς εὐσεβείας, ἄνω, καὶ κάτω φυλάττεσθαι, καὶ σώζεσθαι, καὶ γνωρίζεσθαι, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀριθμεῖσθαι, ὁμολογεῖ ἐν χριστῷ τὰς δύο φύσεις. προσέχετε, παρακαλῶ, μετὰ ἀκριβείας τῆς τοῦ πατρὸς φωναῖς.

Εἶπεν, σώζεσθαι ἐν χριστῷ τῶν δύο φύσεων, τῶν ἑτερουσίων τὴν ἰδιότητα ἀσύγχυτον. ὁμοίως πάλιν εἶπεν, δύο τὰς φύσεις εἶναι φαμέν. εἶπεν, νοουμένην, καὶ ὑπαρχούσας ἑκατέραν αὐτῶν ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ. εἶπεν, μένειν ἑκατέραν φύσιν ἐν χριστῷ, τοῦτο, ὅπερ ἐστιν. εἶπεν, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ χριστοῦ φύσεις, ἤγουν, ὑποστάσεις. πρὸς τούτοις πᾶσι παραγγέλλει λέγων. τὴν τῶν φύσεων εἰδέναι διαφοράν. καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηρεῖν αὐτάς. Ὁ μὲν οὖν θεορρήτωρ Κύριλλος, ὡς ἀποδέδεικται, ἑξαχῶς ἡμᾶς ἐνταῦθα, τὴν ἀμείωτον, καὶ ἐνάριθμον ὕπαρξιν τῶν δύο χριστοῦ διδάσκει φύσεων. λέγων, αὐτὰς ἐν χριστῷ σώζεσθαι. λέγων αὐτὰς εἶναι. λέγων αὐτὰς ὑπάρχειν. λέγων αὐτὰς μένειν ἐν αὐτῷ· εἶτα εἶπεν αὐτὰς καὶ ἀσυγχύτους διασώζεσθαι. καὶ αὖθις καὶ παραγγέλλει, καὶ τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων εἰδέναι, καὶ ἀσυγχύτους αὐτὰς φυλάττειν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ διδάσκαλος.

Λοιπὸν ἐν τῇ ὑμετέρᾳ, καὶ τοῦ δικαιοκρίτου δικαστοῦ, καὶ νομοθέτου Σωτῆρος φιλανθρωπίᾳ ἐστὶ τὸ ἀποφήνασθαι περὶ χριστοῦ τὸν ὅρον τοῦ χρόνου, καὶ τὴν προθεσμίαν, καὶ εἰπεῖν ἡμῖν, ἕως πόσων ἐτῶν ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν ἐν αὐτῷ αἱ δύο φύσεις. καὶ ἕως πόσων μηνῶν δύο τὰς φύσεις ἐν αὐτῷ εἶναι φαμέν; καὶ ἕως ποίου καιροῦ δέον ἐστὶ τὴν τῶν φύσεων εἰδέναι διαφοράν; καὶ ἕως ποίων ἡμερῶν ἀποσώζει ἐν ἑαυτῷ τῶν δύο φύσεων τῶν ἑτερουσίων, ἀσύγχυτον τὴν ἰδιότητα; καὶ ἕως ποίας παρουσίας δεῖ τὴν τῶν φύσεων χριστοῦ εἰδέναι διαφοράν; καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις φυλάττειν αὐτάς;

Ταῦτα ἡμῶν διερωτώντων ἤδη περὶ πολλοῦ τοῦ χρόνου, ὁ δικαστὴς Σωτὴρ τὴν ἀπόκρισιν, καὶ τὴν ἀπόφασιν κατὰ χριστοῦ ἐξέθετο λέγων ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασιν. Ὁ αἱρετικός. Ἕως τῶν χρόνων Νεστορίου ἀσύγχυτοι ὑπῆρχον αἱ φύσεις· ἀπὸ δὲ Νεστορίου φυρμὸς, καὶ μείωσις τῶν φύσεων γέγονεν. ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν τῆς συνόδου χαλκηδόνος, ψεύστης ἐστὶ Κύριλλος ὁ εἰπών. δύο τὰς φύσεις

χριστοῦ

ſiderari & numerari confitetur. Attendite, obſecro, diligenter ad dicta Patris.

Diuerſarum naturarum proprietatem inconfuſam permanere dixit. Iterum dixit. Duas eſſe naturas affirmamus. Dixit vtramque conſiderari & exiſtere intra propriæ naturæ limitem. Dixit, vtramque naturam manere id, quod eſt. Dixit, in Chriſto inconfuſas perſeueraſſe naturas ſiue hypoſtaſes. Præter hæc omnes hortatur, vt naturarum differentiam agnoſcamus; easque inconfuſas prædicemus: Diuinus igitur Cyrillus ſexies hoc loco, vt demonſtratum eſt, tradit duarum in Chriſto naturarum exiſtentiam omnis imminutionis expertem; aptamque etiam numerari, dicit enim, illas in Chriſto conſeruari. Dicit, illas eſſe. Dicit, illas exiſtere: dicit, illas in Chriſto manere. Deinde addit: illas etiam inconfuſas perſeuerare: Rurſus monet, vt naturarum differentiam agnoſcamus; & inconfuſas profiteamur. Et hæc quidem Doctor noſter.

De cætero veſtri officij & æquitatis erit; & Seueri cenſoris & legislatoris veſtri, præfinire & deſignare nobis certum temporis terminum, quot nimirum annis naturæ in Chriſto permanſerint inconfuſæ, & quot menſibus duas in illo naturas eſſe affirmare debeamus: & quandiu neceſſarium ſit naturarum in Chriſto agnoſcere differentiam: & quot dies retineat in ſeipſo duarum diuerſarum naturarum inconfuſam proprietatem: & quouſque tandem oporteat duarum naturarum in Chriſto prædicare differentiam, easque impermixtas, & inconfuſas conſeruare.

Cùm hæc iam diu antea poſtulaſſemus; ſic nobis ſuam aduerſus Chriſtum ſententiam ſuis in libris expoſuit Seuerus Iudex. HAERETICVS; Vſque ad tempora Neſtorij inconfuſæ erant naturæ; A tempore autem Neſtorij naturæ permixtæ ſunt ac confuſæ. Et à tempore Synodi Chalcedonenſis mendax eſt Cyrillus cùm duas in Chriſto naturas prædicat.

A tem-

χριστοῦ εἶναι φαμέν. ἀπὸ τῆς ἐκθέσεως τοῦ τόμου Λέοντος, οὐκ ἔτι ἀποσώζει χριστὸς ἀσύγχυτον τὴν τῶν δύο φύσεων τῶν ἑτερουσίων ἰδιότητα. ἐξ ἧς καθῃρέθη Διόσκορος. οὐκέτι δεῖ εἰδέναι ἐν χριστῷ τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν, καὶ ἀσυγχύτους τηρεῖν αὐτάς· πρὸς γὰρ ἀνακυπτούσας αἱρέσεις δεῖ παραλλάττειν καὶ τὴν πίστιν, καὶ παραγράφεσθαι τὰ τῶν θείων γραφῶν, καὶ πατέρων διδάγματα.

Αχθομένων οὖν, καὶ λίαν δρυμυττομένων ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Ιωάννου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἑτεροδόξων. εἶπον πάλιν πρὸς αὐτούς. οὕτως ἐστὶν, ὡς ἐνώπιον κυρίου. ὅτι τῇ παραινέσει, καὶ νουθεσίᾳ πειθόμενοι Σευήρου, τῇ ἐπιτρεπούσῃ ὑμῖν παραγράφεσθαι μετὰ τὸν καιρὸν Νεστορίου τὰς φωνὰς τῶν ἁγίων πατέρων, κἂν αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τυγχάνουσι δύο φύσεις ἐπὶ χριστοῦ λέγουσαι, τούτου χάριν οὐ δέχεσθε τὰς τῶν πατέρων χρήσεις, ἀλλ' ἠρετίσασθε, καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια εὐαγγέλια σχεδὸν διακρούσασθε, καὶ πᾶσαν παλαιὰν, καὶ καινὴν, καὶ πατρικὴν γραφὴν, καὶ στοιχῆσαι ὥσπερ νέῳ τινὶ Ακύλᾳ τῷ Σευήρῳ. ἐπεὶ τίς ἐξ ὑμῶν οὐ γινώσκει κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν, ὅτι εἶπον οἱ πατέρες δύο φύσεις ἀμειώτους ἐν χριστῷ διαμένειν; τίς ἐξ ὑμῶν οὐ μαρτυρεῖ, ὅτι τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰσὶν αἱ εἰρημέναι χρήσεις, αἱ φάσκουσαι, εἶναι, καὶ διαμένειν, καὶ γνωρίζεσθαι, καὶ τηρεῖσθαι, καὶ μὴ συγχεῖσθαι, καὶ ἀριθμεῖσθαι ἐν ἑνὶ προσώπῳ δύο ἀδιαιρέτους ἐν χριστῷ φύσεις; τίς ἐξ ὑμῶν οὐκ οἶδεν, ὅτι οὐ ταυτόν ἐστι φύσις, καὶ πρόσωπον; Ιδοὺ γὰρ μυρία μὲν πρόσωπα ὑπάρχομεν ἐνταῦθα. μία δὲ φύσις ἐσμὲν πάντες.

Τούτων δὲ, καὶ ἑτέρων πλειόνων ἐν τῷ συνεδρίῳ εἰρημένων, ἐκ παλαιᾶς, καὶ διαφόρου πείρας ὑπάρχων, ὅτι ἄνω, καὶ κάτω τῷ μακαρίῳ Κυρίλλῳ σχολάζουσιν οἱ τὰ Σευήρου φρονοῦντες, καὶ ἄνω, καὶ κάτω τὰς αὐτοῦ χρήσεις φέρουσι. τῶν δὲ λοιπῶν μακαρίων πατέρων οὐ πλείστην παρέχουσι πρὸ μικρῶν ἡμερῶν τῆς διαλέξεως ἀκούσας. ὅτι τοὺς ἀκρεμόνας, καὶ ἐξάρχους αὐτῶν μετεστείλαντο. λέγω δὴ Ιωάννην, καὶ Γρηγόριον οἱ Θεοδοσιανοὶ πρὸς τὸ ἡμῖν παρατάξασθαι, καθεσθεὶς συντέταχα τόμον δογματικὸν ὡς ἐξ ὀνόματος Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ φονευθέντος ὑπὸ Διοσκόρου, διὰ τὸ ὁμολογεῖν ἐν χριστῷ δύο ἡνωμένας ἀδιαιρέτως φύ-

σεις

A tempore, quo Leo Pontifex Tomum suum edidit, non seruat amplius Christus duarum diuersarum naturarum inconfusam proprietatem. Ex quo Dioscorus de solio deiectus & anathemati subiectus est; non debemus amplius in Christo naturarum differentiam agnoscere, & inconfusas profiteri: nam ad exorientes hæreses oportet etiam mutare fidem, doctrinamq; sacrarum litterarum & Patrum variare, aliterq; accipere.

Molestè igitur Ioanne, & qui cum ipso erāt, sectariis dicta hæc ferentibus, & frendentibus, illos denuo allocutus sum in hunc modum. Ita se res habet, teste Deo, in cuius conspectu stamus. Obsecuti Seueri monitis & cohortationibus, quibus potestatem vobis fecit repudiandi post tempora Nestorij testimonia sanctorum Patrum, etiā ipsius diui Cyrilli, quæ duas in Christo naturas perhibent; Patrum dicta non admittitis, & parum abest, quin ipsa sacrosancta Euāgelia aspernemini, tam vetus, quàm nouum Testamentū, omniumq; Patrum scripta ac pronunciata respuatis; vestris vestigiis in Seueri, tanquam noui cuiusdam * Aquilæ, vestigiis positis. Quis enim ex vobis probè perspectum non habet Patres duas in Christo indeficientes naturas professos esse? Quis vestrum non fatetur libenter, S. Cyrillum testari, duas indiuisas naturas in Christo esse, manere, considerari, seruari, numerari, vnitasque in vna persona nunquam confundi? Quis vestrum ignorat non esse vnum & idem naturam & personam? Ecce infinitæ adsunt hic personæ præsentes; omnes tamen vna natura sumus.

* *Loquitur de Aquila scripturæ interprete, & nimium Iudaizāte.*

Hic, & id genus aliis multis in conuentu dictis, cum veteri diuersaque experientiā compertum haberem, Seueri sectatores scripta Cyrilli à vertice vsq; ad extremum vnguem excutere, sursumq; ac deorsum testimonia illius voluere, aliorum verò exiguam rationem ducere; paucis diebus ante hanc disceptationem, intelligens Theodosianos aduocasse sectæ suæ duces ac principes, vt eos nobis opponerent, Ioannem, inquam, & Gregorium, otio sumpto, composui Tomum dogmaticum, sub nomine Flauiani, Episcopi Constantinopolitani, à Dioscoro interempti, eò quòd assereret duas indiuisibiliter

σεις ἐν μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει. ἐν τόμῳ, τὸν μὲν σκοπὸν, καὶ τὸ φρόνη-
μα τῶν ἁγίων πατέρων μετὰ πολλῆς τινὸς τῆς ἀκριβείας ἐφύλαξα.
μικρὸν δὲ τὰς αὐτῶν ῥήσεις δι᾽ ἑτέρων τινῶν ἰσοδυνάμων λέξεων ὑπ-
αλλάξας τέθεικα· οἷον, ἀντὶ μορφῆς, οὐσίαν, καὶ ἀντὶ χοϊκοῦ, γηγενές.
καὶ ἀντὶ πάθους, σταυρόν. πρὸς τὸ δεῖξαι πᾶσιν. ὅτι ἐχθρωδῶς, καὶ
ἀντιπαθῶς, ἀλλ᾽ οὐ φιλαλήθως ἐναντιοῦνται τῇ συνόδῳ Χαλκηδό-
νος, καὶ τῷ μακαρίῳ Φλαβιανῷ, καὶ τῷ τόμῳ τοῦ ἁγίου Λέοντος. ἐ-
γίνωσκον γὰρ, ὅτι ἀλόγως, εἰ μόνον ἀκούσωσι τὸ ὄνομα Φλαβιανοῦ,
ἢ τοῦ Λέοντος ἐν τῷ τόμῳ, ἀναθεματίζουσιν αὐτὸν, μὴ ἀνακρίνοντες, ἢ
ὀρθὴ, ἢ διεστραμμένη ὑπάρχει ἡ ἔκθεσις ἐν αὐτῷ. εἶπον οὖν πάλιν πρὸς
αὐτούς. Ἐὰν ἀρέσκῃ ὑμῖν, ἵνα μὴ πολλὰ εἴπωμεν, καὶ ἀκούσωμεν, ἴ-
δου ἡ πίστις ἡμῶν, καὶ τῆς συνόδου Χαλκηδόνος. δέξασθε, καὶ ἀ-
νάγνωτε. καὶ ἢ στοιχήσατε, ἢ ἀναθεματίσατε. εἶχεν δὲ ὁ τόμος οὕ-
τως.

### Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τοῦ τόμου τοῦ δογματικοῦ, οὗ ἔγραψε πρὸς Λέοντα τὸν Πάπαν Ῥώμης, περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ ἡμῶν θεοῦ.

Ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ἕτερον δέ τι
ἡ σκηνὴ, καὶ ἄλλο, τὸ κατασκηνοῦν. οὐ λέγω ἄλλος, καὶ ἄλλος,
ὡς ἐπὶ δύο προσώπων, ἀλλ᾽ ἕτερον, καὶ ἕτερον, ὡς ἐπὶ δύο φύσε-
ων. πᾶσα μὲν γὰρ εὐαγγελικὴ, καὶ ἀποστολικὴ παραίνεσις, καὶ μαρ-
τυρία περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ εἰς δύο διαιρεῖται τρόπους. τῇ μὲν τὸ μο-
ναδικὸν αὐτοῦ δηλοῦσα πρόσωπον, τῇ δὲ τὰς δύο αὐτοῦ σαφῶς μαρ-
τυροῦσα φύσεις. καὶ γὰρ ἦν, καί ἐστι διπλοῦς. ὁ εἷς, καὶ μόνος Ἰη-
σοῦς, ὁ Χριστός· καὶ διπλοῦς ὁ ἐπ᾽ αὐτῷ λόγος. οὐ πρὸ τῆς ἑνώσεως,
ἀλλὰ μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, τέλειος ὁ αὐτὸς, ὥσπερ ἐν θεότητι,
οὕτως καὶ ἐν ἀνθρωπότητι. εἰ γὰρ ἦν ἁπλοῦς, ὡς πάσχειν, καὶ θνή-
σκειν ἠδύνατο; πῶς τύπτεσθαι, καὶ προσηλοῦσθαι, καὶ ῥαπίζεσθαι εἰ μὴ
τῇ τοῦ σώματος παθητῇ, καὶ γηγενεῖ φύσει; ὥσπερ γὰρ ὁμοούσιος ὢν τῷ
θεῷ, καὶ πατρὶ, τέλειός ἐστιν ἐκ τελείου θεός. οὕτως καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν
ὑπάρχων, τέλειος τυγχάνει ἄνθρωπος.

Σχόλιον.

biliter vnitas naturas in vna composita hypostasi. In hoc igitur Tomo sententiam mentemque sanctorum Patrum ea, qua potui, diligentia & accuratione integram retinui, verba tamen illorum in ea, quæ eiusdem notionis ac significationis erant, commutata posui; Exempli gratia, loco *formæ* scripsi; substantiam seu essentiam. Loco *terreni*; terrestre; Loco passionis; *crucem*, vt omnibus testatum facerem, istos hostili & malè affecto animo, non amore veritatis Concilio Chalcedonensi, beato Flauiano, & Tomo S. Leonis aduersari. Videbam enim illos temerè, & absque vlla ratione, audito solo Flauiani nomine, vel tomo Leonis, anathema crepare, nihil pensi habentes, num recta an peruersa esset, quæ in Tomo illo tradebatur, doctrina. Dixi igitur illis, si placet, verbis compendium fiat, nec opus erit multa vel à nobis dici, vel à vobis audiri. En fidem nostram, & Synodi Chalcedonensis. Accipite & legite, & vel approbate, vel reprobate; sic autem tomus iste.

### *Ex tomo Flauiani Episcopi Constantinopolitani, quem misit ad Leonem Papam Romanum de Incarnatione Christi, veri nostri Dei.*

VErbum, inquit, *caro factum est, & habitauit in nobis.* Aliud verò habitatio, aliud verò habitans; non dico alius & alius, quasi duæ essent personæ, sed aliud & aliud; tanquam de duabus naturis. Omnes enim Euangelicæ & Apostolicæ admonitiones, & testimonia de Emmanuele bifariam diuidi possunt; partim enim singularem eius personam indicant; partim duas eius naturas perspicuè declarant. Erat enim & est geminus vnus & solus Iesus Christus, & duplex eius ratio, non ante, sed post inenarrabilem vnionem, idem perfectus sicut in diuinitate; sic & in humanitate. Nam si natura simplici constitisset, quomodo pati ac mori potuisset? Quomodo verberari, clauis affigi, & colaphis cædi; si hæc non est passus passibili & terrenâ corporis naturâ? Quemadmodũ enim consubstantialis Deo & Patri existens, perfectus est ex perfecto Deus; sic & eiusdem substantiæ nobiscum existens perfectus est homo.

*Ioan. 1.*

Σχόλιον. Ταῦτα ἐκτιθέμεθα· ἵνα τῷ αὐτῷ τρόπῳ κέχρηνται οἱ φιλόπονοι κατὰ τῶν ἐναντίων. ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος οἶδεν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ χρήσασθαι. διὸ καὶ ἔλεγε πρός τινας. ὅτι δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον.

Σχόλιον. Γρηγορίου θεολόγου εἰς τὰ θεοφάνεια. καὶ Κυρίλλου Ιεροσολύμων, ὡσαύτως καὶ Κυρίλλου Αλεξανδρείας ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, τῷ εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα. Γρηγορίου * Νύσης κατὰ Εὐνομίου, καὶ Κυρίλλου Αλεξανδρείας πρὸς Σούκκενσον, ἐκ τοῦ προσφωνητικοῦ Παύλου ἐπισκόπου Εμέσης ἐν Αλεξανδρείᾳ, * ἡ χρῆσις ἐστὶν, † τὴν ἐπὶ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἶπεν. Ὁ γὰρ ἐν μορφῇ θεοῦ ὢν, μορφὴν δούλου ἔλαβε δι' ἡμᾶς. ἡ δὲ μορφὴ τοῦ θεοῦ, οὐσίαν σημαίνει θεοῦ, ὥσπερ καὶ ἡ μορφὴ τοῦ ἀνθρώπου, φύσιν ἀνθρωπίνην δηλοῖ. Γρηγορίου * Νύσης κατὰ Εὐνομιανῶν. Αἱ μὲν οὖν πληγαὶ, καὶ ὁ σταυρὸς, καὶ ὁ θάνατός ἐστι τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ δεσπότης ὁ θεὸς λόγος. ἡ δὲ δόξα, καὶ τὸ κράτος ἐστὶ τοῦ δεσπότου, περὶ ὃν ἐστιν ὁ δοῦλος, τοῦτ' ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. Γρηγόριος κατὰ Εὐνομίου. Εἰ οὖν καὶ ἀπαθές ἐστι περὶ τὸ θεῖον, τὰ δὲ πάθη περὶ τὸ ἀνθρώπινον. πῶς ἂν τις τῶν εὖ φρονούντων μίαν λέξειεν τὰς δύο αὐτοῦ φύσεις;

* Νύσσης. / * οὐ. † τὴν. / * Νύσσης.

Τοῦ ἁγίου Εφραὶμ εἰς τὸν μαργαρίτην. Εἰ δὲ μία εἰσὶν, ἄρα ἂν ἡμίθεος ἐσαρκώθη θεός. καὶ ἡμιφυὴς ἀνελήφθη ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐχ οὕτως διδάσκει τῆς εὐσεβείας ὁ θεσμὸς, ὃν διεκρούσατο Εὐτυχὴς ὁ ἀρχιμανδρίτης, μίαν κηρύττων φύσιν τῆς ἀκτίστου θεότητος, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τοῦ χριστοῦ. ὁ δὲ πᾶς τῶν ἁγίων πατέρων χορὸς, διττὸν τὴν οὐσίαν εἶναι, ἤτοι τὴν φύσιν ὁμολογεῖ τὸν χριστόν. οὐ διττὸν δὲ τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι, τὸ πρόσωπον. Αμφιλοχίου, πρὸς Σούκκενσον, Κυρίλλου, Πρόκλου.

Αμφιλοχίου. Εἰς ἓν γὰρ πρόσωπον, καθὼς καὶ ἡ ὑμετέρα διδάσκει ἁγιωσύνη, συνέδραμον αἱ δύο φύσεις. ἅσπερ καὶ εἶναι, καὶ ζώζειν ἀτρέπτως, καὶ ἀδιαιρέτως ἐν χριστῷ ὁμολογοῦμεν.

Πρόκλου. ἔστι γὰρ εἷς, καὶ μόνος μονογενὴς υἱὸς, καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, οὐ τῶν φύσεων αὐτοῦ εἰς δυάδα ὑποστάσεων τεμνομένων, ἀλλὰ τοῦ ἀρρήτου λόγου εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνώσαντος, ἔνδοθεν κοσμουμένου τοῦ παναγίου σώματος, διὰ τοῦ θείου λόγου, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρουμένου·

Scholium. Hæc commemorauimus, vt studiosi eodem pugnandi modo vtantur aduersus aduersarios, quandoquidem & beatus Paulus hoc modo vsus est. Qua de caussa dixit ad quosdam: *Dolo vos cepi.*

2. Cor. 12.

Scholium. Gregorij Theologi in Epiphaniam, & Cyrilli Hierosolymitani, & Cyrilli Alexandrini lib. 1. de sanctissima Trinitate, Gregorij Nysseni contra Eunomium, & Cyrilli Alexandrini ad Successum; Et ex concione Pauli Episcopi Emeseni, quam Alexandriæ præsente sancto Cyrillo dixit, cuius est hoc dictum: *Qui in forma Dei erat, formam serui propter nos accepit.* Forma verò Dei, substantiam Dei significat; sicut & forma hominis, naturam humanam significat. Gregorij Nysseni contra Eunomianos. *Plagæ igitur & crux, & mors sunt hominis, in quo est Dominus, Dei verbum. Gloria & potentia est Domini, quam circumdat seruus, hoc est, homo.* Gregorius contra Eunomium. *Si igitur secundum naturam diuinam impassibilis est; passionis verò capax secundum naturam humanam, quis, cui cor sapiat, duas eius naturas vnam ausit dicere?*

S. Ephræm in Margaritam. *Si verò diuinitas & humanitas vna sunt natura, igitur Semideus incarnatus est Deus; & semihomo in cœlum assumptus est.* At non ita docuit Sanctorum cœtus, quem Eutyches Archimandrita respuit, non docuit, inquam, vnam esse naturam increatæ diuinitatis, & nostræ, quæ in Christo inest, humanitatis; quin potius vniuersus sanctorum Patrum chorus duplicem substantiam, seu naturam in Christo confitetur; at non duplicem personam siue substantiam; ex quorum numero, Amphilochius, Cyrillus ad Successum, Proclus.

Testimonium Amphilochij. *In vnam enim personam, sicut & vestra sanctitas docet, conuenerunt duæ naturæ, quas & in Christo esse, & conseruari, immutabiliter, & indiuisibiliter confitemur.*

Testimonium Procli. *Est enim vnus & vnigenitus filius & verbum Dei; naturis eius non in duplicem hypostasin diuisis; sed ineffabili ratione in vnam hypostasin coniunctis; intus sanctissimo eius corpore per verbum exornato, foris autem Spiritus sancti protectione custodito, vt ex v-*

μένου. ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων δειχθῇ. οὕτω γὰρ
καὶ ἐσθίειν αὐτὸν φαμὲν, οὐ περὶ τοῦ πάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀ-
νάστασιν, τὴν φύσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ πιστούμενος. εἰ δὲ τὸ σῶμα,
εἰς ὃ οἱ αἱρετικοὶ διαμφιβάλλουσι, φύσις, καὶ οὐσία προσαγορεύεται,
εὔδηλον λοιπὸν φυλάττεσθαι ἐν τῷ ἑνὶ χριστῷ ἑκατέραν φύσιν, τοῦτ' ἔ-
στι, τὴν θείαν τε, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, καὶ ἐν μὲν τῇ θείᾳ λαλεῖν αὐ-
τὸν τὰ θεοπρεπῆ. ἐν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ, πάλιν φθέγγεσθαι αὐτὸν τὰ ἀν-
θρώπινα, καὶ πτωχά. οὐ φυρμόν τινα, οὐ σύγχυσιν, οὐ διαίρεσιν περὶ τὰς
φύσεις ἔχοντα. ἀλλ' ἕνα υἱὸν, καὶ χριστὸν, καὶ κύριον, καὶ σωτῆρα ὑπ-
άρχοντα τοῖς εὐσεβῶς πιστεύειν εἰς αὐτὸν βουλομένοις.

Ταῦτα δὴ τοῦ τόμου περιέχοντος, καὶ ἀναγνωσθέντος, ἐβδε-
λύξαντο, ἀπώσαντο, ἀνεθεμάτισαν τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα ὅτε Ἰω-
άννης, καὶ Γρηγόριος, καὶ μετὰ τὸ καταράσασθαι, καὶ ἀναθεματίσαι,
προσηγάγομεν εἰς μέσον τὰς βίβλους τῶν ἁγίων πατέρων, ἐξ ὧν ὑπ-
ῆρχον πᾶσαι αἱ χρήσεις, αἳ ἐν τῷ τόμῳ ὑπάρχουσι. εἴχομεν γὰρ αὐ-
τὰς αὐτόθι μετὰ χεῖρας ηὐτρεπισμένας, καὶ ἑκάστης χρήσεως, τὸν ἔλεγ-
χον διεδηλομένον. καὶ ὅτι ἀπεδείξαμεν ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν βίβλων,
ὅτι οὐ Φλαβιανὸν, ἀλλὰ τοὺς ἁγίους πατέρας κατηράσαντο, καὶ ἀνε-
θεμάτισαν, ἀνέστη ὁ λεπτὸς δῆμος ἐσχάτως ἀτιμάζων, καὶ σχεδὸν
λιθοβολῆσαι αὐτοὺς θέλων. οὗτος ὁ θρίαμβος, καὶ ἡ αἰσχύνη, ἣν
καὶ Ἰωάννης, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δημοσίως ἔπαθον.

Πρὸς τὸ εἰδέναι τοὺς φιλοπόνους, καλὸν καὶ τοῦτο παρασημειώ-
σασθαι ἐνταῦθα. Διηγοῦντο τοίνυν ἡμῖν οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας
ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὅτι μετὰ τοὺς χρόνους τοῦ μακαρίου Εὐλογίου τοῦ Πάπα,
γέγονέν τις Αὐγουστάλιος ἐνταῦθα Σευηριανός. καὶ ἐπὶ ἱκανοὺς χρό-
νους εἶχε ΙΔ. καλλιγράφους σύμφρονας αὐτοῦ, κατ' ἐπιτροπὴν αὐτοῦ
καθεζομένους, καὶ φαλσεύοντας τὰς βίβλους τῶν δογμάτων, τῶν
πατέρων, καὶ μάλιστα τὰς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου· ἐν οἷς ἐλθόντων ἡμῶν
εἰς τὴν πρὸς Σούκκενσον, χρῆσιν, τὴν λέγουσαν, ὅτι δύο τὰς φύσεις εἶ-
ναι φαμὲν, οὐχ εὕρομεν αὐτὴν ὀρθῶς κειμένην, ἐν οἵᾳ δήποτε βίβλῳ
ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ἀλλ' αἱ μὲν εἶχον. δύο φύσεις ἡνῶσθαι φαμέν. αἱ
δὲ πάλιν. δύο τὰς φύσεις ἐννοεῖσθαι φαμέν. καὶ ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ

*trisque claritas naturarum emineat ac elucescat. Sic enim ipsum etiam comedisse dicimus, non modò ante paßionem, sed & post resurrectionem, vt naturam corporis sui comprobaret.* Si verò corpus, de quo hæretici disceptant, natura ac substantia appellatur, manifestum est, vtramque in vno Christo naturam integram superesse, hoc est, diuinam & humanam, eumq; in diuina natura proloqui, quæ Deum decent; in nostra autem rursus proferre humana; & statui abiectionis consentanea; ita vt nullam commixtionem, nullam confusionem, nullamque diuisionem in naturis subierit; sed vt sit vnus IESVS & Christus, & Dominus, & Saluator illis, qui piè in ipsum credunt.

Hæc cùm ex Tomo lecta fuissent, eum Ioannes & Gregorius execrati sunt, respuerunt, & quæcunque in eo scripta erant anathemati subiecerunt: Et postquam tomum detestati fuissent, & anathematizassent, protulimus sanctorum Patrum libros, ex quibus omnia testimonia, quæ in tomo comprehēdebantur, desumpta erant; nam in promptu habebamus. Et singula testimonia nihil aliud erant, quàm hæreticorum redargutiones ac refutationes. Et quando ex propriis illorum libris demonstrauimus, eos non Flauianum, sed sanctos Patres diris deuouisse, & anathemati subdidisse; consurrexit populus, plurimisque opprobriis affectos tantum non lapidibus obruit. Hic nimirum triumphus, & hoc dedecus fuit, quod Ioannes cum sociis publicè retulit.

Non abs re fuerit studiosos istud itidem obseruare hoc loco. Narrabant nobis Catholici, qui Alexandriæ degunt, post tempora beati Eulogij Papæ (Alexandrini) hic fuisse præfectum Augustalem Seuerianum, qui satis diu quatuordecim calligraphos seu librarios eiusdem secum sententiæ habuerit ac aluerit, quibus id negotij dabat, vt Patrum libros falsarent ac deprauarent, maximè S. Cyrilli; in cuius epistolam ad Successum cùm incidissemus: dictum illud; *duas in Christo naturas dicimus:* non vllis in Alexandrinis exemplis sincerum ac incorruptum inuenimus: sed quædam habebant; *duas naturas vnitas dicimus.* Alia: *duas naturas considerari dicimus.* Et cum magno

gno

ἡμῶν ὄντων, ἐξήγαγεν ἡμῖν ὁ κύριος Ἰσίδωρος ὁ βιβλοφύλαξ τοῦ πα-
τριαρχείου βίβλον ἔχουσαν ἀνόθευτον τὴν τοιαύτην χρῆσιν. ὁμοίως
καὶ τὴν τοῦ μακαρίου Ἀμβροσίου διέστρεψαν· ἀντὶ γὰρ τοῦ, φυλάξωμεν
τὴν διαφορὰν τῆς θεότητος, καὶ τῆς σαρκὸς φυλάξωμεν τὴν δια-
φορὰν τῆς ἀναγνώσεως. πάλιν τε τὴν τοῦ μακαρίου Πρόκλου τὴν περὶ
χριστοῦ φάσκουσαν, ὅτι ἐκεῖνος ἀφθάρτως ἐγεννήθη. Ὁ καὶ θυρῶν
κεκλεισμένων ἀκωλύτως εἰσελθὼν, οὐ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων, ὁ
Θωμᾶς ἑωρακώς. ἀντὶ τοῦ ἀφθάρτως διὰ τοῦ ω, γραφομένου, οἱ Γαϊα-
νῖται ἄφθαρτος λέγουσι. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὁμολογούμενον τὸ ἄρθρον,
τὸ φάσκον· οὐ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων, τοῦτ᾽ ἔστι τοῦ χριστοῦ. ἐκεῖνο
πάλιν ἀρνητικὸν αὐτὸ φάσκουσι λέγοντες, οὐ τὴν συζυγίαν ὁ Θωμᾶς
ἑωρακὼς, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁμοίως, εἰς τὸ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρι-
σὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, τὸν χορὸν τῶν Ἀποστόλων λέγουσι, ναὸν τοῦ χρι-
στοῦ, σκορπισθέντα φησὶν, καὶ πάλιν συναχθέντα. Ἐν οἷς ἀναισχύντῳ
στόματι, οὐκ ἠρυθρίασαν λέγειν. ὅτι συνέφερε τοῖς χαλκηδονίταις
λέγειν ἐπὶ χριστοῦ δύο ὑποστάσεις καὶ μὴ λέγειν δύο φύσεις. ἡ γὰρ φύ-
σις φησὶν, πολλῶν ὑποστάσεών ἐστι δηλωτική. Ταῦτα αὐτῶν γλωσ-
σαλγούντων, λέγω πρὸς αὐτούς. εἶτα ὑμεῖς οὐκ ὁμολογεῖτε, οὐδὲ μίαν
φύσιν ὅλως ἐν τῷ χριστῷ; Οἱ αἱρετικοὶ λέγουσι. Ναὶ ὁμολογοῦμεν
μίαν φύσιν ἐν αὐτῷ, καθὰ διδάσκουσιν οἱ πατέρες. ταῦτα αὐτῶν ὁμο-
λογούντων, ἔφην μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὥστε καὶ ὑμεῖς ἐλέγχεσθε ἐν αὐτῇ
τῇ μιᾷ φύσει τοῦ χριστοῦ, διαφόρους ὑποστάσεις ὁμολογοῦντες ἐν αὐτῷ.
εἴγε κατὰ τὸν τρόπον, ὃν εἰρήκατε, διαφόρων ὑποστάσεων ὑπάρχει ἡ
φύσις σημαντική.

Ἕτερος πάλιν τρόπος, δι᾽ οὗ συνείραμεν πρὸς σὺν αὐτοὺς Θεο-
δοσιανοὺς, κατὰ παρουσίαν τοῦ Αὐγουσταλίου, ἐπὶ δημοσίας
ἀκοῆς καὶ τῆς πόλεως.

Ἱκανῶς τοίνυν, καὶ ἀναμφιβόλως κατησχυνθέντων τῶν αἱρετικῶν
τῆς γεγενημένης αὐτοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν δραματουργίας, καὶ μηκέτι ὅλως
ἐχόντων πρόσωπον διᾶραι τὸ στόμα αὐτῶν πρὸς σὺν τῆς καθολικῆς
ἐκκλησίας ἀποστείλαντες ἐν Αἰγύπτῳ, μεταστέλλονται τινας ἐπισκό-

πους.

gno in mœrore verſaremur, protulit nobis Dominus Iſidorus Bibliothecæ Patriarchicæ præfectus librum, in qua Cyrilli ſententia habebatur incorrupta. Simili nequitia ſancti quoque Ambroſij dictum corruperunt: Nam loco eius; *Seruemus differentiam diuinitatis, & carnis* poſuerunt; *Seruemus differentiam lectionis*. Corruperunt inſuper, beati Procli de Chriſto dictum, quando ait; *eum abſque corruptione natum eſſe; qui per clauſas ianuas abſque impedimento ingreſſus ſit; in quo naturarum coniunctionem Thomas agnouerit* : loco ἀφθάρτως per ω ſcripti Gaianitæ dicunt ἄφθαρτος, hoc eſt, corruptionis expers: & loco affirmatiui articuli dicentis: ὃ τὴν συζυγίαν, *cuius coniunctionem naturarum*, hoc eſt, Chriſti: ipſi particulam negatiuam ſubſtituunt in hunc modum: οὐ τὴν συζυγίαν, &c. *Thomas non agnouit coniunctionem naturarum*, &c. Sic in illo. *Soluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud*: nomine templi Chriſti, intelligunt Apoſtolorum cœtum diſperſum, rurſusque congregatum. Vbi ore impudentiſsimo affirmare non erubuerunt, Chalcedonenſis Synodi profeſſoribus profuiſſe duas in Chriſto hypoſtaſes, non autem duas naturas profiteri; nam *natura*, inquiunt, *plures hypoſtaſes* indicat. Cùm hæc effutirent, hunc in modum eos compellaui: Anne vos nullam in Chriſto naturã confitemini? Reſponderunt hæretici. Fatemur in illo vnam naturam, ſicut docent Patres. Hæc illis dicentibus, elata voce dixi; vt manifeſtum fiat, vos dum vnam naturam in Chriſto ponitis, diuerſas hypoſtaſes in eodem profiteri, ſi ſecundum modum à vobis ſtatutum, & approbatum diuerſarum hypoſtaſeωn natura index eſt; agedum id demonſtrare aggrediamur.

### *Alius modus, quo cum Theodoſianis congreſſi ſumus, præſente præfecto Auguſtali, in publica ciuitatis audientia.*

SAtis igitur & abſque vlla dubitatione Hæreticis pudore ac rubore ex actione noſtra, quam dramatis inſtar inſtitueramus, ſuffuſis, & cum planè nullus amplius prætextus ſuppeteret, vt os aduerſus Catholicam Eccleſiam aperirent, miſsis in

πους, οὓς ἐδόκουν γραφικοὺς ὑπάρχειν. ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Κωνσταντινοπολί-
της. οἵτινες παραγενόμενοι πρὸς τὸν Αὐγουστάλιον ἐπηρώτων αὐτὸν
ἐπιζητοῦντες ἡμῖν διαλεχθῆναι περὶ Χριστοῦ. καὶ ἀποστείλας, με-
τεστείλατο ἡμᾶς γνησίως ἐν τῷ Πραιτωρίῳ. Οἱ δὲ παραγενόμενοι,
ἀπήγγειλαν ἡμῖν, ὡς ὅτι ἐπίσκοποί τινες παρεγένοντο Θεοδοσια-
νοί, ἐπιζητοῦντες περὶ πίστεως συνᾶραι λόγον μεθ' ἡμῶν ἐπὶ τοῦ
Αὐγουσταλίου. παραγενομένων οὖν ἡμῶν, καὶ καθεσθέντων λέγει ὁ
Αὐγουστάλιος. Ἀκούσαντες οἱ ἐπίσκοποι οὗτοι, τὰ κινηθέντα μεταξὺ
τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν Θεοδοσιανῶν, παρεγένοντο ἐπιζητοῦντες
διαλεχθῆναι ἐπὶ τῇ ὁσιότητι ὑμῶν. εἶτα ταῦτα τοῦ ἄρχοντος εἰ-
ρηκότος ἤρξαντο λαλεῖν οἱ ἐπίσκοποι, καὶ κατεγκαλεῖν μοι, ὡς δῆ-
θεν ταράξαντι τὴν πόλιν, καὶ τὸν λαόν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῶν. λέγω
πρὸς αὐτοὺς πρᾳεία, καὶ μειδιώσῃ φωνῇ. Καλόγηροι πατέρες. ἑωρά-
κατέ με ποτέ, ἢ συνετύχετε πρός με, ἢ ἀκηκόατε τῆς πίστεώς μου, ἢ τοῦ
φρονήματός μου, ἐκ τοῦ στόματός μου; καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν, οὐχί.
οὐκοῦν πατέρες εἶπον ἀκούσατε τὴν πίστιν μου, καὶ ἐλπίζω εἰς τὸν θεόν,
ὅτι πάνυ ὑμῖν ἔχει ἀρέσαι. καὶ οὐχ εὑρίσκετε παντοίαν αἰτίαν ἐν ἐ-
μοί. ταῦτα δὲ εἶπον, βουλόμενος πᾶσι φανερῶσαι, καὶ στηλιτεῦσαι τὸν
ἰὸν τὸν ἐγκεκρυμμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. καὶ λαβὼν χάρτην, καὶ
καλαμάριν παρὰ τῶν παρεστώτων νοταρίων, τῷ Αὐγουσταλίῳ ἔγρα-
ψα οὕτως. Ἐγὼ Ἀναστάσιος μοναχὸς ἁγίου ὄρους Σινᾶ, ὁμολογῶ, ὅτι
αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος, ὁ γεννηθεὶς ἐκ θεοῦ πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώ-
νων. αὐτὸς ἐσταυρώθη, καὶ ἐτάφη, καὶ ἔπαθε, καὶ ἀνέστη. ταῦτα ἔγραψα
μὴ ὀνομάσας μήτε σάρκα, μήτε ἐπιδημίαν, μήτε ἐνανθρώπησιν, εἰ μὴ
μόνον γυμνὴν τὴν θεότητα τοῦ θεοῦ λόγου. εἶτα ἀναστὰς ἐπέδωκα αὐτοῖς·
ἀνέγνων, ἐπῄνεσαν, ἐστοίχησαν· ὡς γοῦν εἶδον αὐτοὺς ἐπαινέσαντας
λέγω. Ἐὰν οἶδα, ὅτι οὕτως φρονεῖτε, ὑπογράψατε. καὶ εὐθέως
συγκοινωνῶ ὑμῖν. ἦν γὰρ Κυριακὴ τῶν ἡμερῶν, ὡσεὶ ὥρα τρίτη. ἐδέξ-
αντο, καὶ ὑπέγραψαν. καὶ λαβὼν τὸν χάρτην μετὰ τὴν ὑπογραφήν,
πλησιάσας τῷ δοκοῦντι εἶναι σοφοτέρῳ αὐτῶν. καὶ ἠρέμα τῇ χειρὶ ἁψά-
μενος τοῦ πώγωνος αὐτοῦ εἶπον. Χριστοῦ παθόντος σαρκί, ὦ θεοπασχῖται,

καὶ

Aegyptum nunciis,aduocarunt nonnullos Episcopos, quos scripturarum peritos arbitrabantur; quorum vnus etiam Cynopolitanus erat; qui Augustalem accedentes, rogabant, vt nobiscum de Christo disputandi copiam facerent; quo haud grauatè annuente, mox in Prætorium accersiti sumus. Qui verò missi fuerant, nunciabant nobis, adesse Theodosianos, quibus animus esset nobiscum de fide conferendi præsente Augustali. Cùm venissemus & consedissemus, sic loqui orsus est Augustalis. Cùm audissent Episcopi isti, quæ Ecclesiam inter & Theodosianos disceptationes exstiterint, huc se receperũt, cupientes cum sanctitate vestra disputare. Hæc Augustali locuto, ora resoluerunt illi Episcopi, meque accusare cœperunt, tanquam turbatorem ciuitatis, populi, & Ecclesiæ illorum. Ad quos ego miti & renidente voce. Venerandi Patres: Vidistisne me aliquando? Aut mecum aliquando versati, & familiariter congressi estis? Audiuistisne vnquam fidem meã, aut sensum meum ex ore meo? Quibus abnuentibus, intuli, audite igitur, Patres, fidem meam, bonaq; spe sum fore, vt vobis placeat, neq; vllam in me inueniatis culpam. Hæc prolocutus, cum omnibus planã facere, & in lucem extrahere vellem improbitatem, quæ in pectore totaq; eorum Ecclesia latitabat, chartam accepi, & calamum à Notariis, qui Augustali assistebant, in qua ista scripsi. Ego Anastasius Monachus sancti Montis Sina, profiteor idem Dei verbum ex Patre ante omnia sæcula genitum, crucifixum, sepultum, passumq; esse & resurrexisse. Hæc scripsi, neque carnis mentione facta, neq; verbi ad nos aduentus & conuersationis inter nos; neq; Incarnationis; sed solam verbi diuinitatem expressi. Deinde exsurgens tradidi illis schedam, quã legerunt, laudarunt, approbarunt: quod cum animaduerterem; aiebam; Si eadem vobis mens est; subscribite, & è vestigio communionem vobiscum inibimus. Erat enim dies Dominicus, & quasi hora tertia. Annuerunt & subscripserunt. Accepta charta post subscriptionem accessi ad illum, qui ex eorum numero cæteris sapientior & eruditior videbatur; sensimque manu barbam eius contingens dixi. Memineris illius: *Christo passo in carne*, ô Theopaschi-

καὶ οὐ θεότητι, σαρκὶ παθόντος κατὰ τὴν Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου θεολογί-
αν, καὶ οὐ θεότητι παθόντος κατὰ τὴν Σευήρου βλασφημίαν, κα-
θὼς νῦν ὑπεγράψατε. βουλόμενος γὰρ γυμνῶσαι πᾶσι τὴν ἐν
τῇ ψυχῇ ὑμῶν βλασφημίαν, γυμνὴν θεότητα τοῦ θεοῦ λόγου ἔγρα-
ψα ἐν τῇ τοῦ χάρτου ὑπαγορείᾳ, οὔτε σαρκὸς μνημονεύσας, οὔτε ἐναν-
θρωπήσεως, οὔτε τόκου τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ὡς γοῦν ταῦτα ἀ-
κήκοατε, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήψαντες, πολλὰ ἠγωνίσαντο τὸν
τοιοῦτον χάρτην ἀναλαβεῖν παρ' ἐμοῦ. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ πάντων ἐβόων.
ὅτι περ οὐ δίδωμι τοῦτον ἕως ἂν προσενέγκω αὐτὸν τῷ Χριστῷ καθ'
ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

### Ἕτερος πάλιν σκοπὸς διαλέξεως ὃν συνήραμεν πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἑτεροδόξους ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, λέγω δὴ πρὸς Γεώργιον τὸν πρεσβύτερον, καὶ λογογράφον τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν, τὸν λεγόμενον κλειδοποιόν.

Συγκαθεζομένων ἡμῶν ἐν τῷ σημειογραφείῳ τοῦ καισαρείου, ὁμοί-
ως τὰ ἀπὸ τύπου προβλήματα αὐτῶν ἔλεγον πρὸς ἡμᾶς. ὡς οὐκ
ἔστι φύσις ἀνυπόστατος. λοιπὸν, δύο φύσεις εἰποῦσα ἡ σύνοδος χαλ-
κηδόνος ἐν αὐτῷ ἐξ ἀνάγκης πάσης εὑρίσκεται, καὶ δύο ὑποστά-
σεις, ἤγουν πρόσωπα λέγουσα ἐν Χριστῷ, καὶ οὐκέτι τρία πρόσωπα,
ἤτοι τρεῖς ὑποστάσεις εὑρίσκεσθε λέγοντες, ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος,
ἀλλὰ τέσσαρας. πρὸς ταῦτα πάλιν ἡμεῖς. τί γὰρ παραβλάπτεται ἡ
ἀλήθεια; κἂν εἴπωμεν δύο ὑποστάσεις ἐν τῷ Χριστῷ. οὐκ ἔστι γὰρ πρό-
σωπον ἡ ὑπόστασις. ἀγνοήσαντες οὖν τὸν ἡμέτερον σκοπὸν πάλιν. ὅτι
ὡς κακούργοις πανούργως, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν λέγομεν ταῦτα, ἐνίσταν-
το ἀγανακτοῦντες, καὶ χρήσεις πλείστας, καὶ μαρτυρίας προφέροντες
ἐκ τινῶν τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου. ὅτι
αἱ ὑποστάσεις πρόσωπα εἰσὶ, καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ ἐπὶ
τοῦ λόγου τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. ὅτε οὖν ἱκανῶς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς
ἐνστάσεως ἐκύρωσαν, καὶ ὥρισαν, πρόσωπα εἶναι ἐκ παντὸς τρόπου
τὰς ὑποστάσεις, τότε λέγω πρὸς αὐτούς. ὄντως ἐὰν πρόσωπα δηλοῦσιν

αἱ ὑπο-

ta, non in diuinitate; *in carne passo*, vt tradit Petrus Apostolus, non autem passo in diuinitate, vt blasphemat Seuerus, cuius impietatẽ subscriptione vestra iam approbastis. Volens enim omnibus patefacere blasphemiam in animo vestro delitescẽtem, solam nudamq; verbi Dei diuinitatem in charta notaui, nulla mentione facta carnis, aut Incarnationis, aut ortus ex sanctissima Virgine. Vbi hæc audierunt, tanquam ex crapula ac ebrietate euigilantes & experrecti, nihil non tentarunt, vt huiusmodi chartam à me reciperent: Ego verò perpetim clamabam me non restituturum; quousq; illam Christo aduersus vos in die iudicij attulero.

1. Pet. 4.

*Alia disceptatio & contestatio cum iisdem Sectariis in vrbe Alexandrina, cum Georgio, inquam, cognomento Clidopæo, qui in Ecclesia eorum Presbyteri, & logographi munere fungebatur.*

CONsidentibus nobis in Semeographeo Cæsarij recitarũt nobis solita ex typo suo problemata; videlicet, *nullam esse naturam absq; hypostasi.* Quare cum Synodus Chalcedonensis duas in Christo naturas statuerit, necessariò sequi, eam duas quoque hypostases, hoc est, personas, in eodem Christo posuisse: & ex hoc confici, iam non esse tres, sed quatuor in sanctissima Trinitate personas. Ad quæ nos; Et quid nocumenti infertur veritati, si dicamus duas in Christo esse hypostases? nam hypostasis non est persona. Cùm igitur hic quoque propositum scopumq; nostrũ non animaduerterent; quod scilicet, tanquam cum malignis vafrè & versutè, non apertè & absque circumuentione ageremus; indignari cœperunt, nullaq; testimonia ex sanctis Patribus, & ex ipso etiã Cyrillo protulerunt, quibus demõstrarent; hypostases esse personas tã in sanctissima Trinitate; quàm in verbi Incarnati mysterio. Postquã ergo diu nõ sine magna contẽtione cõfirmassent & definiuissent, personas omnino esse hypostases; tunc dixi; Reuera si hypostases significant personas, insignẽ S. Cyrillo irrogatis iniuriã, quippe quẽ, vt & vos ipsos, Nestorianũ faciatis; cùm di-

Typus scriptũ concordia.

αἱ ὑποστάσεις, τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ προσκρούετε, Νεστοριανὸν αὐτὸν, καὶ ἑαυτοὺς δεικνύοντες, φάσκοντα, ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ χριστοῦ ὑποστάσεις, ἤτοι, ἀσύγχυτα ὑπάρχουσι τοῦ χριστοῦ τὰ πρόσωπα. τὸ γὰρ, εἰπεῖν, μεμενήκασι, τὴν αἰώνιον αὐτῶν, καὶ ἀσύγχυτον, καὶ ἐνύπαρκτον διαμονὴν παρίστησι. τὸ γὰρ παράδοξον. ὅτι οὐκ εἶπεν, ἀδιαίρετοι μεμενήκασιν αἱ ὑποστάσεις, ἀλλ' ἀσύγχυτοι, τοῦτ' ἔστιν, εὔδηλοι, καὶ εὐσυνόπτοι, καὶ γνωριζόμεναι, καὶ ἀριθμούμεναι, καὶ διαμένουσαι. Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν ὅρον λοιπὸν, καὶ τὸν νόμον, ἡνίκα λέγετε, ἐκ δύο ὑποστάσεων τὸν χριστὸν συντεθέντα, ἐκ δύο προσώπων αὐτὸν λέγετε. εἰ δὲ ἐκ δύο προσώπων συνετέθη, δῆλον, ὅτι προδιεπλάσθη ἡ σὰρξ, καὶ τότε ἐνῴκησεν εἰς αὐτὴν ὁ θεὸς λόγος. καὶ εἰ ταῦτα οὕτως, τί μάχετε Νεστορίῳ τὰ Νεστορίου φρονοῦντες; ὄντως, ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται. οἱ δὲ ὅροι οὗτοι οὐ παρελεύσονται. ὅτι ἐὰν ἡ ὑπόστασις πρόσωπον δηλοῖ, ἀδύνατόν ἐστι λέγειν, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ χριστοῦ ὑποστάσεις. καὶ εἴ τις μετὰ τὴν ἄχραντον ἕνωσιν διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις, καὶ τύπος ἡμῖν ἔσται ἡ κιβωτὸς τῶν τοῦ χριστοῦ φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων. χρήσεις γάρ εἰσιν αὗται, ὡς λέγετε τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ ἄλλαι πλεῖσται λέγουσαι ἐν χριστῷ ὑποστάσεις. μέχρι τούτου τὰ τῆς διαλέξεως. διὰ τοῦτο τοῦ τρόπου συντομοτέρως οἱ αἱρετικοὶ αἰσχυνόνται.

### Περὶ τῆς φωνῆς τῆς λεγούσης, μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, ἣν ἄνω, καὶ κάτω περιφέρουσιν οἱ μὲν αἱρετικοί.

Αὐτοῦ μὲν δὴ λέγω τοῦ πανσόφου Κυρίλλου ἑρμηνεύσαντος τὴν προκειμένην αὐτοῦ φωνὴν, περιττόν τι λογίζομαι ἀμφιβάλλειν περὶ αὐτῆς. πλὴν καθὼς ὁ αὐτὸς μακάριος Κύριλλος, πρὸς Σούκενσον ἡμᾶς γράφων διδάσκει. οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ διὰ τοῦ εἰπεῖν σεσαρκωμένην, εἰ μὴ τὴν ἀνθρωπίνην ἡμῶν φύσιν. ὅπερ μαθόντες ἡνίκα λέγει πρὸς ἡμᾶς ὁ δι' ἐναντίας. μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην. εἰπὲ πρὸς αὐτόν. τίς γὰρ τῶν εὐφρονούντων δύναται ὅλως εἰπεῖν, δύο φύσεις τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένας; ἐπεὶ εὑρεθήσονται

τέσσα-

cat; inconfusas mansisse Christi hypostases: siue inconfusas existere Christi personas. Nam vocabulum: *mansisse:* perpetuam illarum & inconfusam, & subsistentem durationem indicat; dignumque admiratione duco; quod non ait: *indiuisas* mansisse hypostases; sed *inconfusas*, hoc est, manifestas, visu cognituque faciles, numerari aptas, & permanentes. Secundum hanc igitur legem & regulam, quando docetis, Christũ ex duabus hypostasibus compositum esse; ex duabus personis compositum asseueratis; Si verò ex duabus personis compositus est; liquet prius formatam fuisse carnem; & tum demùm diuinum verbum in eam habitandi gratia venisse. Si hæc ita sese habent, qua de caussa oppugnatis Nestorium, quandoquidem cum Nestorio sententia vestra concinit? Verè cœlum & terra transibunt; at regulæ istæ & decreta nõ præteribunt; nimirum, si hypostasis significat personam, impossibile est, vt quis dicat, hypostases Christi mansisse incõfusas. Item; *si quis post immaculatam vnionem hypostases diuidit.* Denique; *Duarum in Christo naturarum siue hypostaseωn arca fœderis figuram gerit.* Hæc enim sunt, vt dicitis, sancti Cyrilli dicta, vt & alia non pauca, quæ in Christo *hypostases* nominant. Hucusque de disputatione nostra; & hoc modo breuius & expeditius in ruborem dantur hæretici.

### *De dicto, vnam in verbo esse naturam incarnatam, quod hæretici perpetuò nobis obiiciunt.*

CVM ipse sapientissimus Cyrillus dictum hoc nobis explicet, & quam sententiam subiectam habeat, interpretetur, superfluum arbitror de sensu eius ambigere; significat enim id, quod ipse Cyrillus in epistola ad Successum indicauit, quando dixit; *naturam incarnatam*; Quo intellecto, quando aduersariorum quispiam vnam verbi diuini naturam incarnatam nominat; dic ad illum: Et quis, qui stultus non fuerit, affirmare ausit duas Christi naturas incarna-

*De hoc S. Cyrilli dicto fusè disputat Damascenus lib. de composita natura Christi cõtra Acephalos, & Eulogius Alexandrinus Patriarcha apud Photium.*

τέσσαρες φύσεις ἐν τῷ χριστῷ. ἀλλ' οὐχ οὕτως, μὴ γένοιτο. οὐκοῦν τὸ εἰπεῖν μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, ἑρμηνεύει ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ὁ αὐτὸς σοφώτατος πατὴρ λέγων. μίαν χριστοῦ φύσιν σεσαρκωμένην, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι ἓν πρόσωπον τῆς ἁγίας τριάδος σεσαρκωμένον. ὁ λόγος γὰρ σὰρξ ἐγένετο, ὡς φησὶν ὁ εὐαγγελιστής. τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων, τοῦ πατρὸς μίαν φύσιν σεσαρκωμένην λέγοντος, τί δήποτε μὴ ἀρκεῖσθε τῇ τοιαύτῃ φωνῇ; ἀλλὰ καινοτομεῖτε τὸν διδάσκαλον λέγοντες, μία φύσις ὁ χριστός. φύσις γὰρ χριστοῦ μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται. ποίου τῶν πατέρων ταῦτα ἠκούσατε λέγοντος; τίς τῶν διδασκάλων μίαν φύσιν εἴρηκεν, ἤγουν ἓν γένος εἶναι τὴν θεότητα, καὶ τὴν σάρκα τοῦ χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν; πῶς δὲ ὅλως δυνατὸν γενέσθαι ὁμοφυὲς, καὶ ὁμογενὲς, τὸ κτιστὸν, καὶ τὸ ἄκτιστον; ὅπου γὰρ μία φύσις λέγεται, ἐκεῖ πάντως ἓν γένος καθέστηκεν, ἢ ὅλον κτιστὸν ὑπάρχον. ἢ, ὅλον ἄκτιστον. εἰ οὖν μία φύσις ὁ χριστὸς, πάντως ἡμιγενὴς ὁ ἄνθρωπος. καθὼς, οἱ τῶν Μανιχαίων μῦθοι διδάσκουσιν. εἰ δὲ οὐχ ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῷ θεῷ λόγῳ ἀλλὰ τετραούσιος πάντως, ὅτι ἑτέρα, καὶ ἑτέρα φύσις ἐστὶ, καθὰ ὁ θεῖος Κύριλλος πρὸς Εὐλόγιον φησί. τέλειος γὰρ ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι ὁ χριστὸς, κατὰ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων εὐσεβεῖς παραδόσεις.

Ταῦτα τὰ ὅπλα, ὦ πρόμαχοι τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἀληθείας φυλάξατε ἐν καιρῷ πολέμου. καὶ ὁπηνίκα τῆς ἀγέλης ἐκείνων τῶν λύκων προσπελάσαι τις, σὺν ψυχροὺς ἐκείνους προσάγων περὶ χριστοῦ μύθους, καὶ φαντασίαν, καὶ δόκησιν τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας ποιούμενος, καὶ λέγων, ὅτι λεπταῖς τισιν ἐννοίαις ἤτοι νοῦ φαντασίαις νοοῦμεν τὸν χριστὸν ἐκ δύο φύσεων μίαν φύσιν σεσαρκωμένην. μετὰ γὰρ τὴν ἕνωσιν οὐκέτι εἰσὶ δύο φύσεις. ἐθεώθη γὰρ ἡ σὰρξ, καὶ ἀνεκράθη ὥσπερ σταγὼν ὄξους ἐν τῷ πελάγει. καὶ τοιαύτη γέγονεν, οἷον καὶ τὸ, θεώσαν αὐτήν. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα καὶ ἡ σὰρξ γένηται λόγος· ἡ γὰρ θέλησις θεότητος μόνη, ὥσπερ καὶ * ὁμοία μόνη τοῦ λόγου, καὶ οὐ δύο, φύσεις ἐπὶ χριστοῦ, μία προσκυνητὴ, καὶ μία ἀπροσκύνητος. τὰ λοιπὰ, τὰ καλῶς μὲν τοῖς πατράσι λεγόμενα, κακῶς δὲ τοῖς αἱρετικοῖς ἑρμηνευόμενα, ὅτι αὐ-

* Lege, οὐσία, patet ex sequentibus.

δὴ

carnatas? sic enim quatuor naturæ in Christo forent; quod absit. Igitur quis sensus sit, quando vnam naturam incarnatam scripsit, alibi idem sapientissimus Pater nobis exposuit, neque enim nomine naturæ vnius incarnatæ aliud intellexit; quàm vnam personam sanctissimæ Trinitatis Incarnatam esse; Verbum enim caro factum est; vt Euangelista dicit; Hæc *Ioan. 1.* cùm ita sese habeant, cumque sanctus Pater vnam naturam incarnatam affirmarit; vt quid hac voce contenti non estis, sed nouum sensum Doctori affingitis, quasi dixerit; Christum esse vnam naturam: solamque diuinitatem, tametsi incarnatam, Christi naturam? Ex quo Patre hoc didicistis? Quis doctorum vnam naturam, siue vnius eiusdemque rationis, vnione peracta, diuinitatem & carnem Christi esse docuit? Et quo pacto fieri potest, vt creatum & increatum in eandem naturam idemque genus conueniant, ita vt totum vel sit creatum, vel increatum? Si igitur Christus est vna natura, sequitur eum esse dimidiati generis hominem seu semihominem, sicut Manichæorum fabulæ tradunt. Si verò corpus non est eiusdem, sed diuersæ omnino à diuino verbo substantiæ, alia & alia natura sit oportet; sicut diuinus Cyrillus ad Eulogium affirmat. Perfectus enim est Christus in diuinitate, & perfectus in humanitate, vt sancti Patres piè nobis tradiderũt.

Hæc arma, ô sanctæ Ecclesiæ & diuinæ veritatis propugnatores, tempore belli retinete. Et si quis de grege illo lupus ad vos accedat; afferatque frigidas illas de Christo fabulas, toto Incarnationis mysterio in phantasiam inanemque existimationem conuerso, dicatque, nos nuda animi cogitatione & mentis apprehensione CHRISTVM ex duabus naturis constantem, tanquam vnam naturam incarnatam concipere; nam post vnionem non esse amplius duas naturas; Carnem enim esse deificatam, & velut aceti guttam vasto pelago commixtam; eam naturam induisse; quam habet id, à quo deificata est; nam Verbum esse carnem factum, vt & caro fieret Verbum: Voluntatem vnicam Deitatis esse; sicut & substantiam vnicam verbi; neque duas esse Christi naturas, alteram capacem adorationis, alteram adorationis

δὴ τούτου, καὶ τοῦ τοιούτου τῆς δοκήσεως, καὶ φαντασίας προ-
φέρουσι λόγους, ἐννοήθητι τοῦ Σολομῶντος λέγοντος. ὅτι, ἀποκρί-
νου τῷ ἄφρονι πρὸς τὴν ἀφροσύνην καὶ εἰπὲ καὶ σύ, ἀσύγχυτοι με-
μενήκασι, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν αἱ Χριστοῦ ὑποστάσεις. καὶ εἴ τις μετὰ τὴν
ἕνωσιν διαιρεῖ τὰς Χριστοῦ ὑποστάσεις, ἀνάθεμα ἔστω αὐτῷ, καθὰ
φησὶν ὁ θεόσοφος Κύριλλος. τύπος γάρ ἐστιν ἡ ἐν τῷ νόμῳ κιβω-
τὸς τῶν Χριστοῦ ὑποστάσεων. τί δέ εἰσιν αἱ ὑποστάσεις; πρόδηλον,
ὅτι πρόσωπα, καθὼς πάλιν ὁ αὐτὸς διδάσκει θεῖος Κύριλλος,
καὶ πᾶς ὁ τῶν ἁγίων πατέρων χορός. οὕτω κατὰ τῶν ἐναντίων, διὰ
τῶν ἐναντίων ὁ πιστὸς ἐναντιώθητι. οὕτως αὐτοὺς πολέμησον. ἐν
τούτοις ὅπλοις σφάξον μοι τὸν μιαρὸν Σευῆρον. ἐν τούτοις κατά-
βαλε Διόσκορον. ἐν τούτοις πάταξον Θεοδόσιον, καὶ Γάϊον, καὶ
Ἰουλιανὸν, καὶ ὅλον τὸ δεκακέρατον αὐτῶν, τῶν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ
δογματιζόντων φύσιν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ἘΝΔΈΚΑΤΟΝ.

Ἐν ᾧ σημαίνει ὁ ποιητὴς, πόθεν ἐρρήθησαν τῷ διδασκάλῳ
αἱ δύο φύσεις;

Ὅπως δὲ μή τις τῶν καθ' ἡμᾶς, ἢ μεθ' ἡμᾶς δό-
ξῃ μανέντας ἡμᾶς τὰ Νεστορίου φρονεῖν, καὶ δύο
πρόσωπα, καὶ ὑποστάσεις ἐν Χριστῷ ὁμολογεῖν ἀσε-
βῶς, ἀναγκαῖον τὸ εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐρρέθη ἡ
τοιαύτη φωνή. ἡ τῶν Ἄφρων, καὶ Ῥωμαίων, καὶ δυτικῶν γλῶττα,
κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους, τοὺς τοῦ κηρύγματος, οὔπω δογματικῶν
λέξεων, καὶ βάθους πεῖραν ἔχουσα, ὡς ἐθνικὴ καὶ βάρβαρος, οὐκ
ηὐπόρει διαστεῖλαι τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν φύσιν ἐκ τῆς ὑποστάσεως,
ἀλλὰ ταυτὸν ἔφασκε τὴν οὐσίαν τῇ ὑποστάσει, ὕπαρξιν τὰς ἀμφοτέ-
ρας λέξεις ὀνομάζουσα. καὶ ὅλως ὑπόστασιν εἰπεῖν μὴ εὐποροῦσα, ἀλ-
λὰ τρεῖς ὑπάρξεις τὰ τρία πρόσωπα τῆς ἁγίας τριάδος λέγουσα.
ἡ δὲ ὕπαρξις δύναται τρόπῳ τινι, καὶ ἀντὶ οὐσίας, καὶ ἀντὶ ὑποστά-

incapacem, & id genus alia probè quidem interdum à Patribus asserta, ab istis autem perperam intellecta; si quis, inquã, hæc vel his similia protulerit, veniat tibi in mentem illud Salomonis: *Responde stulto secundum stultitiam suam*: dicitoque. *Inconfusæ manserunt etiam post vnionem Christi hypostases: Et si quis post vnionem diuidit hypostases, anathema esto*; quemadmodum diuinus Cyrillus ait. Nam *legalis illa arca typus quidam est duarum in Christo hypostaseωn.* Quid verò sunt hypostases? Clarum, quod personæ, vt idem S. Cyrillus, & vniuersus Patrum chorus docet. Sic, ô fidelis, aduersariis per aduersa seu contraria occurre. Sic eos oppugna. His absurditatibus execrandum Seuerum macta. His percute Theodosium, & Gaianum, & Iulianum, & totam illam decicornem turbam, quæ vnam in Christo naturam statuit.

*Prou. 26.*

## CAPVT VNDECIMVM.

*In quo indicat Auctor, vnde S. Cyrillus occasionem sumpserit dicendi duas naturas.*

CAETERVM ne quis aut eorum qui nunc viuunt, aut posteris temporibus victuri sunt, arbitretur, nos adeò insanire, vt cum Nestorio duas in Christo personas seu hypostases constituamus, & impiè profiteamur, necessarium duxi explicare, vnde modus ille loquendi manauerit. Afrorum & Romanorum, & omnium occidentalium lingua temporibus antiquis, & sub primordia acceptæ prædicationis, dictionum, quæ ad dogmata pertinent, & profundorum sensuum nullam adhuc experientiam habens, vtpote Ethnica & barbara, non poterat essentiam, seu substantiam & naturam ab hypostasi distinguere; sed substantiam idem esse dicebat cum hypostasi, & loco vtriusque dictionis vocabulum subsistentiæ vsurpabat; cumque hypostasin præ linguæ inopia nominare & exprimere

στεως λαμβάνεσθαι. ὕπαρξις μὲν, ὡς ὑπάρχουσα, οὐσία δὲ, ὡς οὖσα. ὑπόστασις δὲ πάλιν, ὡς ὑφεστῶσα. ἀποροῦντες, ὡς προεῖπον, οἱ δυτικοὶ εἰπεῖν τρεῖς ὑποστάσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος, ἔλεγον τρεῖς οὐσίας. ἐκ τούτου τινὲς ἕτεραι χῶραι, τὴν ἑλληνίδα γλῶσσαν καλῶς ἐπιστάμεναι, καὶ τὰς λέξεις, τὰς δογματικὰς διαστέλλειν δυνάμεναι, διεμάχοντο ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου πρὸς τοὺς δυτικοὺς, φάσκοντες αὐτοῖς. ὡς οὐ χρὴ τρεῖς οὐσίας λέγειν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος. οἱ δυτικοὶ, πάλιν ἀγνοοῦντες εἰπεῖν ὑπόστασιν, διισχυρίζοντο τρεῖς λέγειν οὐσίας, ἵνα μὴ ἀνούσιον, φησὶν, εὑρεθῶμεν λέγοντες, ἤγουν, ἀνύπαρκτον τὸν πατέρα, ἢ τὸν υἱὸν, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα. μεγάλης οὖν ἐνστάσεως, καὶ σχίσματος τυγχάνοντος, ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, ὡς υἱὸς εἰρήνης θεοῦ, ᾠκονόμησε τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν καιρῷ τῇ θείᾳ ἐμπνεύσει. καὶ συγκαλεσάμενος ἀμφότερα τὰ μέρη, καὶ ἀνακρίνας, καὶ γνοὺς, ὅτι, τὸ ἓν φρονοῦσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ στενὸν τῆς γλώττης οἱ δυτικοὶ διαμάχονται, εἰρήνευσε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ γράφων πρὸς τοὺς Ἄφρους, συγκαταβάσει τῆς ἀπορίας αὐτῶν χρώμενος, εἶπεν τὴν οὐσίαν ὑπόστασιν. εἴπερ οὖν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου εἰσὶν αἱ χρήσεις, αἱ λέγουσαι τὰς φύσεις, ὑποστάσεις. ἐντεῦθεν τοῦτο ἔλαβε. Ταῦτα μαρτυρεῖ, καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ θεολόγος εἰς τὸν ἐπιτάφιον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. ὁμοίως καὶ ὁ κύριος Εὐλόγιος ὁ πάπας Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν τόμον Λέοντος. Ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς πάλιν λέγω. ὅτι τὰ σπανίως, καὶ ἐξ ἀνάγκης λεγόμενα, οὐδὲ εἰς νόμον γίνονται, οὔτε εἰς πρόκριμα τῇ ἐκκλησίᾳ. πλὴν καὶ ἐν τούτῳ ἡ εὐσέβεια Χαλκηδόνος δείκυται. ὅτι δυναμένη εἰπεῖν ὑποστάσεις ἐν Χριστῷ πατρικῶς, οὐδαμοῦ τῇ τοιαύτῃ λέξει ἐχρήσατο. οὔτε ἐκ δύο ὑποστάσεων αὐτὸν εἴρηκεν.

mere non valeret, tres sanctissimæ Trinitatis personas tres subsistentias appellabat. Potest autem subsistentia aliquo modo & pro substantia, & pro hypostasi vsurpari; Est enim subsistentia, quà subsistit. Et est essentia, quà est. Et hypostasis, quà substat. Cùm ergo, vt dicebam, occidentales tres in Trinitate hypostases dicere nõ valerent; dixerunt tres οὐσίας, seu substantias. Huius locutionis occasione quidam alij Græci sermonis benè periti, dogmaticasque voces accuratè discernere docti, temporibus S. Athanasij, litem mouêre occidentalibus; contendentes, non esse tres substantias in sanctissima Trinitate dicendas. Occidentales contrà, cum tres hypostases dicere nequirent, perstabant in more tres substantias dicendi; ne Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, omni substantiæ ratione priuasse viderentur. Magna igitur contentione & dissensione exorta, diuinus Athanasius, tanquam filius pacis, disposuit sermones suos in iudicio, diuino vtique instinctu; Et conuocata vtraque parte, cognitoque, quod verbis dissentirent, sensu consentirent, solumque propter sermonis patrij egestatem occidentales cum aliis dimicarent, pacem Ecclesiæ reddidit; Scribensque ad Africanos, hypostasin nominauit substantiam, penuriæ sermonis illius modum hunc loquendi largitus: Si igitur testimonia illa, in quibus naturæ vocantur hypostases, verè à S. Cyrillo profecta sunt; hinc vtique profluxerunt. Quod & Gregorius Theologus testatur oratione funebri in S. Athanasium. Similiter & * Dominus Eulogius, Papa Alexandrinus scribens pro tomo seu epistola decretali S. Leonis. Ego autem addo: ea quæ rarò, & quasi ex necessitate, prolata sunt, non transire in legem, neque præiudicare Ecclesiæ. Quin & ex hoc pietas, & recta mens Synodi Chalcedonensis deprehenditur, quòd noluit duas in Christo hypostases dicere; cum id patrum more faciendi facultas non deesset.

*De quo multa Photius in sua Bibliotheca.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

Περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους Χριστοῦ. καὶ ὅτι θεοπασχῖται εἰσὶν, οἱ λέγοντες, τὸ, ἅγιος, ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθών.

Ὅρος ἄριστος ἀνδρῶν πανσοφωτάτων τυγχάνει λέγων. αἱ πραγματικαὶ ἀντιῤῥήσεις, καὶ παραστάσεις, ἰσχυρότεραι, καὶ πιστότεραι, καὶ κραταιότεραι καθ' ὑπερβολὴν τυγχάνουσι τῶν ῥηματικῶν λέξεών τε, καὶ βιβλικῶν ῥήσεων. αἱ μὲν γὰρ πραγματικαὶ παραστάσεις, οὐδαμῶς παραχαραχθῆναι, ἢ ῥαδιουργηθῆναι δύνανται. αἱ δὲ ῥηματικαὶ τῶν δέλτων ἐκθέσεις, πολλάκις ὑπὸ ἀνδρῶν κακοφρόνων προσθήκας, καὶ ὑφαιρέσεις πάσχουσιν. ὡς ἔξεστι μαθεῖν τὸν φιλόπονον, καθὼς καὶ ἤδη προεῖπον, ἐκ πολλῶν ἀντιγράφων, οὐ μόνον δογματικῶν, ἀλλὰ καὶ Μωσαϊκῶν, καὶ προφητικῶν παρηλλαγμένων. καὶ γοῦν κατὰ τὸν † ἐφετινὸν χρόνον διάφορα τεύχη ψηλαφήσας, Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, οὐχ εὗρον ὅλως ἐν αὐτοῖς τὰ τριάκοντα ἀργύρια τῆς τιμῆς τοῦ Χριστοῦ. οὔτε τὴν πρᾶσιν τοῦ ἀγροῦ τοῦ κεραμέως. εἰ οὖν αὐτῆς ἱερᾶς γραφῆς οὐκ ἐφείσαντο οἱ κακόπιστοι· πόσῳ καὶ μᾶλλον τῶν διδασκαλικῶν λόγων, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πλατύτερον εἰρήκαμεν. οὐκοῦν διὰ πραγμάτων μᾶλλον ἰσχυροτέρως καταισχύνονται οἱ αἱρετικοὶ, καὶ ἄπιστοι· διαλεγομένων γὰρ ἡμῶν πάλιν πρὸς αὐτοὺς περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὡς εἴδομεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ σκοποῦ τῶν χρήσεων, ὧν προέφερον, ἀγωνιζομένους παθητὸν δεῖξαι καὶ τὸν θεὸν λόγον, καὶ θνητὸν μετὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκὸς, οὐκέτι λοιπὸν διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ πραγματικῶν σχημάτων, καὶ ὑποδειγμάτων πρὸς αὐτοὺς ἐχρησάμεθα, ἐν πυξίῳ τινὶ διαχαράξαντες τὴν τοῦ δεσπότου σταύρωσιν, καί τινα ἐπιγραφὴν τὴν ἵνα μετὰ τὰς χρήσεις διαγράψομεν.

† L. ἐφεσινὸν.

Χρήσεις

# CAPVT DVODECIMVM.

*De salutifera Christi passione; & Theopaschitas esse, qui vsurpant illud.* Sanctus immortalis crucifixus & passus.

PRAECLARE à sapientissimis viris dictum est; refutationes & probationes per rem & opera, longè esse firmiores, fideliores, & valentiores, quàm quę in solis verbis consistunt, & ex libris hauriuntur: illas enim non posse deprauari, ac in alienum sensum flagitiosè detorqueri: has verò sæpè ab improbis aut additione, aut subtractione corrumpi; quod quiuis harum rerum studiosus cognoscet, vt antea diximus, ex multis exemplaribus non modò dogmaticis; sed & Mosaicis, & Propheticis monumentis; Etenim cum exoptato quodam tempore diuersa exemplaria Hieremiæ Prophetæ in manus sumpsissem, in illis penitus non reperi triginta argenteos, pretium Christi venditi. Neque figuli agrum venditum. Si igitur ne ipsis quidem sacris litteris à fide orthodoxa alieni parcunt; quantò minus falsarias manus à doctorum lucubrationibus abstinebunt, de quo iam antea copiosius dictum? Rebus igitur valentius & validius in ruborem dantur hæretici, fideique veræ expertes. Disceptantibus enim nobis cum aduersariis de salutifera passione & cruce Christi, vbi animaduertimus, eos allaborare, vt ex testimoniis, quæ proferebant, demonstraret, Dei verbum propria cum carne passibile esse; dimissis probationibus in oratione positis, ad rerum argumenta, & exempla me conuerti, depicta in quadam tabella Domini crucifixione, additaque inscriptione, quam testimoniis subiungemus.

*Hier.32.*

Pauca

Χρήσεις ἐκ πολλῶν ὀλίγαι, ἃς προφέρουσι Θεοδοσιανοὶ, καὶ Γαϊανῖται ἀγωνιζόμενοι παθητὸν σὺν τῇ σαρκὶ δεῖξαι, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ θεὸν λόγον, ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους.

Ἀλλὰ λαλοῦμεν θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ. ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

Ἐάσατε μιμητὴν γενέσθαι τοῦ πάθους τοῦ θεοῦ μου.

Ἰουλίου ἐπισκόπου Ῥώμης.

Ἰουδαῖοι τὸ σῶμα σταυροῦντες, τὸν λόγον ἐσταύρωσαν. πρὸς ταύτην τὴν χρῆσιν ἀπεκρίθην εὐθέως λέγων αὐτοῖς. εἰ τὸ σῶμα σταυροῦντες Ἰουδαῖοι, τὸν λόγον ἀπέκτειναν. οὐκ ἦν τριὰς, ἡ τριὰς, ἀλλὰ δυὰς ἐν οὐρανῷ. ἄχρις ἂν ἀνέστη ὁ θεὸς λόγος ἐκ νεκρῶν τριήμερος.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου.

Μή που τὸν λογισμὸν ὀκλάσῃς, αἷμα θεοῦ, καὶ πάθος ἀκούων.

Μελίτωνος ἐπισκόπου Σάρδεων. ἐκ τοῦ λόγου, τοῦ εἰς τὸ πάθος.

Ὁ θεὸς πέπονθεν ὑπὸ δεξιᾶς Ἰσραηλίτιδος.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου.

Ὀλίγαι ῥανίδες αἵματος θεοῦ, κόσμον ὅλον ἡγίασαν.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου κατὰ Νεστορίου.

Θεοῦ τὸ πάθος. θεοῦ ὁ σταυρός. θεοῦ ὁ θάνατος· θεοῦ ἡ ἀνάστασις. συνηγορεῖν δὲ τῇ αὐτῇ θεοπασχίᾳ φάσκουσι καὶ τὴν φωνὴν Γρηγορίου τὴν φάσκουσαν· ὅτι ὁ ἀρνούμενος τὴν χριστοῦ θεότητα, τετάχθω μετὰ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων. διὸ καὶ ὁ πᾶς αὐτῶν σκοπὸς τοῦ τρισαγίου ὕμνου, ὁ φάσκων, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, οὐδὲν ἕτερον σημαίνει, εἰ μὴ, ἅγιος ἀθάνατος ὁ θεὸς λόγος, ὁ παθὼν,

καὶ

### *Pauca ex multis testimonia, quæ proferunt Theodosiani & Gaianitæ vt probent, ipsum etiam Dei verbum cum carne sua passioni fuisse obnoxium.*

*Ex epistola ad Corinthios.*

*Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quam nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* 1. Cor. 2.

*S. Ignatij Episcopi Antiocheni.*

*Sinite me fieri imitatorem passionis Dei mei.*

*Iulij Episcopi Romani.*

*Iudæi corpus crucifigentes, crucifixerunt Verbum.* Ad hoc testimonium statim respondi: Si Iudæi corpus crucifigentes, occiderunt verbum, Trinitas igitur non erat: Trinitas sed sola vt sic dicam, *binitas* in cœlo erat, donec Verbum diuinum tertio die à mortuis resurrexit.

*S. Gregorij Theologi.*

*Ne animo turberis, cum sanguinem Dei & passionem audis.*

*Melitonis Episcopi Sardium. Ex oratione in Passionem.*

*Deus passus est à dextra Israëlitica.*

*S. Gregorij.*

*Paucæ guttulæ sanguinis Dei totum mundum sanctificarunt.*

*S. Cyrilli contra Nestorium.*

*Dei passio, Dei crux, Dei mors, Dei resurrectio.* Aiunt insuper suæ de diuinitatis patibilitate persuasioni patrocinari Gregorium, quando dicit: *Qui Christi diuinitatem inficiatur,* is in numero Iudæorum, qui Deum occiderunt, numeretur. Quare illis etiam verbis, quæ trisagio hymno adiecerunt, *Sanctus, immortalis, qui crucifixus est pro nobis;* nihil aliud indicant, quã hoc;

καὶ ἀποθανὼν δι' ἡμᾶς. τὸν γὰρ θεὸν λόγον, λέγουσιν ἀθάνατον, καθὸ καί ἐστιν ἀθάνατος. ὁμοίως καὶ τὴν φωνὴν, τὴν λέγουσαν, θεοῦ τὸ πάθος, μετὰ πάσης εὐλαβείας νοεῖν χρή. ἐπεὶ δυνατοί τις κακοθελὴς ἂν καὶ ἐπὶ θεοῦ, καὶ πατρὸς ταύτην διαλέγεσθαι· ὁμοίως ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. θεὸς γὰρ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. καθάπερ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱός. ὡς γοῦν ταύτας, καὶ ἑτέρας πλείους παρήγαγον ἡμῖν χρήσεις, παθητὴν, ὡς προεῖπον, ἀγωνιζόμενοι δεῖξαι τὴν θεότητα τοῦ χριστοῦ. οἵτε τὰ Σευήρου, καὶ Γαΐου, καὶ Θεοδοσίου φρονοῦντες, βουλόμενοι τὸν δόλον, καὶ τὸν ἰὸν τὸν κεκρυμμένον ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῶν στηλιτεῦσαι, οὐκέτι ῥηματικῶς, καὶ γραφικῶς πρὸς αὐτοὺς παρεταξάμεθα, ἀλλὰ πραγματικῶς διὰ παραδείγματος, καὶ σχήματος ἐνυποστάτου. ἐν ᾧ, καὶ ἱκανῶς καταισχυνθέντες ἐνετράπησαν. ὡς γὰρ προεῖπον, ἐν πυξίῳ τινὶ διαχαράξαντες τὴν τοῦ δεσπότου σταύρωσιν μετὰ καὶ ἐπιγραφῆς τινὸς ἐξετυπώσαμεν, καὶ τὸν δάκτυλον ἐπιτιθέντες διερωτῶμεν αὐτούς. τίνι ἡ ἐπιγραφή. θεοῦ λόγος ἐν σταυρῷ, καὶ ψυχὴ λογικὴ, καὶ σῶμα.




Σχόλιον. Ἐξορκίζομεν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὸν μεταγράφοντα τὸ βι-

*Sanctum, immortale Dei verbū, quod propter nos passum est ac mortuum.* Verbum enim diuinū vocant immortale, quod & reuera immortale est. Sic & dictū illud; *Dei passio*; cautè & circumspectè accipi debet, quandoquidē aliquis male feriatus id itidem ad Patrem & sanctum Spiritum transferre posset; nam & Spiritus sanctus Deus est; sicut Pater & Filius. Cùm igitur Seueriani, Theodosiani & Gaianitæ has & id genus alias auctoritates attulissent; quibus probare conabātur diuinitatem esse pasibilem; nos dolos reconditos, totumq; illud virus, quod in pectore eorum abditum latebat; in apertum educere, ac palam traducere volentes; omissis argumentis in sermone positis, exq; aliorum scriptis ac lucubrationibus desumptis, ad probationes ex rebus ipsis ex figurâ oculis subiectâ petitas accessimus; Quo probationis genere insigniter quoque confusi sunt: Etenim cùm Dominicam pasionē in tabella quadam, vt antea dictum, effigiassemus, addita inscriptione; quæ talis erat; *Dei Verbum in Cruce: Et anima rationalis & corpus.* Et digitum imposuissemus; cum illis percontando disserebamus. Erat autem figura huiusmodi.




**Scholium.** Adiuramus per filium Dei eum, qui hunc librum

τὸ βιβλίον, ἵνα τὸν αὐτὸν τύπον ποιήσῃ τῆς σταυρώσεως. Τοῦτον τὸν τύ-
πον προθέμενοι, ἠρωτήσαμεν αὐτούς. Ἰδοὺ ὁ χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶν-
τος, ἀνελλιπὴς, καὶ ἀδιαίρετος, ἐν τῷ σταυρῷ, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὁ θεὸς λόγος
καὶ ἡ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνωμένη αὐτῷ ψυχὴ λογικὴ, καὶ τὸ σῶμα.
ποῖον τῶν τριῶν τούτων ἀπέθανε, καὶ ἐνεκρώθη; καὶ ἀργὸν, καὶ ἀκί-
νητον γέγονε; πρόσχε μετ᾽ ἀκριβείας, οὐκ εἶπόν σοι, ποῖον ἐσταυρώθη,
ἀλλὰ, ποῖον ἐκ τῶν τριῶν τούτων, τῶν ἐν χριστῷ ἀπέθανε, καὶ ἐνεκρώ-
θη τριήμερον; Ταῦτα ὑφ᾽ ἡμῶν ἐρωτηθέντες, ὁ μὲν, καὶ ἐσχάτως αἰ-
σχυνθέντες οἱ αἱρετικοὶ, λέγουσι. τὸ σῶμα ἀπέθανε τὸ τοῦ χριστοῦ. λέ-
γομεν πάλιν, πρὸς αὐτούς. μὴ ἀπέθανεν, ἢ ἔπαθεν, ἢ ἐνεκρώθη ἡ ψυ-
χὴ αὐτοῦ; λέγουσιν ἐκεῖνοι. μὴ γένοιτο. τότε διαπαίζοντες, καὶ μυκτη-
ρίζοντες αὐτοὺς εἴπαμεν. εἶτα, οὐκ αἰσχύνεσθε, ὅτι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ,
τὴν κτισθεῖσαν ὑπ᾽ αὐτοῦ, λέγετε ἀπαθῆ, καὶ ἀθάνατον, τὸν δὲ κτί-
σαντα αὐτὴν θεὸν λόγον, λέγετε, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ παθὼν, καὶ ἀπο-
θανὼν δι᾽ ἡμᾶς ὑπὲρ τὰ κτίσματα καθυβρίζοντες τὸν κτίστην; λέ-
γετε τοὺς ἀγγέλους ἀθανάτους, καὶ ἀπαθεῖς. λέγετε τὰς ψυχὰς ἡ-
μῶν ἀθανάτους, * καὶ οὐκ αἰσχύνεσθε πάλιν λέγω, τὸν τούτων ποιη-
τὴν, τὸν φύσει μόνον ὄντα ἀπαθῆ, παθητὸν, καὶ θνητὸν προσαγορεύον-
τες; ὑπὲρ τὰ κτίσματα τὸν κτίστην ἀτιμάζοντες. καὶ πρόσχες, ὃ λέ-
γω. πέντε τινὰ ὑπῆρχον ἐν τῷ σταυρῷ· προσηλουμένου τοῦ χριστοῦ ἐν
αὐτῷ. ἓν ὁ ἥλιος. ὅστις καὶ πρῶτος τοὺς ἥλους, καὶ τὴν λόγχην ἐ-
δέξατο, καὶ ἔμεινεν ἀχώριστος τοῦ σταυροῦ, καὶ ἀπαθὴς ἐκ τῶν ἥλων·
ἓν καὶ τὸ πανάγιον χριστοῦ σῶμα. ἓν καὶ ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχή. ἓν δὲ
ὁ θεὸς λόγος. ἓν καὶ τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ. τὰ τέσσαρα τούτων κτιστά. ὁ
δὲ θεὸς λόγος ἄκτιστος, καὶ κτίστης αὐτῶν. διεφυλάχθη τὰ δύο
κτίσματα ἀπαθῆ· λέγω δὴ, ὁ ἥλιος, καὶ ἡ παναγία αὐτοῦ ψυχή.
καὶ πῶς λοιπὸν ἡ θεότης αὐτοῦ ἀποθνήσκειν ἠδύνατο; ὥστε κατὰ δύο
μὲν τρόπους ἀθάνατος ὁ χριστὸς, καθ᾽ ἕνα δὲ τρόπον θνητὸς, ἤγουν τῇ
σαρκί. οὐκοῦν οἱ πιστοὶ παρά σοι κρίνονται, ὦ ἀκέφαλε, Πέτρος, καὶ
Παῦλος, οἱ στύλοι, καὶ κορυφαῖοι, καὶ φωστῆρες τῆς οἰκουμένης, καὶ
τῆς πίστεως πρόκριτοι κήρυκες; μηκέτι κατὰ Πέτρον τὸν σὸν Κναφέα,
ψάλε τὸ, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ παθὼν θεὸς λόγος, ἀλλὰ κατὰ Πέ-

* λέγετε καὶ τοὺς δαίμονας ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους.

brum transcribit; vt eandem crucifixi speciem hoc loco efformet. Cùm igitur hanc figuram proposuissemus, sic locuti sumus. Ecce Christus filius Dei viui indeficiens, perfectus & indiuisus in cruce pendet, hoc est, Deum verbum, & anima, quæ ei hypostaticè vnita est, & corpus. Quod nã ex his tribus mortem ac internecionem subiit, vitæque ac motus expers effectum est? Attende diligenter, non dixi, quod nam ex his crucifixum est. Sed quod nam ex his tribus in Christo mortem ac internecionem subiit in illo triduo? Hæc nobis sciscitantibus, summo dedecore ac probro affecti hæretici; responderunt; corpus Christi mortuum esse. Quibus nos? An non passa & mortua est anima eius? Illi; absit. Tunc non sine irrisione & illusione subiunximus: An non pudet vos, quod cum animam à verbo creatã statuatis & confiteamini impatibilem ac immortalem, de Deo verbo, qui animam condidit, canere audeatis; *Sanctus, immortalis, qui propter nos passus est ac mortuus*; magisque in creatorem, quàm in creaturas iniuriosi estis? Dicitis Angelos immortales & impatibiles. Animas quoque nostras immortales dicitis. Dæmones insuper impassibiles & immortales asseritis: Et non pudet vos, repetam enim, horum omnium effectorem, qui solus naturâ est impassibilis, passibilem & mortalem appellare, minus honoris & gloriæ creatori, quàm creaturis deferentes. Aduerte mentem ad ea quæ dico. Quinque erant in Cruce, Christo in illa clauis affixo. Erat sol; qui primus clauos & lanceam excepit, mansitq; à cruce inseparabilis, & à clauis nihil doloris passus est. Erat & sacratissimum Christi corpus. Erat & sanctissima eius anima. Erat & Deus Verbum. Erat & lignum Crucis. Quatuor horum creata sunt; at Deus Verbum increatus, & conditor eorũ. Duę creaturæ passionis expertes manserunt, sol, inquam, & sanctissima eius anima. Et quomodo diuinitas eius mori potuit? Itaque duobus modis Christus immortalis est; vno autem mortalis, nimirum secundum carnem. An non igitur ô Acephale, à te iudicantur, & condemnantur fidelissimi illi Petrus & Paulus columnæ & coryphæi, & luminaria mundi, fideique electi præcones? Ne canas amplius cum Petro Fullone. *San-*

τρον τὸν ἁλιέα, λέγε, χριστοῦ παθόντος σαρκὶ ὑπὲρ ἡμῶν. μηκέτι κατὰ Παῦλον τὸν Σαμωσατέα, ἀλλὰ κατὰ Παῦλον τὸν Ταρσέα, χριστὸν κήρυττε θανωθέντα μὲν σαρκί, ζωοποιηθέντα δὲ πνεύματι. σαρκὶ θνητῇ, καὶ οὐ πνεύματι τῷ ἀθανάτῳ χριστὸς τέθνηκεν. Οἱ δὲ ψάλλοντες τό, ἅγιος, ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἢ τὸν θεὸν λόγον τὸν ἀθάνατον θανατωθέντα λέγουσιν, ἢ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τὴν ἀθάνατον. Ἀλλ᾽ ἐλέγχει αὐτοὺς ὁ τοῦ χριστοῦ τάφος, οὐ θεὸν λόγον νεκρωθέντα ἔχων, οὔτε ψυχὴν νοερὰν θανατωθεῖσαν, ἀλλὰ σῶμα ἔνθεον νεκρόν.

Τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων, ὁπηνίκα ἀκούσῃς, ὅτι ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταυρώθη, ἢ ὅτι ὁ θεὸς πέπονθεν ὑπὸ δεξιᾶς Ισραηλίτιδος, ἢ ἐάσατέ με μιμητὴν γενέσθαι τοῦ πάθους τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἢ ῥανίδες αἵματος θεοῦ, ἢ θεοῦ θάνατον, καὶ ταφὴν, καὶ σταυρὸν, μηδαμῶς τῇ τοῦ θεοῦ λόγου φύσει, τὰ πάθη, καὶ τὸν θάνατον λογίσῃ, ἀλλὰ τῇ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνωμένῃ αὐτῷ σαρκί. ὥσπερ γὰρ θεολογεῖται, ἡ σὰρξ διὰ τὴν πρὸς θεὸν λόγον ἄρρητον, καὶ ἀδιαίρετον ἕνωσιν, οὕτω πολλάκις ἀνθρωπολογεῖται, καὶ παθολογεῖται, καὶ θανατολογεῖται, καὶ ὁ ἐν αὐτῇ θεὸς λόγος οἰκειούμενος τὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκὸς πάθη, οἰκονομικῶς, πῶς, καὶ συγκαταβατικῶς, μένων αὐτὸς ἀπαθὴς, καὶ ἀθάνατος· φυσικῶς, καὶ ἀληθῶς, ὡς θεός. καὶ ὥσπερ ἐὰν λαβὼν ῥομφαίαν, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ καμίνῳ τῶν παίδων, ἔσφαξας Αζαρίαν, οὐδαμῶς τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ἔβλαψες, ἢ ἐχώριζες ἐκ τοῦ σώματος. οὕτω καὶ τῆς σαρκὸς χριστοῦ παθούσης, ἀχώριστος, καὶ ἀπαθὴς ἦν ὁ θεὸς λόγος ἐν αὐτῇ.

Οὐ μόνον δὲ εἰς τὸν περὶ τοῦ πάθους χριστοῦ λόγον συμβάλλεται ἡμῖν τὸ προκείμενον τοῦ σταυροῦ ἐκτύπωμα, καὶ ὑπόδειγμα, καὶ ἐπίγραμμα τῶν τριῶν προσηγοριῶν, λέγω δὴ τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τῆς νοερᾶς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ τοῦ παναγίου σώματος, ἀλλὰ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς λοιποῖς τῶν ἐναντίων πρὸς ἡμᾶς προβλήμασι, καὶ διαστρέμμασι. πάλιν γὰρ ἡνίκα ἡμῖν τὰ χρησείδια, καὶ κλεψύδρια προβάλλονται, καὶ τὰς λεπτὰς ἐννοίας περὶ χριστοῦ, ἤτοι νοῦ φαντασίας, καὶ τὰς δοκήσεις, καὶ κράσεις, καὶ συγχύσεις, καὶ συμπλοκὰς, καὶ τὰς ἀρνήσεις τῶν

ἁγίων

*ctus, immortalis, Deus Verbum, qui passus es*: Sed cum piscatore Petro dicito. *Christo passo in carne pro nobis*. Neque amplius cum Paulo Samosatensi, sed cum Paulo Tarsensi prædica: *mortuum quidem carne; viuificatum autem spiritu*. Carne mortali; at non spiritu immortali mortuus est Christus. At qui canunt; *Sanctus, immortalis, qui crucifixus & passus est pro nobis*: illi aut diuinum verbum immortale mortuum ferunt, aut immortalem eius animum. Sed istos redarguit Christi sepulchrum, quod neque Verbum diuinum morte exstinctum, neq; animam rationis participē mortuam, sed corpus diuinum mortuū continuit.

Hæc cùm ita sese habeant, quotiescunque audieris; *Dominum gloriæ crucifixum esse*: aut; *Deum à dextra Israëlitidis passum*; aut; *Sinite me fieri imitatorem passionis Dei mei*. aut; *Guttæ sanguinis Dei*; aut *Dei mortem, & sepulturam, & crucem*; nolito cogitare, quasi verbum diuinum secundum naturam diuinam cruciatus & mortem sustinuerit; sed secundum carnem, quæ ei hypostaticè vnita erat. Quemadmodum enim ea, quæ Dei sunt prædicantur de carne propter ineffabilem, & indiuisam cum Verbo vnionem; sic & quæ hominis sunt, vt pati, mori, sæpè tribuuntur Verbo diuino; quod hæc & similia carnis propria per dispensationem & condescēsionem assumpsit, manens in se naturaliter, & verè tanquam Deus, omnis passionis & interitus expers. Et quemadmodum, si arrepto gladio, ingressus in fornacem, in qua erant tres illi pueri; Azariam percussisses, nihil damni ignis naturæ intulisses, neque ignem à corpore separasses; sic & carne Christi passa separationis & passionis expers permansit Verbum, quod in carne illa habitabat.

Neq; solùm proposita Crucis effigies & exemplum, & inscriptio trium vocabulorum, diuini, inquam, Verbi, & animæ intelligentia præditæ; & sanctissimi corporis, ad Dominicæ passionis rationem demonstrandam conducunt, sed & ad omnia alia problemata, peruersasq; quęstiones, quas nobis aduersarij proponunt; multum conferunt. Quando enim obiectant testimonia, & dictiunculas illas suas, & exiles nudasque cogitationes de Christo, siue mentis cōceptiones & fictiones; & opinationes, & mistiones, & confusiones, & connexiones, &

ἁγίων πατέρων τὰς Σευηροπαραδότων, καὶ τὰ, τῆς σταγόνος τοῦ ὄξους, καὶ τοῦ πελάγους παραδείγματα· καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις αὐτῶν ταῖς προτάσεσι, ταῖς ἀρνουμέναις τὸ εἰπεῖν ἐπὶ Χριστοῦ δύο ἡνωμένας ἀδιαιρέτων φύσεις, ἡμεῖς τὸν προκείμενον τίμιον σταυρὸν, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τριςώνυμον ἐπιγραφὴν κατ' αὐτῶν εἰς τρόπαιον ἀήττητον προβαλλόμεθα διακωμῳδοῦντες αὐτοὺς, καὶ τερετίζοντες, καὶ τὸν δάκτυλον ἡμῶν εἰς ἑκάστην τῶν τριῶν προσηγοριῶν ἐπιτιθέντες, καὶ διερωτῶντες αὐτοὺς, καὶ λέγοντες. τί φατὲ ἡμῖν ὦ οὗτοι προφασιζόμενοι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, σπήλαιον σκοτεινὸν, καὶ δύσβατον, λαβύρινθον λεξειδίων προφέρετε λέγοντες; ὅτι μετὰ τὴν ἄρρητον ἕνωσιν ἐθεώθη ἡ σὰρξ, καὶ οὐκέτι λέγεται φύσις. τοιαύτη γὰρ γέγονεν, οἷος καὶ ὁ θεώσας αὐτὴν θεὸς λόγος. καὶ λοιπὸν οὐκέτι ἐστὶν ἐν τοῖς ἰδίοις ἰδιώμασιν, ἀλλὰ τῇ τοῦ κρείττονος ἐκνικήσει μία φύσις τὸ πᾶν τοῦ Χριστοῦ γέγονε. συνανεκράθη γὰρ τὸ σῶμα τῷ πελάγει τῆς θεότητος. διὸ καὶ τοῦτο τῇ θεώσει θεὸς γέγονε.

Σχόλιον. κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον τὸ καταβατόν.

Τί ἡμῖν τούτων, καὶ τῶν τοιούτων ἄνω, καὶ κάτω περισύρετε λόγους, καλῶς μὲν τοῖς ἁγίοις πατράσιν εἰρημένους, κακῶς δὲ ὑφ' ὑμῶν νοουμένους; Εμβλέψατε δὴ εἰς τὸν προκείμενον τοῦ σταυροῦ τύπον. καὶ εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐν αὐτῷ τριςώνυμον ἐπιγραφὴν, καὶ εἴπατε ἡμῖν, μὴ γέγονεν ὁ θεὸς λόγος ὁμοούσιος τῇ σαρκὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν; μὴ ἀπέστη ἡ νοερὰ ψυχὴ, τοῦ εἶναι ψυχή; μὴ γέγονε τὸ σῶμα ὁμοούσιον τῷ λόγῳ; μὴ ἐστερήθη ἓν τῶν τριῶν τούτων τῆς οἰκείας ἰδιότητος; μὴ γέγονε τὸ σῶμα Χριστοῦ ἀπερίγραπτον; μὴ γέγονε θνητὴ ἡ νοερὰ αὐτοῦ ψυχή; μὴ γέγονε παθητὸς, καὶ ῥευστὸς ὁ θεὸς λόγος; οὐδαμῶς. οὐκοῦν εἰ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἄτρεπτα, καὶ ἀσύγχυτα πάντα τὰ ἐν Χριστῷ μεμενήκασι. πῶς τὰ δύο ἀθάνατα, καὶ τὸ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα μία φύσις λέγεσθαι δύνανται;

Ερώτησις πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἐλέγχουσα τὴν θεοπασχίαν αὐτῶν.

Οὐ λέγετε σταυρωθέντα, τοῦτον λέγετε καὶ ἀποθανόντα, ἢ οὔ; Οἱ αἱρετικοί. ναί. εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ δύο. Ὁ ὀρθόδοξος. καλῶς. λέγοντες οὖν, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ

ἀπο-

& inficiationes ſanctorũ Patrum, quas à Seuero acceperunt; & illa de gutta aceti, & pelagi exempla; vno verbo, omnia illa pronunciata, quæ negant, duas in Christo vnitas naturas dici oportere; nos opponamus illis, prædictam venerandam Crucem, & tria, quæ adſcripta habet, nomina, tanquam inuictum trophæum, eoſque ludibrio, & irriſui exponamus; & digito ad quamlibet ex tribus dictionibus admoto & intento, hunc in modũ ſciſcitemur. Quid dicitis vos, qui *excuſatis excuſationes in peccatis*, qui caliginẽ denſam & imperuiã nobis profertis; & inextricabilem verborum labyrinthum fabricatis, dum aſſeritis: *Poſt ineffabilem illam vnionem carnem in diuinitatem migraſſe; neque iam naturam dici poſſe; talem enim factam eſſe; qualis eſt Deus Verbum, à quo diuinitatem acceperit; neque amplius proprietatibus ſuis conſtare, ſed præſtantiori exſuperanti ceßiſſe, totumq́; vnam Chriſti naturam euaſiſſe, corpus enim diuinitatis pelago commixtum, & deificatione Deum factum eſſe.*

*Pſal.140.*

Scholium. Per interrogationem legenda ſunt ſequentia.

Quid nobis huiuſmodi dicta vſque & vſque reponitis & occinitis, rectè quidem à ſanctis Patribus prolata, perperam verò à vobis intellecta? Reſpicite in propoſitam Crucis effigiem, & in triplicẽ illam Chriſti, quæ adiecta eſt epigraphen, & dicite nobis, num Deus Verbum factus ſit eiuſdem ſubſtantiæ cum carne poſt vnionem? Num anima rationalis deſierit eſſe anima? Num corpus eiuſdem ſubſtantiæ effectum ſit cum Verbo? Num quod ex his tribus inſitis proprietatibus priuatum ſit? Num eius anima rationis particeps mortalis euaſerit? Num Verbum diuinum paſsibile & mutabile effectum ſit? Nequaquam. Si igitur etiam poſt vnionẽ omnia in Chriſto mutationis expertia, & inconfuſa perſtiterũt, qua tandem ratione duo, quę in ipſo ſunt, immortalia, & mortale eius corpus vna natura cenſeri poſſunt?

Quæſtio iiſdem propoſita, redarguens eos, quòd Deum paſsibilem faciunt. Aut eum, quem Crucifixũ dicitis, dicitis etiam mortuum aut nõ? Hæretici. Vtique. vnus enim Chriſtus eſt, non duo. Orthodoxus. Rectè. Quando igitur dicitis: *Sanctus, immortalis, qui pro nobis crucifixus & paſſus eſt*; quem nam im-

ἀποθανών, τίνα λέγετε ἀθάνατον ἀποθανόντα; κἂν γὰρ τὸν θεὸν λόγον εἴπητε, κακῶς λέγετε * οὐ γὰρ ἦν ἀθάνατος ἡ σὰρξ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. κἂν δὲ πάλιν, τὴν πᾶσαν ὁλότητα τοῦ Χριστοῦ εἴπητε, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ παθών, καὶ ἀποθανών, καὶ οὕτως κακῶς λέγετε· τὸ γὰρ ἀθάνατος οὐχ ἁρμόζει ἐπὶ τοῦ σώματος, ὡς ἤδη προεῖπον. ὁ δὲ θάνατος ἀλλότριός ἐστι τοῦ ἀθανάτου λόγου, καὶ τῆς συναθανάτου αὐτοῦ ψυχῆς. ὥστε κατὰ πάντα τρόπον βλάσφημος ὁ τοιοῦτος ὑμῶν ὕμνος σὺν ὑμῖν, καὶ τοῦ ποιήσαντος αὐτόν.

* *Videtur hic hoc vel simile quid deesse.* ἀθάνατος γὰρ ὁ θεός. εἰ δὲ τὴν σάρκα εἴπητε πάλιν κακῶς λέγετε, οὐ γὰρ ἦν, *&c.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

Ἀνάκρισις, ἤτοι συζήτησις, καὶ γυμνασία ὀρθοδόξου, καὶ ἀκεφάλου περὶ τινῶν χρήσεων, ὧν προφέρουσιν, ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων, πᾶσαι αἱρέσεις, αἱ ἀθετεῖν βουλόμεναι τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ. λέγω δὴ αἱ ἀπὸ Οὐάλεντος, καὶ Μάνεντος, καὶ Μαρκίωνος, καὶ καθεξῆς, ἕως Εὐτυχοῦς, καὶ Διοσκόρου, καὶ Σευήρου, καὶ Θεοδοσίου, καὶ Γαϊανοῦ, τῶν μίαν λεγόντων φύσιν τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς θεότητος τοῦ Ἐμμανουήλ.

Πρὸ μέντοι τῆς τοιαύτης διασκέψεως, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι εἰ μὲν αἱρετικῶν τινῶν ἀνδρῶν εἰσὶ προσθῆκαι, τοιαῦται λέξεις, μόνῳ ἔγνωσται τῷ θεῷ. Εὑρίσκομεν γὰρ τοὺς αὐτοὺς ἁγίους πατέρας ἐν ἑτέροις τόποις ἀσύμφωνα, καὶ ἐναντία τῶν τοιούτων χρήσεων εἰρηκότας ῥήματα. εἰ δὲ καὶ ὡς εἰκὸς τινὲς ἐκ τῶν τοιούτων λέξεων πατρικαί εἰσιν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν. ὅτι τοῖς μὲν ἁγίοις πατράσιν, ἢ καταχρηστικῶς πως, καὶ ἀπονήρως ἐν ἀκακίᾳ ἐρρέθησαν, ἢ κατὰ σκοπὸν τιμητικὸν τῆς ἁγίας ψυχῆς, καὶ σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ ἐνοήθησαν. ἃς οἱ ἀπαρνούμενοι τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγον, οὐ κατὰ τὸν σκοπὸν τῶν ἁγίων πατέρων ἑρμηνεύουσιν. ἀλλ' ἐπ' ἀρνήσει τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας αὐτὰς ἐκλαμβάνουσι μίαν φάσκοντες γεγονέναι φύσιν τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς θεότητος, μετὰ τὴν ἄφρασον ἕνωσιν.

mortalem obiisse mortē asseritis? Nam si id asseratis de Verbo diuino, malè dicitis; * caro enim illius non erat in cruce immortalis. Si verò totum illud compositum, quod Christus appellatur, intelligitis, quando canitis: Sanctus immortalis qui passus est ac mortuus, rursus malè persuasi estis: Nam illud, *immortalis*, competere in corpus nequit, vt iam antea dixi. Mors verò in Verbum immortale non cadit, vti neque in animam, quæ cum verbo immortalitatem participat. Quocirca vndequaq; huiusmodi hymnus vester blasphemus est ac impius simul cum auctore suo.

* *Videtur tale quid supplēdū:* Verbū enim immortale est: si verò de carne, rursus perperā sentitis, caro enim, &c.

## CAPVT DECIMVMTERTIVM.

*Examen siue disquisitio & exercitatio Orthodoxi, & Acephali de quibusdam dictis sanctorum Patrum ab omnibus hæreticis, qui diuinam incarnationē Christi Domini oppugnant, proferri consuetis, vt à * Valente, Manete, Marcione, & aliis vsq; ad Eutychen & Dioscorum, Seuerum, Theodosium & Gaianum, qui vnam dicunt esse naturam carnis & diuinitatis in Emmanuele.*

* *Valentino.*

ANTEQVAM rem ipsam aggredimur, hoc præmittimus; Num huiusmodi dicta sint hæreticorū quædam additamenta, soli Deo constare. Videmus enim alibi sanctos Patres planè dissentanea, & talibus testimoniis contraria protulisse. Quod si quædam ex his dictis, verè sunt sanctorum Patrum, vt quidem contingere potest, illud addimus, talia à sanctis Patribus impropriè, seu per abusionem & inculpatè, absque vlla impietatis suspicione, prolata esse, & ferè animo honorandi sanctissimā Christi animam & carnem, quæ, qui Incarnationis mysterium negant, perperam & contra SS. Patrum mentem nunc interpretantur, eoque rapiunt, vt nostram in Christo naturam inficiētur, dum ex carne & diuinitate vnam naturam, post ineffabi-

νωσιν, ὡς οἷα τῆς ἁγίας σαρκὸς τοῦ χριστοῦ διὰ τῆς συγκράσεως μεταβληθείσης εἰς θεότητος φύσιν, προφέροντες ἡμῖν τὴν τοῦ μακαρίου Γρηγορίου φωνὴν, τὴν φάσκουσαν περὶ τοῦ δεσποτικοῦ σώματος. ὅτι καὶ τοῦτο τῇ θεώσει θεός. ὁμοίως καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον λέγοντα. θεοῦ ὁ σταυρός. θεοῦ τὸ πάθος. θεοῦ ὁ θάνατος. θεοῦ ἡ ἀνάστασις. καὶ ἄλλα πλεῖστα τοιαῦτα. ἀγνοοῦσι δὲ οἱ τάλανες, καὶ ἀπαίδευτοι, ὅτι οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ἑνώσει, καὶ θεώσει τοῖς ἁγίοις πατράσιν, αἱ τοιαῦται εἴρηνται φωναί. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ θεῖος Γρηγόριος, τὸ σῶμα τῇ φύσει θεόν, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦτο φησὶν, τῇ θεώσει θεός. ὡς ἵνα τις εἴποι. ὅτι καὶ ὁ σίδηρος τῇ πρὸς τὸ πῦρ ἑνώσει ἀπαστράπτων τῇ πυρώσει πῦρ λέγεται, οὐ μέντοι, καὶ τῇ φύσει. οὐ γὰρ ἀπέστη τοῦ σίδηρος εἶναι. οὕτω καὶ ὁ πάνσοφος Κύριλλος πάλιν, οὐκ εἴρηκεν, ὅτι θεότητος ὁ θάνατος, οὐδὲ θεότητος, τὸ πάθος· ἐπεὶ ἄρα αὖ παθητὸν, καὶ θνητὸν ἐποίει τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ἀλλὰ θεοῦ τὸ πάθος εἶπεν. δύναται γὰρ, ὡς ἤδη προείρηται, εὐσεβεῖ σκοπῷ λέγεσθαι θεὸς, διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν, καὶ ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, εἴγε καὶ ἄνθρωποι ψιλοὶ, καὶ μὴ * ἡνωμένῃ θεότητι, ὠνομάσθησαν θεοί. οὐ δύναται δὲ θεότης καλεῖσθαι κτιστὸν ὑπάρχον τὸ πανάγιον σῶμα. ἵνα μὴ φανῶμεν ὁμοούσιον λέγοντες κτίσματι τὴν θεότητα τῆς ἁγίας τριάδος. ὅθεν θεὸν μὲν λέγομεν πολλάκις, καὶ ὅλον τὸ πλήρωμα τοῦ χριστοῦ, διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν, οὐ λέγομεν δὲ αὐτὸν ὅλον θεότητα, ἀλλὰ θεότητα, καὶ ἀνθρωπότητα, διὰ τὸ διάφορον τῶν φύσεων.

* ἡνωμένοι.

Καὶ ὅπως πάλιν τὸν περὶ τοῦ πάθους χριστοῦ, καὶ τοῦ τρισαγίου αὐτοῦ ὕμνου ἀναλάβω τὸν λόγον. διερωτητέον, καὶ ἀπορητέον αὐτούς, ψαλλόντων, καὶ λεγόντων ὑμῶν, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, πόθεν δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ χριστοῦ τοῦτο λέγετε. εἰ μὲν γὰρ ἐλέγετε, ἅγιος, ἀθάνατος ὁ σταυρωθεὶς σαρκὶ ὑπὲρ ἡμῶν, εὔδηλον, ὅτι εἰς τὸν σαρκωθέντα χριστὸν, τὸν ὕμνον ἀναφέρετε. μὴ ὀνομαζόντων δὲ ὑμῶν ὅλως σάρκα, ἢ σῶμα, ἢ ἐνανθρώπησιν, ἐπὶ τοῦ τοιούτου ὕμνου, ἀλλὰ λεγόντων ξηρᾷ τῇ λέξει, ἅγιος, ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς, δύναταί τις εὐλόγως ἐπιλαβέσθαι ὑμῶν, καὶ εἰπεῖν, ὡς οὐ τὸν χριστὸν λέγετε σταυρωθέντα, ἀλλὰ τὸν ἀθάνατον πατέρα, καὶ θεόν· ἢ τὸ ἀθάνατον

πνεῦμα

lem vnionem, coaluisse tradunt, quasi videlicet sanctissima Christi caro in diuinitatis naturam per commistionem conuersa fuerit; adducuntque quoddam dictum Gregorij Nazianzeni de Dominico corpore dicentis, *ipsum deificatione Deum esse*, & B.Cyrilli, *Dei crucem, Dei passionem, Dei mortem, Dei resurrectionem* prædicantis: & id genus alia complura. Sed miseri & indocti non aduertunt, hæc & similia non esse dicta de natura diuina; sed ob vnionem & deificationem: Neque enim asseruit diuinus Gregorius, corpus naturâ Deum esse; sed perinde est, ac si quis diceret, ferrum ob coniunctionem cum igne fulgescens, ignescendo ignem esse, non vtiq; naturâ, cum ferri naturam non exuerit. Sic & sapientissimus Cyrillus nõ ait: mortem diuinitatis esse; neque diuinitatis passionem; sic enim plenitudinem diuinitatis fecisset passibilem ac mortalem; sed *Dei passionem* dixit. Potest enim recto pioque sensu etiam *Dominicus homo* vocari Deus propter summam illam vnionem, vt antea dictum, quandoquidem nudos quoque, nec cum deitate vnitos homines *Deos* appellatos nouimus. Non potest autem sacratissimum Christi corpus nominari *diuinitas*, ne videamur sacrosanctæ Trinitatis diuinitatem consubstantialem statuere creaturæ. Hinc totum illud, quod Christus appellatur, crebrò vocamus Deum, idq; propter summã vnionem; at non vocamus diuinitatem; sed diuinitatem & humanitatem simul, propter diuersitatem naturarum.

Cæterùm, vt oratio ad Christi passionem, hymnumq; trisagium reuertatur, quærendũ est ex istis: Quando psallitis & dicitis, *Sãctus immortalis, qui pro nobis crucifixus & passus es*, vnde vobis liquet, hęc de Christo accipi. Nam si diceretis; Sanctus immortalis, qui carne pro nobis crucifixus es; planũ clarumq; foret; vos hymnum illum ad Christum incarnatum referre. At cum carnem aut corpus, aut incarnationem in hoc hymno penitus non exprimatis, sed nudè ac præcisè dicatis; *Sanctus immortalis, qui crucifixus es*, meritò poterit quis suspicari, quasi non dicatis Christum esse crucifixum, sed immortalem Patrem ac Deum, aut immortalem Spiritũ sanctum. Nam cùm corpus in cruce mortale, & non immortale fuerit; manifestũ

πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοῦ γὰρ σώματος θνητοῦ ὄντος, καὶ οὐκ ἀθανάτου ἐν τῷ σταυρῷ, πρόδηλοι ἐστὲ ἐκ παντὸς τρόπου. ὅτι, ἢ τὸν ἀθάνατον πατέρα, ἢ τὸν ἀθάνατον θεὸν λόγον, ἢ τὸ ἀθάνατον πνεῦμα ἅγιον, λέγετε σταυρωθέντα, καὶ παθόντα, καὶ θανόντα.

Ἀκέφαλος. Καὶ πῶς πάλιν εὑρίσκομεν τὸν μακάριον Ἀθανάσιον πρὸς Ἰοβενιανὸν τὸν Βασιλέα γράφοντα. ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἵνα καὶ ἡ σὰρξ γένηται λόγος. εἰ οὖν λόγος γέγονε καὶ ἡ σάρξ, πῶς δυνατὸν τοῦ λοιποῦ δύο λέγειν φύσεις; Ὁ ὀρθόδοξος. Καθὼς προείρηκα, καὶ πάλιν ἐρῶ. ὅτι περ ἐγὼ ἀμφίλοβολον ἔχω τὴν γνώμην, εἰ ὅλως τῶν ἁγίων πατέρων εἰσὶν αἱ τοιαῦται φωναί. καὶ ἵνα ἀποτολμήσας εἴπω· κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εἴρηκε τὴν προκειμένην χρῆσιν, ἀδύνατόν τι, καὶ οὐδαμῶς γινόμενον εἴρηκεν. καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁ μακάριος Ἀθανάσιος, καὶ Κύριλλος φάσκουσι λέγοντες· ὅτι ἀδύνατον, καὶ παντελῶς ἀμήχανον, τὴν σάρκα, εἰς τὴν τοῦ λόγου μεταστῆναι φύσιν. πῶς γὰρ δυνατὸν, τὴν μετὰ μυρίας γενεὰς, καὶ χρόνους, ὑπὸ τοῦ προαιωνίου θεοῦ λόγου κτισθεῖσαν, γενέσθαι ὁμοφυῆ, καὶ συγγενῆ τοῦ ἀκτίστου θεοῦ λόγου; εἰ δὲ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα καὶ ἡ σὰρξ γένηται λόγος, πρόδηλον λοιπὸν, ὅτι καὶ ἐν τοῖς τοῦ λόγου ἰδιώμασι χρὴ ὁμολογεῖν τὴν σάρκα, τουτ᾽ ἔστιν, ἀπερίγραπτον, καὶ ἄκτιστον. καὶ ἄναρχον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ συναΐδιον τῷ πατρί. Εἰ δὲ οὐδὲν τούτων δυνατὸν λέγειν εἶναι τὴν ἁγίαν σάρκα τοῦ χριστοῦ, πρόδηλον, ὅτι οὐ γέγονε λόγος ἡ σάρξ. εἰ δὲ οὐ γέγονε λόγος, ὥσπερ οὖν οὐδὲ γέγονεν, ἐψεύσατο, ὁ λέγων, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἵνα καὶ ἡ σὰρξ γένηται λόγος. καὶ μή μοι εἴπῃ ὁ ἀκέφαλος, ὅτι οὐ τῇ φύσει εἶπεν ὁ διδάσκαλος γενέσθαι τὴν σάρκα λόγον, ἀλλὰ τῇ δόξῃ. πρὸς γὰρ τοῦτο, δύναμαί σοι κἀγὼ εἰπεῖν. ὅτι τῇ δόξῃ πάντες ἄνθρωποι δύνανται θεοὶ γενέσθαι. κατὰ τὸ, ἐγὼ εἶπον, θεοὶ ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· πλὴν ὅτι οὐδὲ κεῖται ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ διδασκάλου, ὅτι τῇ δόξῃ. ἀλλ᾽ οὕτως ἀπολύτως, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἵνα καὶ ἡ σὰρξ γένηται λόγος.

Οὐ ταύτην δὲ μόνην τὴν χρῆσιν προφέρουσιν, ὡς τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. ἀλλὰ καὶ ἑτέραν τινὰ φάσκουσαν, χριστὸν σαρκωθέντα δίχα ἁμαρτίας, καὶ σαρκικῶν θελημάτων. ἡ γὰρ θέλησις, φησὶν, θεότητος,

profectò euadit vestro iudicio, vel immortalem Patrem; vel immortalem Deum Verbum, vel immortalem Spiritum sanctum crucifixum, passum ac mortuum esse.

Acephalus. Et quomodo interpretabimur beatum Athanasium, qui ad Iouinianum Imperatorem scribens dixit: *Verbum caro factum est; vt & caro fieret Verbum.* Si igitur etiam caro est facta Verbum; qua ratione fieri potest, vt de cætero duas dicamus naturas? Orthodoxus. Quod antea dixi, id repeto: nimirum vehementi dubitatione me teneri, num talia dicta à sanctis Patribus sint profecta. Et vt audacius quiddam proloquar, etiamsi Angelus è cœlo prędicta verba protulisset, impossibile quid protulisset: Et ipse B. Athanasius, & Cyrillus disertè testantur, fieri non posse, vt caro in Verbi naturam transierit. Quomodo enim fieri potest, vt quæ post infinita sæcula ab æterno Verbo condita est, fiat eiusdem naturæ cum increato Dei Verbo? Si verò *Verbum caro factum est*, vt & caro fieret Verbum, planum fit, etiam Verbi proprietates concedendas esse carni; hoc est, esse incircumscriptum, increatum, principio, & figura carere, & coæternum Patri existere. Quod si nihil horum verè de carne Christi affirmare licet, perspicuum relinquitur, carnem non esse factam Verbum. Si non est facta Verbum, sicut verè non est facta; mentitus est igitur ille, qui dixit; *Verbum esse carnem factam; vt & caro fieret Verbum.* Neque verò obiiciat Acephalus, Magistrum non dixisse, carnem factam esse Verbum naturâ, sed gloria; nam ad hoc in promptu est responsio; omnes homines gloriâ *Deos* effici posse; iuxta illud; *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes*; vt taceam illud, *gloriâ*, in Magistri libro non exstare; sed hoc præcisè: *Verbum caro factum est, vt & caro fieret Verbum.* *Psal. 81.*

Neque hoc solum dictum, tanquam Athanasij producunt, sed & istud, quod dicitur; *Christum incarnatum absque peccato, & carnalibus appetitionibus. Voluntas enim,* inquit, *sola est, diuinitatis, sicut & substantia sola Verbi.* Huius quis auctor sit, dicere,

τητος, μόνη, ὥσπερ καὶ οὐσία μόνη τοῦ λόγου. ταῦτα τίς εἴρηκεν, οὐκ
ἔχω λέγειν. ἐκεῖνο δὲ ἐπίσταμαι, καὶ κηρύττω, ὅτι πᾶς ἄνθρω-
πος μόνην οὐσίαν τοῦ θεοῦ λόγου κηρύττων ἐν τῷ χριστῷ, οὐκ ἔχει
τινὰ κλῆρον, οὐδὲ μέρος ἐν χριστῷ, ὡς ἀρνησάμενος τὸ ἡμέτερον
φύραμα, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν, ἣν ἀνέλαβεν ἐκ τῆς ἁγίας
παρθένου, καὶ θεοτόκου ΜΑΡΙ'ΑΣ. Εἰ γὰρ θεότης ἐστὶ μόνη ἐν τῷ
χριστῷ, τί ἐγκαλοῦμεν τοῖς λέγουσιν Μανιχαίοις, ὅτι ἐν σκιᾷ, καὶ
δοκήσει, καὶ φαντασίᾳ ἦν ἡ σὰρξ τοῦ χριστοῦ. καὶ ἐν τῷ ἡλίῳ ἀνερ-
χόμενος, ἀπέθετο, καὶ αὐτὸ τὸ σκιῶδες σῶμα, ὃ περιέκειτο ἐν φαν-
τασίᾳ. οἷς νῦν, λέγω δὴ Μανιχαίοις, γνησίως μαθητεύσας ὁ σεμ-
νὸς Τιμόθεος, τὴν αὐτὴν αὐτοῖς βαδίζει, καὶ συνοδεύει τῆς πλά-
νης τρίβον φάσκων. ὅτι φύσις τοῦ χριστοῦ μόνη θεότης ἐστὶν, εἰ καὶ
σεσάρκωται. πρὸς ὃν τις εὐκαίρως ἂν τὴν τοιαύτην αὐτοῦ ἀναλαμ-
βανόμενος φωνὴν, ἀνταποκριθήσεται λέγων· εἰ φύσις χριστοῦ
μόνη θεότης ἐστὶν, ἀκόλουθον λοιπὸν, λέγειν, ὅτι γέννησις χριστοῦ μό-
νης θεότητος, καὶ αὔξησις χριστοῦ μόνης θεότητος, νηπιότης χρι-
στοῦ, μόνης θεότητός ἐστι, σπαργάνωσις χριστοῦ, μόνης θεότητος, ψη-
λάφησις χριστοῦ, μόνης θεότητος, πεῖνα, καὶ δίψα, καὶ κόπος,
καὶ ἀγωνία, καὶ πτύσμα, καὶ αἷμα, καὶ δάκρυον χριστοῦ μόνης θεό-
τητος. σταύρωσις χριστοῦ, μόνης θεότητος. καὶ ποῖος εἰπέ μοι ἄν-
θρωπος, ἢ δαίμων, τί τοιούτων τολμήσει εἰπεῖν; οὐκοῦν ἀσεβεῖ Τι-
μόθεος λέγων, φύσις τοῦ χριστοῦ, μόνη θεότης ἐστὶ, καὶ μετὰ σάρκω-
σιν. Εἰ γὰρ μόνη θεότης ἐστὶν ὁ χριστὸς, ἡ δὲ θεότης ἀόρατός, ἐστι, καὶ
ἀψηλάφητος, καὶ ἄθυτος, καὶ ἀμέλιστος, καὶ ἄβρωτος, πρό-
δηλός ἐστιν ὁ Τιμόθεος ἀρνούμενος, ὥσπερ οἱ Ἰουδαῖοι τὴν θυσίαν,
καὶ κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ μὴ πιστεύων, μήτε ὁμολο-
γῶν ἐν ἀληθείᾳ σῶμα, καὶ αἷμα ὁρατὸν, καὶ κτιστὸν, καὶ γηγενὲς
χριστοῦ εἶναι· ὃ προσφέρων μεταδίδωσι τῷ λαῷ λέγων σῶμα, καὶ
αἷμα τοῦ κυρίου, καὶ θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Εἰ γὰρ
φύσιν χριστοῦ μόνην θεότητα εἶναι λέγει, ἀλλότριον δὲ θείας φύ-
σεως τὸ κρατεῖσθαι, καὶ κλᾶσθαι, καὶ μερίζεσθαι, καὶ θρύβεσθαι, καὶ
ἐκχεῖσθαι, καὶ κενοῦσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι, καὶ ὑπὸ ὀδόντων κατα-
τέμνεσθαι.

cere non habeo. Hoc ſcio, palamque pronuncio, omnem hominem, qui vnam tantùm diuini Verbi naturam in Chriſto prædicat, nullam neque ſortem, neque partem in Chriſto habere, vtpote qui maſſam noſtram, noſtramque naturam abneget; quam ex ſanctiſsima Virgine & Deipara aſſumpſit. Si enim ſola diuinitas eſt in Chriſto, cur reprehendimus Manichæos, affirmantes, carnem Chriſti fuiſſe talem ſola ſpecie externa; & exiſtimatione, hancque ipſam vmbratilem ſpeciem nec in re, ſed in phantaſia conſiſtentem, abiectam & à Chriſto depoſitam eſſe, poſtquam in ſolem aſcendit: quorum veſtigia, tanquam genuinus diſcipulus, ſedulo ſectatur grauis ſcilicet Timotheus, eandem erroris ſemitam calcans & peragrans, cùm ait; *ſolam diuinitatem eſſe naturam Chriſti, etiamſi incarnatus ſit.* Quem proprio ipſius dicto non iniuriâ quis hunc in modum refutauerit. Si ſola diuinitas eſt natura Chriſti, ſequitur natiuitatem Chriſti ſolius diuinitatis fuiſſe; profectum ſeu incrementum Chriſti ſecundum ætatem ſolius diuinitatis, infantiam Chriſti ſolius diuinitatis; inuolutionem in faſciis, ſolius diuinitatis, contactum Chriſti, ſolius diuinitatis. Famem & ſitim, & laborem, & anguſtias, & ſputum, ſanguinem, & lacrymas Chriſti ſolius diuinitatis, crucifixionem Chriſti ſolius diuinitatis. Et quis, cedo, hominum vel dæmonum hæc audeat affirmare? Impius igitur eſt Timotheus, cùm ait; *natura Chriſti poſt incarnationem eſt ſola diuinitas.* Si enim Chriſtus eſt ſola diuinitas, diuinitas verò ſub viſum & tactum non cadit, neque ſacrificari poteſt, membrorum ſimul & eſus expers; liquidò conficitur, Timotheum, Iudæorum inſtar, inficiari ſacrificium & communionem ſacratiſsimorum myſteriorum corporis & ſanguinis Chriſti, neque credere vereque confiteri corpus & ſanguinem Chriſti viſibile, creatum & terreſtre eſſe, quod offerens tradit his verbis populo: *Corpus & ſanguis Domini & Dei, & Saluatoris Ieſu Chriſti.* Si enim ſolam diuinitatem naturam Chriſti eſſe aſſerit; teneri autem, & frangi, & diuidi, & in partes diſtribui, & effundi, & exhauriri, & tranſmutari, & dentibus conteri à diuinitate prorſus abhorret, in alterutram foueam Timotheus

 incidat:

τέμνεσθαι. εἰς ἓν ἐκ τῶν ὁποτέρων βόθρων ὁ Τιμόθεος ἐμπίπτει· ἢ παθητὸν, καὶ ῥευστὸν λέγων τὸ θεῖον. ἢ ἀρνούμενος τὸ σῶμα, καὶ αἷμα χριστοῦ, ὅπερ προσάγει, καὶ ἐσθίει ἐπὶ τῆς μυστικῆς θυσίας, καὶ μεταδίδωσι λέγων τῷ λαῷ. σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν μᾶλλον πρὸς τὸν μεταλαμβάνοντα λέγειν. θεότης μόνη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ· λοιπὸν μῦθος παρὰ τῷ Τιμοθέῳ ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος.

Ἀλλ᾽ ἄπαγε. ἡ γὰρ σὰρξ οὐκ ἔστι θεότης, καθὰ ὁ τρισμακάριος Ἀθανάσιος φησὶν, ὧδέ πως λέγων. οὐ γὰρ ἦν τὸ σῶμα ὁ λόγος. ἀλλὰ σῶμα ἦν τοῦ λόγου. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς τὸ διάφορον τῶν οὐσιῶν τοῦ χριστοῦ κηρύττων, κατεγκαλεῖ ἤσι βοῶν. ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο τὴν φωνὴν, τὴν λέγουσαν. ὁμοούσιον εἶναι τὸ σῶμα, καὶ τὸν θεὸν λόγον; εἰ δὲ οὐχ ὁμοούσιον, ἑτέρα * παντὸς, καὶ ἑτέρα φύσις ἐστὶ, καθ᾽ ἃ ὁ πάνσοφος Κύριλλος πρὸς Εὐλόγιον τὸν οἰκεῖον αὐτοῦ τοποποιὸν εἴρηκεν ὄντα ἐν Κωνσταντινουπόλει. εἰ δὲ ἑτέρα, καὶ ἑτέρα φύσις ὁρᾶται ἐν χριστῷ, οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ μόνη τοῦ λόγου. εἰ δὲ οὐκ ἔστι μόνη τοῦ λόγου ἡ χριστοῦ φύσις, ψεύστης ἐστὶ Τιμόθεος λέγων, ὅτι φύσις χριστοῦ μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται.

* πάντως.

Ὁ ἑτερόδοξος φησὶν, οὐκ ἀπαρνούμενος ὁ Τιμόθεος, ἢ Σευῆρος τὴν σάρκωσιν τοῦ χριστοῦ. μίαν φύσιν ἐπ᾽ αὐτοῦ κηρύττουσιν. ἀλλὰ τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἑπόμενοι, ὁ μὲν γὰρ μακάριος Γρηγόριος ὁ θεολόγος φησὶν. ὅτι ὁμόθεον γέγονε τὸ σῶμα τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ τοιοῦτον ἀπετελέσθη, οἷον, καὶ τὸ θεῶσαν αὐτό. ὁ δὲ θεόσοφος Νυσσαεὺς, καὶ ὑποδείγματι κέχρηται ἐπὶ τῇ θεώσει, καὶ μεταστοιχειώσει τοῦ παναγίου σώματος τοῦ χριστοῦ φάσκων. ὅτι καθάπερ σταγὼν ὄξους βληθεῖσα ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάττης, οὐκέτι ἐστὶν ἐν τοῖς ἰδίοις τοῦ ὄξους ἰδιώμασιν. ἀλλὰ μετεποιήθη, καὶ συνεκράθη εἰς τὸ τοῦ πελάγους τῶν ὑδάτων ἰδίωμα. οὕτω δὴ καὶ τὸ πανάγιον ἐκεῖνο σῶμα συνανακραθὲν τῇ θεότητι, οὐκέτι ἐστὶν ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς ἰδιώμασιν.

Ὁ ὀρθόδοξος. Τὴν αὐτὴν πάλιν γνώμην σου ἡμῖν προβαλλομένου, λέγω δὴ τὴν ἀναίρεσιν τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς τοῖς ἤδη προειρημένοις χρήσασθαι καὶ νῦν ῥήμασιν. εἰ γὰρ

τοιοῦ-

incidat oportet; vt aut diuinitatem paſsibilem & mutabilem ſtatuat, aut neget corpus & ſanguinem Chriſti, quæ offert & manducat in myſtica menſa, traditque his verbis populo: corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Debebat enim potius ſumentem ita alloqui. *Sola diuinitas Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Verumenimuerò Incarnatio apud Timotheum fabulæ locum obtinet.

Sed valeat. Caro non eſt diuinitas, vt beatiſsimus Athanaſius affirmat ſic alicubi ſcribens. Corpus non erat Verbum; ſed corpus erat Verbi. Iterum idem diuerſitatem ſubſtantiarum docens, his verbis quoſdam obiurgat. Quis orcus eructauit vocem illam, quæ ait, corpus & Verbum Dei eiuſdem eſſe ſubſtantiæ? Si verò non ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, alia igitur & alia eſt natura, quemadmodum ſapientiſsimus Cyrillus ad Eulogium ſuum Vicarium Conſtantinopoli verſantem ſcripſit. Si verò alia & alia eſt in Chriſto natura, igitur natura illius non eſt ſola natura Verbi. Si ergo natura Verbi non eſt ſola natura Chriſti, mentitur igitur Timotheus, CHRISTI naturam eſſe ſolam diuinitatem, etiamſi incarnatus ſit.

Non abnuit hæreticus ex Timothei & Seueri ſententia, Incarnationem Chriſti in vna natura ſitam eſſe; ſed addit, hoc ab illis factum, imitatione ſanctorum Patrum, cum beatus Gregorius Theologus aſſerat, corpus ad ſimilem cum Verbo diuino deitatem euectum eſſe; Nyſſenus inſuper exemplum adducat, vt declaret, quomodo ſacratiſsimum Chriſti corpus in diuinitatem conuerſum fuerit, ſic inquiens: *Quemadmodum aceti gutta in mare proiecta non retinet amplius aceti proprietates; ſed tranſmutatur, induitq́; proprietates aquæ: Sic & ſanctiſsimum illud corpus cum diuinitate commixtum non habet amplius proprietates carnis.*

Orthodoxus. Cùm iterum nobis ſententiam tuam explices, illam dico, quæ diuinam incarnationem è medio tollit; neceſſe eſt, vt & nos eadem, qua antea defenſione, vtamur.

τοιοῦτον γέγονε τὸ ἅγιον σῶμα, οἷος ὁ θεώσας αὐτὸ θεὸς λόγος. καὶ
οὐκ ἔτι ἐστὶν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἰδιώμασι, πρόδηλον
λοιπὸν, ὅτι οὐκέτι ἐστὶ περιγραπτὸν, οὐκέτι ἐστὶ μεταβατικὸν, οὐκέτι ἐστὶν
ἐκπορευτὸν, οὐκέτι ἐστὶ ψηλαφητὸν, οὐκέτι ἐστὶν ὁρατὸν, οὐκέτι σχῆμα
ἀνθρώπου ἔχει χριστὸς, οὐκέτι μέλη, οὐκέτι χεῖρας, οὐκέτι πό-
δας, οὐκέτι σῶμα, οὐκέτι πλευράν. καὶ πῶς λέγει; ὄψονται, εἰς ὃν
διεκέντησαν. εἰ γὰρ οὐκέτι ἐστὶ τὸ σῶμα χριστοῦ ἐν οἱῳδήποτε ἀνθρω-
πίνῳ ἰδιώματι, ἀλλὰ μεταστοιχειώθη, εἰς τὰ τοῦ πελάγους τῆς θεότητος
ἰδιώματα, πῶς λέγει τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν τριήμερον αὐτοῦ ἔγερσιν.
καὶ πρὸς ἀφθαρσίαν τοῦ σώματος μεταποίησιν. ψηλαφήσατέ με, καὶ
ἴδετε. ὅτι πνεῦμα σάρκα, καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔ-
χοντα. πῶς τοὺς τύπους τῶν ἥλων ἐψηλάφησεν ὁ Θωμᾶς; περὶ ὧν,
φησὶν, ὁ αὐτὸς Νυσσαεὺς οὕτως. Σκόπησον, ὅσον εἰσέδυ τὸ δόρυ ἐν τῇ
πλευρᾷ. ὥστε καὶ χεῖρα ὅλην μαθητοῦ πρὸς ψηλάφησιν δέξασθαι.
ᾧ συμφωνεῖ, καὶ ὁ θεόσοφος Ἐπιφάνιος λέγων· εἰπὲ Μαρκίων,
πῶς ἡ κλάσις τοῦ ἄρτου γέγονεν; ἐν φαντασίᾳ, ἢ σώματος ἐνεργοῦν-
τος ὀγκηροῦ;

Εἰ δὲ πρὸς ταῦτα διαπορεῖ λέγων ὁ δι᾽ ἐναντίας. ὅτι καὶ πῶς
τινὲς τῶν πατέρων φάσκουσι, ὥσπερ καὶ ὁ Νυσσαεὺς, μηκέτι εἶναι τὴν
σάρκα τοῦ κυρίου ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις αὐτῆς ἰδιώμασιν, μανθανέτω ὁ
ἀπαίδευτος. ὅτι οὐ καθ᾽ ὃ αὐτὸς ὑπολαμβάνει, οἱ ἅγιοι πατέρες
τὰς τοιαύτας φωνὰς εἰρήκασιν, ἀλλὰ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον. ἐν ἀρχῇ
ποτὲ τότε ἄφθαρτος, καὶ ἀθάνατος ὑπὸ θεοῦ γεγονὼς ὁ ἄνθρωπος
διὰ τῆς ἁμαρτίας γέγονε φθαρτὸς, καὶ θνητὸς, καὶ ὑλικὸς, καὶ ῥυ-
σὸς, καὶ βροτὸς, καὶ πολυπαθὴς, καὶ ἔλλυπος, καὶ ἔγκοπος, καὶ ἔνδα-
κρυς, καὶ ὑπνηλός. σαρκωθεὶς οὖν ὁ θεὸς λόγος, καὶ λαβὼν τὸ ἡμέτε-
ρον φύραμα, ἀνεκάθαρε, καὶ ἠλευθέρωσεν αὐτὸ πάντων τῶν προσ-
γινομένων αὐτῷ διὰ τῆς ἁμαρτίας ἰδιωμάτων, καὶ παθημάτων. ὅτ᾽
ἂν οὖν ἀκούσῃς διδασκάλου λέγοντος, μηκέτι εἶναι τὴν σάρκα τοῦ
χριστοῦ ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς ἰδιώμασιν, οὕτω νόησον, ὅτι οὐκέτι ἐστὶν ὁ κατ᾽
αὐτὸν νοούμενος ἄνθρωπος, ἐν τοῖς διὰ τῆς ἁμαρτίας προσγινομέ-
νοις τῷ ἡμετέρῳ σώματι φθαρτοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ μεταστοιχειώθη

mur. Si enim ſacrum Chriſti corpus eiuſmodi effectum eſt, cuiuſmodi erat Verbum diuinum, à quo deificationem accepit, ita vt iam humanæ naturæ proprietatibus careat, manifeſtum eſt illud iam non eſſe amplius circumſcriptum, neque de loco ad locum mobile; neque ire aut exire aptum, neque tactile, neque aſpectabile; neque humana figura conſtabit Chriſtus, neque amplius habebit membra, neque manus, neque pedes, neque corpus, neque latus; & quomodo ait Propheta: *Videbunt in quem transfixerunt?* Si enim corpus Chriſti nulla omnino amplius proprietate humana præditum eſt; ſed prorſus in attributa immenſæ diuinitatis conceſsit, qua tandem ratione ait diſcipulis poſt reſurrectionem ſuam: corpore iam in incorruptionem tranſmutato. *Palpate me, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Quomodo fixuras clauorum contrectauit Thomas; de quibus idem Nyſſenus iſta. *Conſidera, quantum in latus lancea intrauit, vt & totam diſcipuli manum capere potuerit.* Cui concinit quoque diuinus Epiphanius. *Dic, Marcion, quomodo panis fractio facta eſt, num ſecundum exiſtimationem tantùm; an operante corpore, mole ſua prædito?*

Zach.12. Luc.24. Ioan.20.

Quod ſi aduerſariorum quiſpiam ad hæc reſpondeat; Etiam ex ſanctorum Patrum numero quoſdam nominatim Nyſſenum affirmare, carnem Domini non amplius ſubiectam eſſe proprietatibus humanis, nouerit imperitus & rudis ſectarius ſanctos Patres nõ eodem ſenſu, quo ipſi ſolent, huiuſmodi loquendi formulas vſurpaſſe. Sed longè diuerſo. Initio enim conditus eſt homo à Deo corruptionis expers, & immortalis: ac per peccatum effectus eſt corruptibilis, mortalis, materiæ cõcretioni ac mutationi, interitui, variiſq; cruciatibus, triſtitiæ, laboribus, lacrymis, ſomnoq; obnoxius. Diuinum igitur verbum, caro factũ, aſſumptam maſſam noſtram emundauit & liberauit, ab omnibus incommodis & calamitatibus, quæ ei per peccatum obtigerant. Quando igitur audis Doctorem aſſerentem, Chriſti carnem non cõſtare amplius proprietatibus carnis, ſic accipe: humanam illam naturam à Chriſto aſſumptam, non amplius ſubiacere illis moleſtiis, quę corpori noſtro ex peccato euenerunt: ſed per vnionẽ cum diuinitate,

διὰ τῆς ἑνώσεως τῆς θεότητος, καὶ τῆς τριημέρου ἐγέρσεως τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα ἐπὶ τὸ κρεῖττον. καὶ οὐκέτι ἐστὶν ἐν τοῖς προτέροις ἰδιώμασιν. οὐκέτι ἐστὶ θνητὸν, οὐδὲ φθαρτὸν, οὐδὲ ῥευστὸν, οὐδὲ ἔγκοπον, οὔτε ἐνδεές· ἀλλὰ μετεποιήθη ἀπὸ θνητοῦ εἰς ἀθάνατον, ἀπὸ φθαρτοῦ, εἰς ἄφθαρτον, καὶ γέγονε τὸ ὑλικὸν, ἄϋλον, τὸ σαρκικὸν, πνευματικὸν, τὸ παθητὸν, ἀπαθὲς, τὸ ῥευστὸν, ἄρευστον, τὸ ἔμπνουν, ἄπνουν, τὸ ἔνυδρον, ἄνυδρον, τὸ ἐνδεὲς, ἀνενδεὲς, τὸ παχυμερὲς, λεπτομερὲς, τὸ πρόσκαιρον, αἰώνιον. οὐ μέντοι καὶ ἀπερίγραπτον, οὐδὲ ἀσχημάτιστον, οὔτε ἀμετάστατον, οὔτε ἀψηλάφητον, οὔτε ἀόρατον, οὔτε ἄκτιστον, οὔτε ἄναρχον. ταῦτα γὰρ μόνης θεότητός εἰσιν ἰδιώματα.

Οὐκοῦν ὁ εὐσεβὴς, καὶ ὀρθόδοξος τῶν πατέρων λόγος οὐκ οἶδε νῦν τὸ πανάγιον Χριστοῦ σῶμα ἐν τοῖς παρεισάκτοις διὰ τῆς παρακοῆς φυσικοῖς ἡμῶν ἰδιώμασιν, ἀλλὰ τοῖς, πρὸ τῆς ἁμαρτίας θεοκτίστοις τοῦ Ἀδὰμ κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν, πράγμασιν. οὕτως εὐσεβῶς νοητέον, καὶ ἐκληπτέον τὰς τῶν πατέρων φωνάς. ὅσον μὲν γὰρ ἰδιωματὸν, καὶ δεκτικὸν τὸ πανάγιον σῶμα, μετέβαλεν ἐκ τῆς καθ᾽ ὑπόστασιν αὐτῷ ἡνωμένης τοῦ λόγου θεότητος· ἵνα τὸ μοναδικὸν τοῦ προσώπου Χριστοῦ μάθωμεν. κοινῶν δὲ, καὶ ἀμέτοχον γέγονεν. ἵνα τὸ διάφορον διδαχθῶμεν τῶν φύσεων. καὶ διὰ τοῦτο εἰ καὶ ἡνώθη τῷ ἀπεριγράπτῳ θεῷ λόγῳ ἡ σὰρξ, οὐ γέγονεν ἀπερίγραπτος, οὔτε ἀΐδιος, εἰ καὶ τῷ ἀϊδίῳ γέγονε σύζυγος, οὔτε μὴν ἀόρατος, εἰ καὶ τὸν ἀόρατον ἔνδον φέρει, οὔτε μὴν ἀσχημάτιστος, εἰ καὶ ἐν ἀσχηματίστῳ τὴν ὕπαρξιν ἔλαβεν, οὔτε ἄκτιστος, εἰ καὶ ἐξ ἀκτίστου εἰς κτίσιν ἦλθεν, καὶ τοῦτον ἐν ἑαυτῇ ἀδιάστατον ἔχει. εἰ δὲ ξηραῖς, καὶ ἀβασανίστοις προσέχεις ταῖς γραφικαῖς, καὶ διδασκαλικαῖς φωναῖς, πολλαῖς, καὶ ὀλεθρίαις ἀτοπίαις περιπίπτεις, καὶ τοῦτο εὐθέως ἐκ τῆς προκειμένης τοῦ πανσόφου Γρηγορίου φωνῆς ἀποδείξω. Ἰδοὺ ὡς σταγόνα ὄξους τὴν ἡμετέραν φύσιν ἔφησεν ἀνακραθεῖσαν τῷ πελάγει τῆς θαλάττης, εὔδηλον, ὅτι ἀόρατος λοιπὸν, καὶ ἀνύπαρκτος, καὶ ἀψηλάφητος γίνεται· Εἰ οὖν τὸ κυριακὸν σῶμα τῇ πρὸς τὸ πέλαγος τῆς θεότητος ἑνώσει ἀόρατον γέγονεν, ἀόρατον δὲ φύσει, καὶ ἀψηλάφητον ὑπάρχει, καὶ τὸ τῆς θεότητος πέλαγος, ἄρα ἂν φαντασία λοιπὸν,

& per resurrectionem post triduum factam, sanctissimũ Christi corpus in melius commutatum ac reformatum esse; neq; iã prioribus corporis cõditionibus & affectionibus subdi. Non enim amplius est mortis & corruptionis capax, non mutationis, non laboris ac molestiarum, neq; egestatis, sed transmutatum est ex mortalitate in immortalitatem, ex corruptione in incorruptionem; & materiale, euasit immateriale; carnale, spirituale; patibile, impatibile; fluxile; omnis fluxus expers. fami obnoxium, supra omnem famem. Aqueum, absq; aqua. Egenum, nullius indigum: spissum, tenue & subtile. Temporarium, æternum; non tamen incircumscriptum; non expers figuræ, non immobile, non intactile, non inaspectabile, non increatum, non absque principio. Hæc enim solius diuinitatis proprietates sunt.

Igitur sancti Patres piè & orthodoxè Christi corpus illis proprietatibus carere tradunt, quæ ex peccato exstiterunt, nõ illis, quas initio creationis suæ habuit Adamus à Deo conditus. Sic nimirum sanctorum Patrũ dicta accipi debent. Quantum igitur fieri poterat; & corporis natura ferebat, mutatum est ex hypostatica cum diuinitate vnione, vt vnitatem personę disceremus: In quorundam verò communionem non est admissum, vt diuersitatẽ naturæ inde cognosceremus. Quapropter licet incircumscripto Deo Verbo sit vnita caro, non tamẽ incircumscripta euasit; neq; æterna, quantumuis cum æterno iugata: neque inaspectabilis, etiamsi inaspectabilem, quasi intus circumferat. Neq; figuræ expers, quanquam in figuræ experte subsistentiam acceperit: neq; increata, licet increati beneficio inter creaturas numeretur, huncq; indiuulsè in se contineat. Quod si ad nuda Scripturæ & Doctorum verba attendas, absq; vlla disquisitione & examine, in multas & perniciosas absurditates incidas oportet. Et hoc confestim ex allato sapientissimi Gregorij testimonio planum faciam. Ecce, naturam nostram ait, vt guttã aceti, diuinitatis pelago commixtam esse. At clarum est, omnem guttam in mare iniectam euanescere, & desinere esse, neque amplius sub tactum cadere. Si igitur corpus Domini per vnionem, cũ diuinitatis quasi immenso mari, inaspectabile effectum est; naturâ autem suâ diui-

καὶ δόκησις ἀρεθήσεται πᾶσα ἡ ἐπὶ γῆς διαγωγὴ τοῦ χριστοῦ, ἀπ' αὐ-
τῆς τῆς ἐκ παρθένου γεννήσεως, καὶ καθεξῆς μέχρι τῆς αὐτοῦ εἰς οὐρα-
νοὺς ἀναλήψεως. οὐκοῦν οὐ συγχύσει πραγμάτων, ἀλλὰ παραβολῇ
ὑποδειγμάτων ὁ θεῖος Γρηγόριος τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ὄξους, καὶ
τῆς θαλάττης ἐχρήσατο. τὸ εὐτελὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, πρὸς τὸ ἄ-
πειρον μέγεθος τοῦ ἀκαταλήπτου πελάγους τῆς θεότητος ἐνδεικνύμε-
νος. οὐ γὰρ ἂν σύγκρασιν, καὶ ἀφανισμὸν κηρύττειν ἔμελλε τῶν χρι-
στοῦ φύσεων, ὁ πρὸς Εὐνόμιον λέγων· ὅτι ποία φύσις χριστοῦ ἐπὶ τοῦ πά-
θους ῥαπίζεται; καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται; φανερὰ γὰρ ταῦτα φη-
σὶν ὁ πατήρ. κἂν μή τις ἑρμηνεύσῃ τῷ λόγῳ· ὅτι αἱ μὲν ὕβρεις τοῦ δού-
λου εἰσὶν ἐν ᾧ ὁ δεσπότης· ἡ δὲ τιμὴ τοῦ δεσπότου, περὶ ὃν ὁ δοῦλος.
ταῦτα ὁ διδάσκαλος λέγων, καὶ δοῦλον ὀνομάσας τὴν σάρκα, ἤ-
γουν τὴν μορφὴν τοῦ δούλου, πῶς λοιπὸν αὐτὴν ἀφανισθεῖσαν, καὶ
συγχυθεῖσαν ὡς σταγόνα ὄξους ἐν πελάγει ἠδύνατο λέγειν; ὥστε οὐ
πρὸς σύγχυσιν, ἀλλὰ πρὸς ἄκραν ἕνωσιν τὸ ὑπόδειγμα αὐτοῦ
ὁρᾷ.

Ο αἱρετικὸς πρὸς ταῦτα. οὐκ ἀπαρνούμενοι οἱ πατέρες τὴν τοῦ
χριστοῦ σάρκα, τὰς τοιαύτας εἰρήκασι φωνὰς, ἀλλὰ τῇ τοῦ κρείττονος
ἐκνικήσει, καὶ θεώσει. ὅθεν, καὶ ὁ ἀποστολικὸς πατὴρ Διονύσιος ὁ ἀρεο-
παγίτης, πάντα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ φυσικὰ, καὶ ἀδιάβλητα ἡμῶν
ὑπὲρ φύσιν, καὶ οὐ κατὰ φύσιν λέγει εἶναι ἐν τῷ χριστῷ. φησὶ γὰρ ἐν
ταῖς θεολογικαῖς αὐτοῦ στοιχειώσεσι, ὡς ἐξ Ἱεροθέου, τοῦ ἁγιωτάτου οὕτως
περὶ χριστοῦ. τὸ δὲ πάντων καινὸν, καινότατον. ὅτι ἐν τοῖς φυσικοῖς ἡ-
μῶν, ὑπὲρ φύσιν ἦν. ἐν τοῖς κατ' οὐσίαν, ὑπερούσιος. πάντα τὰ ἡ-
μῶν, ἐξ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ὑπερέχων. ὅθεν καὶ πρὸς Γάϊον ἐπιστέλ-
λων ὁ αὐτὸς πατὴρ φάσκει· ὅτι οὐ κατὰ ἄνθρωπον ὁ χριστὸς ἐνήργει τὰ
ἀνθρώπινα, καὶ φυσικὰ ἡμῶν πράγματα, ἀλλ' ὑπὲρ ἄνθρωπον
λοιπὸν τὰ ἀνθρώπινα ἔπραττεν.

Ο ὀρθόδοξος. Εν πάσαις μὲν ταῖς θείαις, καὶ ἱεραῖς γραφαῖς,
καὶ ἀναγνώσεσι τῆς θείας εὐλαβείας, καὶ φόβου θεοῦ δέεται ὁ ἄν-
θρωπος, πολλῷ πλέον δὲ ἐν τοῖς περὶ θεοῦ ῥήμασί τε, καὶ κηρύγ-
μασιν. Ἀλλ' οἱ αἱρετικῶν παῖδες ἐοίκασιν μονοφθάλμοις τισὶν ἀν-
θρώποις,

diuinitatis pelagus, nec sub aspectum, nec sub tactum venit; omnis igitur Christi in terris conuersatio & actio nihil aliud fuerit, quàm phantasia quædam, & inanis persuasio, ab ortu ex Virginis vtero, & deinceps vsque ad Ascensionem in cœlos. Diuinus ergo Gregorius mentionem fecit pelagi, & aceti, nō vt res ipsas confunderet; sed vt exemplo aliquo tenuitatem & paruitatem naturæ nostræ cum infinito & incomprehenso illo diuinitatis pelago comparatæ demōstraret. Neq; enim credibile est, eum confusionem & abolitionem naturarum in Christo introducere voluisse, qui hæc aduersus Eunomium scribit. *Quæ nam Christi natura in passione colaphis cæditur? Et quæ ab æterno glorificatur?* Planum porrò est, quid sibi voluerit iste Pater, licet nulla accedat interpretatio; nempe iniurias illas redundasse in seruum, in quo Dominus habitabat, gloriam verò & honorem in Dominū, quem seruus circumdabat. Cùm hæc Doctor asserat, carnemque seruum, aut formam serui appellarit, qua tandem ratione dicere potuit, carnem euanuisse & commixtam fuisse instar guttæ in vasto pelago? Itaq; non ad confusionem, sed ad summam vnionem declarandam exemplum eius spectat.

Hæreticus. Sancti Patres huiusmodi vocibus vsi sunt, nō vt carnem Christi negarent; sed vt ostenderent id, quod excellētius est præualuisse; alterumq;, quod minus est præstās, deitate sua donasse. Vnde etiā Apostolicus Pater Dionysius Areopagita ait: omnia humana; quæ ex natura profluunt, neq; digna quæ repudientur, esse in Christo supra naturam, non secundū naturā. Nam in Theologicis suis initiamentis, quasi ex sanctissimi Hierothei persona ita de Christo scribit: *Omnium mirabilium mirificissimum est; cum in his, quæ nobis sunt naturalia, supra naturā fuisse; & in his, quæ sunt secundum substantiā supra substantiā, ita vt in omnibus nostris, & quæ ex nostris acceperat, supra nos excelleret.* Quare idē Pater in epist. ad Gaiū ait; *Christū non secundū hominē actiones humanas & naturales exercuisse; sed supra hominē omnia humana egisse.*

Orthodoxus. In omnibus quidem diuinæ Scripturæ locis indiget homo reuerentia & timore Dei, maxime verò, vbi sermo est de Deo. Et hæretici quidem similes sunt monoculis; quædam enim Patrum dicta intelligunt; alia verò prætere-

θρώποις, τὰ μὲν τῶν πατέρων καθορῶντες, τὰ δὲ παρορῶντες. ὁ γὰρ πατὴρ οὕτως εἰπών. ὅτι πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμᾶς εἶχεν ὁ χριστός ὁ αὐτὸς πάλιν εἴρηκεν, ἐν τῷ περὶ ἑνώσεως, καὶ διακρίσεως κεφαλαίῳ. ὅτι ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἐσαρκώθη. ὅπερ παχύ τι ῥῆμα, καὶ τοῖς ἰδιώταις βαρὺ καταφαίνεται. ὡς μὴ ῥηθὲν ὑφ' ἑτέρου τινὸς τῶν διδασκάλων. οὐκοῦν ἐχρῆν πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ῥήματα, εὐσεβῶς ἐκλαμβάνειν. εἰ γὰρ οὐδὲν τῶν καθ' ἡμᾶς φυσικῶν εἶχεν καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν ὁ χριστὸς, ἀλλὰ πάντα ὑπὲρ ἡμᾶς, ψεύδεται Παῦλος λέγων, αὐτὸν γενόμενον ἄνθρωπον ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα ἀσπόρως. καὶ πρὸς τὰ παιδία κεκοινωνηκέναι σαρκὸς, καὶ αἵματος, καὶ πεπειραμένον κατὰ πάντα τρόπον καθ' ἡμᾶς, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας.

Σχόλιον. Επεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς, καὶ αἵματος, δοκεῖ μοι, ἔνθεν ἔλαβεν ὁ Διονύσιος τὴν φωνὴν, ὡς Παύλου γενόμενος μαθητής.

Εἰ οὖν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γέγονεν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς ἦν. εἴγε πεπείραται τῶν ἡμετέρων δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας. ὡς Παῦλος νομοθετεῖ. εἰ δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἀνθρωπίνοις, οὐ κατὰ ἄνθρωπον, ἀλλ' ὑπὲρ ἄνθρωπον ἦν, πῶς δυνατὸν λοιπὸν λέγειν, αὐτὸν ὁμοούσιον ἡμῶν εἶναι κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα; ὁμοουσιότης γὰρ κυρίως ἐστὶν ἡ τῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων τοῦ ὁμοφυοῦς ἀπαράλλακτος ταυτότης. οὐκοῦν οὐκ ἀπαρνούμενος ὁ Διονύσιος τὸ τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιον, καθάπερ οἱ αἱρετικοὶ νομίζετε, εἴρηκε, τὸ ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς ἡμῶν, ὑπὲρ φύσιν αὐτὸν εἶναι, καὶ οὐ κατὰ ἄνθρωπον ἐνεργεῖν τὰ ἀνθρώπινα, ἀλλὰ δι' ὅτι οὐκ ἀπὸ σπορᾶς, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ σὺν τῷ θεῷ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν ἐν τῇ μήτρᾳ ὑπέστη τὸ ἀνθρώπινον ἡμῶν τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος τέλειον φύραμα. καὶ λοιπὸν σὺν θεῷ ὑποστὰν, καὶ ἔνθεον, καὶ σύνθεον γεγονός, οὐ ψιλανθρωπα εἶχε τὰ ἀνθρώπινα, ἀλλὰ θεανθρωπα. θεανδρικῶς μὲν, καὶ ἀδιαστάτως τυγχάνοντα ἐν τῷ μοναδικῷ προσώπῳ χριστοῦ. ὅμως φυλάττοντα ἀσύγχυτον ἑκατέρων τὴν οἰκείαν ἰδιότητα, καὶ δηλοῦντα σαφῶς, ὅτι τὰ μὲν τῶν φυσικῶν, καὶ ἀδιαβλήτων ἡμῶν

πραγ-

unt. Nam Pater iste, qui dixerat, Christum omnia nostra supra nos habuisse: in capite de vnione & discretione etiam asseruerat: Christum ex Virginis sanguine incarnatũ esse: quod rudibus ac indoctis admodum crasse dictum videtur, quasi apud alios Patres prorsus inauditum. Par igitur erat, vt omnia huius Patris verba reuerenter recitarentur. Si enim Christus prorsus nihil naturalium secundũ nos similitudine quadam habuit, sed omnia supra nos, mentitur ergo Paulus, cùm ait factum ex semine Dauid secundum carnem absque semine, & *cum pueris communicasse carni & sanguini, & tentatum per omnia pro similitudine absq; peccato.*

Rom. 1.

Heb. 2. & 3.

Scholium. Cùm igitur pueri communicauerint carni & sanguini, videre mihi videor, vndénam Dionysius Pauli discipulus hanc loquendi formulam acceperit.

Si ergo Christus factus est homo in similitudinem hominum secundum nos, sequitur non omnia, quæ in nobis sunt supra nos in ipso fuisse. Et si omnia nostra expertus est, excepto solo peccato, vt Paulus affirmat; sique, quoad humana, nõ secundum hominem, sed supra hominem erat; quo pacto asserit, eum eiusdem esse nobiscum substãtiæ quod ad humanitatem attinet? Nam esse eiusdem substantiæ nihil aliud est, quàm in iisdem naturalibus proprietatibus inuariabilis conuenientia. Ergo minimè negare voluit Dionysius corpus Christi eiusdem nobiscum esse substantiæ, vt arbitrantur hæretici, quando dixit; *Omnia, quæ naturâ nobis insunt, esse in Christo supra naturam; & Christum secundum hominem humana non agere:* sed hoc ideo affirmauit, quia corpus illud non erat ex semine, sed ex diuino Verbo, cumque Verbo diuino hypostaticè, etiam in vtero matris, humana nostra animæ & corporis massa subsistebat, & quidem perfecta; & de cætero cum Deo subsistens diuinum quiddam per diuinitatis participationẽ euasit. Quo fit, vt humana non habuerit nudè, hominum instar; sed Dei simul & hominum more, *theandricè* quidem, hoc est, diuino simul ac humano modo, & indiuulsè in vna singulari Christi persona subsistentia; at nihilominus vtriusque naturæ proprietatem inconfusam conseruantia; quæ manifesto indicio

πραγμάτων ὁ χριστὸς ἐν τῇ οἰκείᾳ σαρκώσει πεποίηκεν ὑπὲρ ἄνθρωπον, τὰ δὲ κατὰ ἄνθρωπον, καὶ κατὰ τὸν νόμον τὸν κοινὸν τῆς ἡμῶν φύσεως. τινὰ δὲ πάλιν, καὶ ταπεινοτέρως τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, ἐν τῇ οἰκείᾳ σαρκὶ διεπράξατο. ἵνα τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράξῃ στόματα. τὸ γὰρ, ὀφθῆναι τὸ εἶδος χριστοῦ ἐν τῷ σταυρῷ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ὥς φησιν ὁ Ἡσαΐας. καὶ πάλιν, τὸ, ὀφθῆναι ἄγγελον ἐνισχύοντα αὐτόν. καὶ τὸ παρὰ τῶν λῃστῶν πλευρὰν τῆσαι αὐτὸν ἐκ τῆς ὀδύνης τῶν ἥλων ἑκουσίως. καὶ, τὸ, μώλωπας, καὶ τύπους τραυμάτων δεῖξαι ἐν ἀφθάρτῳ σώματι, καὶ τὸ, ἐν εὐτελεστάτῃ μορφῇ κηπωροῦ ὁρᾶσθαι φύσιν ἀθανάτου, καὶ πνευματικοῦ σώματος. καὶ τὸ, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συναυλίζεσθαι, καὶ ἐσθίειν, καὶ πίνειν, καὶ συνδιαιτᾶσθαι βροτοῖς, καὶ φθαρτοῖς ἀνθρώποις, τὴν ἄχραντον ἐκείνην, καὶ ἔνθεον, καὶ ἀνενδεῆ, καὶ ἄϋλον, καὶ ἀθάνατον τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, φύσιν. ὄντως πάνυ πτωχείας ἦν ὀς, καὶ συγκαταβάσεως, καὶ εὐτελείας, καὶ ταπεινώσεως μὴ ἁρμοζούσης τῇ ἀθανάτῳ φύσει, τοῦ παναγίου ἐκείνου σώματος χριστοῦ τυγχάνει. ταῦτα γὰρ ἅπαντα οὐκ εἰσὶν ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον πτωχότερα τῆς καθ᾽ ἡμᾶς φύσεως· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἐκ νεκρῶν ἐν τῇ ἀναστάσει ἐγειρόμενος, τοῦ λοιποῦ ἐσθίει, καὶ πίνει βρῶσιν ἰχθύων ὀπτῶν, ἢ ἀπὸ μελισσίου κηρίον. οὐδεὶς δίκαιος, οὔτε δὲ ἁμαρτωλὸς ἀνίσταται ἔχων ἐν τῷ σώματι μώλωπας, καὶ οὐλάς, καὶ τραυμάτων τύπους· οὐδεὶς δίκαιος ἐν εὐτελεστάτῃ μορφῇ κηπωροῦ ἐκ νεκρῶν ἀνίστανται, εἴγε τότε οἱ δίκαιοι λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος.

Εἰ δὲ λέγει μοι ὁ αἱρετικὸς, ὅτι οἰκονομικῶς ταῦτα χριστὸς πεποίηκε πρὸς πίστωσιν τῶν μαθητῶν, καὶ εἰς νόμον οὐκ ἀναφέρονται, κἀγώ σοι εὐθέως ἐρῶ. ὅτι οἰκονομικῶς κατῆλθε, καὶ ἐσαρκώθη, καὶ λοιπὸν μὴ λεγέσθω ἀληθὴς ἡ οἰκονομικὴ αὐτοῦ ἐνανθρώπησις. ἐφεύρεμα γάρ ἐστι τοῦτο πρῶτον τοῦ Μάνεντος. τὸ γὰρ οἰκονομικῶς, ἀντὶ τοῦ φαντασιωδῶς ἐφεῦρεν ὁ Μάνης.

Δειξάντων τοίνυν ἡμῶν ὅτι ἦν ὁ χριστὸς, καὶ εὐτελεστέρως

τῶν

ſunt; Chriſtum in ſua incarnatione, nonnulla ex iis, quæ natura nobis inſunt, nec detrectari aut repudiari queunt, egiſſe ſupra hominem; quædam verò ſecundum hominem & ex naturæ noſtræ communi præſcripto: quædam verò noſtrarum rerum abiectius & contemptius peregit, vt hæreticorum ora obturaret. Nam quod in cruce ſpecies eius inhonora eſt viſa, & *deficiens ſuper filios hominum*, vt Iſaias ait: quodque Angelus ipſum confortans apparuit; & præ dolore crucifixionis ſponte ante latrones animam efflauit, vibicesque & ſigna vulnerum in immortali quoque corpore monſtrauit: & in vili hortulani figura ſeſe oſtendit, cùm iam immortali & ſpiritali corpore præditus eſſet; quodque quadraginta dies cum mortalibus verſari, manducare, & bibere voluit, poſt reſurrectionem natura illa Dominici corporis diuina, nullius indiga, ſpiritualis & immortalis, id reuera egeſtatis cuiuſdam & demiſsionis, & vilitatis, & humilitatis ſanctiſsimo illi corpori nequaquam conuenientis argumentum eſt: Hæc enim omnia non erant ſupra hominem, ſed potius indigentiæ, cui natura noſtra ſubiacet, indicia. Nullus enim hominum in reſurrectione à mortuis excitatus amplius comedit, ac bibit, aut eſu piſcium aſſatorum, aut faui mellis opus habet. Nullus neque ex iuſtorum, neque ex iniuſtorum numero reſurgit vibicibus, cicatricibus & ſignis vulnerum in corpore adhuc inſignitus. Nullus iuſtorum in ſimplicisſima hortulani ſpecie reſurgit; quia tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol.

*Iſaia 53.* *Luc. 22.* *Luc. 23.* *Ioan. 20.* *Ibid.* *Act. 1.* *Matth. 13.*

Si obiiciat hæreticus. Chriſtum hæc omnia feciſſe per diſpenſationem vt diſcipulos in fide corroboraret, neque pro lege haberi debere; ego confeſtim occurram; Chriſtum etiam per diſpenſationem de cœlo deſcendiſſe, & incarnatum eſſe; non ergo amplius cenſeatur vera eius, quæ per diſpenſationẽ contigit, incarnatio. Hoc enim commentum primus excogitauit Manes. Nam vocabulum *œconomicè*, ſeu per diſpenſationem loco eius, quod eſt *phantaſticè*, perque meram ſolamque imaginationem & fictionem, inuenit Manes.

Cùm itaque iam demonſtratum ſit, Chriſtum licet verus

τῶν καθ' ἡμᾶς ἑκουσίως διεπράξατο, καίπερ θεὸς ἀληθὴς ὑπάρχων, ἀναγκαῖον λοιπὸν εἰπεῖν, καὶ ἅπερ καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν, κατὰ τὸν νόμον τῆς φύσεως πεποίηκε. καὶ πάλιν, ἅπερ ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ φύσιν, ἐν τοῖς φυσικοῖς ἡμῶν, ὡς θεὸς, καὶ ποιητὴς τῆς φύσεως ἐξειργάσατο, καινοτομήσας τοὺς ὅρους, καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν τάξιν τῆς ἀνθρωπίνης ἡμῶν φύσεως, καὶ ὑπάρξεως. τὸ μὲν οὖν ἄνευ ὕλης, καὶ σπορᾶς ὑποστῆσαι ἄνθρωπον ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς παναγίας Παρθένου, τοῦτο ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ θεία, ὡς ἀληθῶς θεοῦ ἐνέργεια. τὸ δὲ κατὰ πρόσβασιν ἐνναμηνιαῖον αὔξειν, καὶ ἐξογκοῦσθαι τὸ βρέφος, καὶ τὴν κοιλίαν τῆς θεοτόκου Μαρίας, τοῦτο καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως φυσική τις, καὶ κοινὴ κοιήσεως γαστρὸς, καὶ σώματος αὐξητικὴ ἐνέργεια. πάλιν τε τὸ φυλάξαι σώας τὰς σφραγῖδας τῆς παρθενίας μετὰ τόκον, τοῦτο θεότητος ἔργον ὑπὲρ ἡμᾶς. τὸ δὲ, προελθεῖν, καὶ χωρισθῆναι τῆς μήτρας, τοῦτο καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν πεποίηκεν ὁ χριστὸς, βρέφος ἀληθῶς γενόμενος, καὶ τεχθεὶς, καὶ θεὸς σεσαρκωμένος. διὸ εὐθέως ἔδειξεν ὡς θεὸς παρθενικοὺς μαζοὺς ὑπὲρ φύσιν γαλακτοῤῥοοῦντας, προσέδραμε τῶν μαζῶν νηπιοπρεπῶς κλαυθμυριζόμενος κατὰ τὸν νόμον τῆς νηπιαζούσης ἡμῶν φύσεως, καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν ἀπαράλλακτον τὴν περιτομὴν, καὶ ἐκβολὴν ἐποιήσατο τῆς σαρκός.

Εἰ γὰρ λέγετε, ἀληθεύειν Παῦλον, τὸν φάσκοντα περὶ χριστοῦ. ὅτι πεπείρασται πάντων τῶν ἡμετέρων κατὰ πάντα τρόπον, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας. πάντως, ὅτι διὰ πάντων τῶν ἡμετέρων ἦλθεν, ἵνα πάντα θεώσῃ, καὶ ἁγιάσῃ ὡς θεὸς τῇ ἑνώσει. οὐκοῦν θεὸς σεσαρκωμένος ὢν, ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως ὁ χριστὸς, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν ἑκουσίως, καὶ διὰ πάντων τῶν ταπεινῶν, καὶ πτωχῶν ἰδιωμάτων τῆς μορφῆς ἐμοῦ τοῦ δούλου ἐν κόσμῳ ἐφανερώθη, μὴ ἐκπεσὼν τοῦ εἶναι θεός. ἑκουσίως καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν πεποίηκε τὸν ἐνναμηνιαῖον χρόνον ἐν μήτρᾳ. καθ' ὁμοιότητα ἀνθρώπων σμικροπρεπὲς νήπιον ἐτέχθη. καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν τὴν ὄρεξιν τοῦ μητρικοῦ γάλακτος, καὶ τὸν μαζὸν ἐπεζήτησεν ἑκουσίως, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων, ὡς νήπιος, μετὰ χρόνον τοῦ τόκου τὰ νηπιώδη ψελλίσματα προεβάλετο

Deus esset, quasdam actiones, etiam viliores, quàm pro naturæ nostræ conditione, obiisse; necesse est, vt iam dicamus, quænam egerit, etiam secundũ similitudinem nostram, & ex præscripto naturæ nostræ: quæq; supra hominẽ, & supra naturam, tanquam Deus & conditor naturæ operatus fuerit, fines & leges, & ordinem humanæ naturæ nostræ, & subsistentiæ transgressus. Igitur quod absq; * materia & semine in vtero sacratissimæ Virginis homo factus est; id supra nos est; & soli virtuti diuinæ adscribendum. At quod nouem mensium incremẽto infans est adauctus, Virginisq; vterus intumuit, hoc nobis & nostræ naturæ consentaneum est; quia nimirum operatio naturalis est & communis tam vterum, quàm partum augere solita. Rursus incorruptum seruare post partum virginitatis signaculum, id diuinitatis opus est, longè vires nostras excedens. At verò ex vtero egredi, & ab illo seiungi, id ad similitudinem nostram Christus fecit, verè infans factus, & natus, & vt Deus carnem indutus. Quapropter statim Virginea vbera supra naturam lacte compleuit. Accurrit ad vbera, infantium instar, vagiens secundum legem infantilis naturę nostræ: secundum similitudinem nostram inuiolabilem carnis circumcisionem & abiectionem passus est.

** Extrinsecus à principio actiuo subministrata.*

Si enim existimatis, Paulum verè de Christo affirmasse eum nostra omnia omnimodo expertum esse, excepto peccato; planè oportet, vt per omnia nostra quasi transierit: vt omnia, tanquam Deus, qer vnionem diuinitate donaret ac sanctificaret. Itaque cum ex summa illa vnione Christus Deus incarnatus esset, sponte sua seipsum humiliauit; seque mundo patefecit per omnia illa humilitatis & abiectionis argumenta, quæ serui formæ competunt, sic tamen, vt à gloria Dei nequaquam excideret. Sponte ad similitudinem nostram nouem mensium moram in vtero traxit. Ad similitudinem hominum paruulus infans in lucem editus est. Ad similitudinem nostram lac maternum appetiit, & sponte vbera quæsiuit. Ad similitudinem hominum post partum velut infans modo infantili, tenello ore balbutiuit. Ad similitudinem nostram paulatim humi reptare & manuduci desinens, per

ἐκ τοῦ στόματος. καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν κατὰ βραχὺ μετὰ τὸν, νηπιώδη
συρτικὸν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους περίπατον χειροκρατούμενος, τὸ περιπα-
τεῖν, καὶ καλεῖν, ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐδιδάσκετο. καθ' ἡμᾶς τὴν τῶν
τριχῶν, καὶ ὀνύχων ἔκφυσιν κατὰ μικρὸν περιεβάλετο. καθ' ἡμᾶς
τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν περιγραφὴν, καὶ τὴν παχύτητα τοῦ σώμα-
τος εἶχεν. οὐχ ὑπὲρ ἡμᾶς τὴν αὔξησιν τῆς ἡλικίας ἐποιήσατο, οὐδὲ
τἄλλα τὰ τοῦ σώματος. ἵνα μὴ φαντασία, καὶ δόκησις νομισθῇ
αὐτοῦ ἡ σάρκωσις. οὐ ξένην, οὐδὲ ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶχεν τὴν τοῦ σώ-
ματος διάπλασιν. οὐχ ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶχεν τὸ τῶν μελῶν σχῆ-
μα. μορφὴν γὰρ δούλου ὁ δεσπότης περιέκειτο. οὐκοῦν καὶ σῶμα δού-
λου, καὶ παχύτητα δούλου, καὶ σχῆμα δούλου, καὶ τὸ παχυμερὲς τοῦ
δούλου, καὶ τὸ θνητὸν τοῦ δούλου, καὶ τὰς ἐκκρίσεις τοῦ δούλου, τὰς δι'
ὀφθαλμῶν, καὶ διὰ στόματος, καὶ ῥινῶν, καὶ ἱδρώτων, καὶ τῶν δύο
τῶν καθ' ἡμᾶς μελῶν, τῶν βρώσεων, καὶ πόσεων ἐκκριτικῶν. οὐ γὰρ
τὸ ὑγιὲς, καὶ ἄφθαρτον σῶμα ἐνεδύσατο, τὸ πρὸ τῆς ἐκπλάσεως τοῦ
ἀνθρώπου. τὸ γὰρ ὑγιὲς, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀθάνατον ἰατρείας οὐκ
ἔχρῃσεν. οὐκοῦν τὸ νοσῆσαν, καὶ παρατραπέν μου σαρκίον ὁ θεὸς λόγος
ἔλαβε, τὸ φθαρτὸν, τὸ ῥευστὸν, τὸ παχυμερὲς, τὸ ἐνδεὲς, τὸ θνητὸν, τὸ
παθητὸν, τὸ ἔμπνουν, τὸ ἔνδιψον, τὸ ἔγκοπον, ὅπως τούτων πάντων αὐ-
τὸ ἐλευθερώσῃ.

Λοιπὸν μή μοι κακῶς παρερμήνευε τὰς τῶν πατέρων, καὶ τὰς
Διονυσίου φωνάς. Εἰ γὰρ, ὡς σὺ, ὁ αἱρετικὸς νομίζεις, οὐδὲν τῶν ἀν-
θρωπίνων πραγμάτων τῶν φυσικῶν λέγω καθ' ἡμᾶς εἶχεν, ἢ ἐν-
ήργησεν ὁ χριστὸς, πρόδηλον λοιπὸν, ὅτι οὐδὲ ὁμοούσιος ἡμῶν ἦν κατὰ
τὴν σάρκα, οὐδὲ ὁμόσχημον ἀνθρώπων ἦν αὐτοῦ τὸ σῶμα. οὐδὲ κατὰ
ἄνθρωπον τὰ μέλη· οὔτε καθ' ἡμᾶς ἡ νηπιότης, οὔτε ἡ αὔξησις, οὐδὲ ὁ
τῆς γαστρὸς τῆς μητρὸς ὄγκος, οὔτε ὁ χρόνος, οὔτε ἐν ἀληθείᾳ ἔφυ-
γεν, οὔτε νηπιοπρεπῶς ηὔξησεν, οὐδ' ἄλλό τι τῶν θεοκτίστων, καὶ ἀδια-
βλήτων ἡμῶν κατὰ φύσιν ἐνήργησεν, οὔτε ἔσχεν, οὔτε ἔπραξε· λοιπὸν, οὔ-
τε ὁ ὕπνος αὐτοῦ ἀληθής ἐστιν ὕπνος. οὔτε ὁ θάνατος ἀληθὴς θά-
νατος. οὔτε ἡ κέντησις, ἀληθὴς κέντησις. οὔτε ὁ χωρισμὸς τῆς ψυ-
χῆς αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἀχράντου σώματος ἀληθὴς χωρισμός. οὔτε ἡ τρῆ-

per se incedere, & loqui edocebatur à matre. More nobis vsitato capilli, & vngues procreuerunt. More nobis consueto corpus eius incrementum cepit, circumscriptionemque & crassitiem habuit: neque supra morem nostrum ætate, & mole augescere voluit; ne Incarnatio eius sola phantasia, & inanis fictio existimaretur. Neq; corpus illius peregrino modo, aut insolito formatum est; neque supra hominem membrorum figuram habebat. Nam formam serui induit Dominus: igitur & corpus serui; & densitatem serui; carunculamque corruptibilem serui, & speciem serui, spissasq; partes serui, & mortalitatem serui, & excretiones serui per oculos, per os, per nares, per sudorem. Perque duo illa membra, quibus cibus & potus egeruntur. Neq; enim nulli molestiæ obnoxium, aut corruptionis nescium corpus induit, quale erat hominis ante lapsum. Nam id quod molestiæ nulli subiacebat, interitus & mortis expers, nulla medicina egebat. Igitur ægram & malè habitam acceptamque carnem meam assumpsit Verbum, corruptibilem videlicet, fluxilem, densam, indigam, mortalem, passibilem, fami, siti & laboribus expositam; vt ab his omnibus illam liberaret.

Quocirca desine prauis interpretationibus Patrum, & Dionysij dicta peruertere. Nam si, vt tu Hæretice credis, nihil eorum, quæ nobis à natura insunt, habuit aut egit Christus, manifestum relinquitur, eum diuersæ à nobis secundum carnem substantiæ fuisse: neque corpus eius fuisse eiusdem figuræ cum corporibus aliis; neque membra similia membris hominum; neque infantiam, neque incrementum & profectum; neque virginei vteri tumorem, neque tempus; quin neque verè fugit; neque infantium instar creuit; neque aliorum quidpiam quæ in natura nostra à Deo effecta sunt, & repudiari non possunt, aut egit, aut habuit. Quo fit, vt neque somnus eius fuerit verus somnus: neque mors vera mors; neque vulneratio eius vera vulneratio; neque separatio animæ ex illibato corpore, vera separatio. neq; cum membra eius discreta & dilacerata sunt; latusque apertum, verè dissecta ac dilacerata sunt, vereque latus apertum. Si enim

τις τῶν μελῶν, καὶ τῆς πλευρᾶς τομὴ, ἀληθής ἐστι σώματος πληγὴ, καὶ τομή. Εἰ γὰρ πάντα, τὰ καθ' ἡμᾶς, ὑπὲρ ἡμᾶς ἔπαθε, καὶ ἔπραττε, μηδὲν λοιπὸν ἐπ' αὐτοῦ κατὰ νόμον τῆς φύσεως ὅλως εἴπῃς μήτε σῶμα, μήτε σχῆμα, μήτε μέλος, μήτε ὕπνον, μήτε μορφὴν, μήτε ἀριθμὸν ἐτῶν, μήτε ζωὴν, μήτε κίνησιν, μήτε περιγραφὴν σώματος, μήτε θάνατον. ἀλλ' οὐχ οὕτως αἱ θεῖαι γραφαὶ, καὶ ὁ Παῦλος νομοθετεῖ. Ἄκουσον γὰρ αὐτοῦ ἐν πάσαις ταῖς θεοφθόγγοις αὐτοῦ ἐπιστολαῖς, καὶ εὑρήσεις, ὅτι τὸν μὲν ἡμέτερον θάνατον κοίμησιν ὀνομάζει, τὸν δὲ τοῦ χριστοῦ θάνατον, οὐ κοίμησιν, ἀλλὰ θάνατον κυρίως προσαγορεύει. περὶ μὲν γὰρ ἡμῶν φησὶν, οὐ θέλωμεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ περὶ τῶν κεκοιμημένων. καὶ ὅτι πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, καὶ οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. καὶ ἄλλα μυρία τοιαῦτα. περὶ δὲ χριστοῦ, ὅτι ἀπέθανε κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ὅτι τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλομεν, καὶ ὅτι θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, καὶ ἁπλῶς ἐν διαφόροις τόποις τὸν ἡμέτερον κοίμησιν λέγει· ἵνα σημαίνῃ τὴν ἐξ ὕπνου ἡμῶν πάντων ἀνάστασιν. τὸν δὲ τοῦ χριστοῦ θάνατον ὀνομάζει· ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς καταισχύνῃ, τοὺς ἐν φαντασίᾳ λέγοντας γενέσθαι τὴν σάρκωσιν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀνθρώπινα τοῦ χριστοῦ. τοῦτο δὲ οὐ Παῦλος ἐλάλησεν, ἀλλ' ὁ χριστὸς ὁ ἐν αὐτῷ οἰκῶν, αὐτὸς τὸν θάνατον τὸν ἴδιον ὠνόμασεν. ὁ καὶ μετὰ θάνατον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πιστωσάμενος ἡμῖν τὸν λόγον τῆς σαρκώσεως, διὰ τῆς βρώσεως, καὶ τῶν τύπων τῶν ἥλων, ὡς προείρηται. εἰ οὖν οὐ μόνον καθ' ἡμᾶς, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πτωχοτέρως τῶν καθ' ἡμᾶς δείκνυσιν ὁ χριστὸς ἐν ἑαυτῷ τὰ καθ' ἡμᾶς ἑκουσίως, καὶ οἰκονομικῶς, πῶς δυνατὸν εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν ὅλως τῶν ἀνθρωπίνων ἐνήργησεν κατὰ τὴν φύσιν ἐπὶ γῆς, καὶ εἰ δεῖ περὶ τούτου ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς τῷ θεοσόφῳ Κυρίλλῳ ἑπόμενοι. ἐκεῖνος γὰρ φησὶν, ὅτι αἱ μὲν τοῦ σωτῆρος φωνῶν εἰσὶ θεοπρεπεῖς. αἱ δὲ ἀνθρωποπρεπεῖς. ἄλλαι δὲ πάλιν μέσην τινὰ ἔχουσι τάξιν. ἐὰν οὖν εἰ λαλεῖ ὁ χριστὸς θεϊκῶς, λαλεῖ δὲ καὶ ἀνθρωπικῶς. φθέγγεται δὲ πάλιν, καὶ ὁμαδικῶς, τοῦτ' ἔστι θεανδρικῶς. πάντως λοιπὸν ὅτι καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν πράγματά τε, καὶ ἐνεργήματα, τὰ μὲν ἐποίει κατὰ τὴν θεότητα· τὰ δὲ, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

omnia nostra sustinuit ac egit supra nos, nihil igitur penitus in illo secundum naturæ præscriptum inerat: non corpus, non figura, non membrum, non somnus, non forma, non annorum numerus, non vita, non motio, non circumscriptio corporis, non mors. At non ita sacræ litteræ. Non ita Paulus docet. Nam in omnibus epistolis eius inuenies, eum, nostram quidem mortem nominare dormitionem, mortem verò Christi non dormitionem, sed propriè mortem. Nam de nobis sic loquitur. *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus.* Et: *non omnes dormiemus*: Et; *non præueniemus eos, qui dormierunt*; Et huius generis complura. At de Christo ait: *mortuus est secundum scripturas.* Et; *mortem eius annunciamus.* Et; *mortificatus quidem carne*; diuersisque locis mortem nostram simpliciter dormitionem nominat, vt significet, communem omnium quasi ex somno, resurrectionem: Christi verò excessum, mortem appellat, vt hæreticos pudefaciat; qui Incarnationem Christi, & quæ humanitatis sunt; phantasiæ duntaxat, & externæ speciei adscribebant. Hoc autem non protulit Paulus, sed Christus, qui in Paulo habitabat. Ipse etiam obitum suum propriam suam mortem nominauit, qui Incarnationis mysterio post resurrectionem quoque fidem per esum & clauorum signa conciliare conatus est, vt antea dictum. Si igitur nostra in Christo non solùm more nostro; sed & interdum vilius & abiectius, quàm pro more nostro, elucescunt, volente Christo, perque dispensationem; qua ratione asseueras, eum nihil omnino ex humanis secundum naturæ legem in terris egisse? Et si quid de hoc accuratius dicendum erit, dicemus & nos, imitati diuinum Cyrillum, cuius sunt hæc: *Vocum, quæ de Saluatore enunciantur, alias quidem competere Deo; alias homini: alias verò, esse quasi medias.* Igitur si Christus loquitur vt Deus; loquiturque vt homo; & si loquitur, vt vtraq; natura constãs, hoc est, Theandricè, planè sequitur, omnia ista esse res quasdã, & operationes ipsi cõsentaneas. Et alia quidẽ faciebat secundum diuinitatem; alia secundũ humanitatem: alia communiter secundum totam personæ rationem.

*1. Thessal. 4.*
*1. Cor. 15.*
*1. Thessal. 4.*
*1. Cor. 15.*
*1. Cor. 11.*
*1. Pet. 3.*

πότητα. τὰ δὲ πάλιν κοινῶς, κατὰ τὴν προσωπικὴν αὐτοῦ ὁλότητα. θεότητα δὲ λέγω ἀχώριστον σαρκός. καὶ ἀνθρωπότητα, ἀδιαίρετον θεότητος. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, πῶς κατηγορῶν τοῦ τόμου Λέοντος Τιμόθεος ὁ ὑμέτερος πρόμαχος, οὕτω φησὶν ἐν τῷ συγγράμματι αὐτοῦ. φύσις γὰρ τοῦ χριστοῦ μόνη θεότης. εἰ καὶ σεσάρκωται. ὡς ὑμεῖς μίαν φύσιν ἐν τῷ χριστῷ δογματίζετε. καὶ ταύτην θείαν; εἴπατε λοιπὸν ἡμῖν ὦ σοφοί, αὕτη ἡ μία, καὶ τιμία, καὶ ἁγία, καὶ προσκυνητὴ φύσις, ἣν ὁμολογεῖτε θείαν, ἐπὶ τοῦ χριστοῦ τοῦ υἱοῦ, τοῦ θεοῦ, τελεία ἐστὶ, καὶ ζῶσα, καὶ ἀνελλιπὴς μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ ἐν πᾶσιν, οἷς ἔπραξεν ὁ χριστὸς, ἢ οὔ; πρὸς ταῦτα ἀποκρίνονται ὁμοθυμαδὸν οἵτε Σευηριανοὶ, οἵτε Γαϊανῖται, καὶ λέγουσιν. Ναὶ τελεία ἐστὶ, καὶ ἀνελλιπὴς, καὶ ἀμέτριστος μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ φύσις τοῦ χριστοῦ. ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, μηδαμῶς μερισμὸν, ἢ τομὴν, ἢ μείωσιν ὑφισταμένη, ἢ διαίρεσιν· εἷς γάρ ἐστιν ὁ χριστός. καὶ μία ἡ φύσις αὐτοῦ, καὶ οὐ δύο.

Σχόλιον. Οὕτως ἐρωτήσατε αὐτοὺς, καὶ ὑμεῖς. καὶ οὕτως ἁρμόσασθε πρὸς αὐτοὺς κατὰ τὸν προκείμενον σκοπὸν τοὺς μὲν Ιακωβίτας περὶ φύσεως. τοὺς δὲ Ἁρμασίτας, περὶ θεανδρικῆς ἐνεργείας.

Απόκρισις ἡμῶν πρὸς αὐτούς. καὶ γὰρ ὁμολογουμένων ἐστιν, ἐαν μία φύσις ἐστὶν ὁ χριστὸς, καὶ αὐτὴ πᾶσα θεότης γνωρίζεται, ὡς οὐ δύναται ὅλως μείωσιν τινὰ, ἢ ἔλλειψιν, ἢ ὑφαίρεσιν, ἢ διάζευξιν ἢ ἐλάττωσιν, ἢ ἀναπλήρωσιν παθεῖν. ἡ γὰρ θεία φύσις ἀεὶ, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ὁμοίως, καὶ ἀνελλιπῶς, καὶ ἀμειώτως ἡ αὐτὴ ὑπάρχει, μήτε ἔλλειψιν, μήτε προσθήκην παθεῖν δυναμένη, ἀλλ᾽ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, ὁμοία, καὶ σῶα, καὶ ἀνελλιπὴς τυγχάνουσα. εἰ οὖν φύσις χριστοῦ, καὶ ἐνέργεια μία, καὶ αὕτη θεία, ὀφείλει πάντως ὁ χριστὸς, ἐν παντὶ τόπῳ, ὅμοιος, καὶ ἀνελλιπὴς εὑρίσκεσθαι ὡς θεός. δεῦρο μοι λοιπὸν, ὦ αἱρετικὲ, καὶ ἀμφὶ τῷ ποδὶ ἀκολούθει μοι ἐν τέτρασί τισι τόποις ἐν τῷ πάθει τοῦ χριστοῦ. λέγω δὴ, νεκροῦ αὐτοῦ τυγχάνοντος ἐν τῷ μνήματι τοῦ Ιωσήφ. εἶτα, ἀπὸ τοῦ μνήματος ἐλθέ μοι ἐπὶ τὸν ᾅδην. καὶ ἀπὸ τοῦ ᾅδου ἄγωμεν ἐπὶ τὸν παράδεισον. καὶ ἀπὸ τοῦ παραδείσου, πάλιν ἐλθὲ ἐκτὸς τοῦ τάφου ἐν τῷ κήπῳ, ἔνθα αὐτὸν ἐθεάσατο ἐν σχήματι κηπωροῦ ἡ Μαγδαλινὴ

Μαρία

Dico autem diuinitatem esse à carne inseparabilem; & humanitatem à diuinitate indiuisam. Quæ cùm ita sese habeant, quomodo Timotheus, propugnator vester Leonis epistolam vellicans suo in libro ait : *Sola diuinitas est natura Christi, etiamsi incarnata sit.* Dicite nobis, ô sapientissimi, quomodo vnam in Christo naturam constituatis, & hanc diuinam? Estne hæc vna, veneranda, sancta & adoranda natura, quam confitemini diuinam in Christo filio Dei, perfecta, integra, indeficiens post vnionem omni tempore & loco in omnibus, quæ Christus fecit; an non? Ad hæc Seueriani & Gaianitæ concorditer respondent : *Vtique : perfecta est, & indeficiens, & indiuisibilis post vnionem natura Christi in omni tempore, loco, rebusq; vniuersis : omnis partitionis, aut sectionis, aut imminutionis, aut diuisionis prorsus expers. Vnus enim Christus est, & vna eius natura, non duæ.*

Scholium. Sic & vos interrogate ipsos ad præscriptum modum, Iacobitas quidem de natura: Harmasitas verò de operatione Theandrica.

Responsio nostra ad illos. In confesso est apud omnes; si Christus vna duntaxat natura constat, eaque non est alia, quàm diuinitas, fieri non posse, vt aut imminutionem, aut defectionem, aut subtractionem, aut disiunctionem, aut decrementum, aut complementum subeat. Diuina enim natura semper, & in omnem perpetuitatem eodem modo sese habet, neque decessionis, neque accessionis vllius capax; quia omni tempore & loco, & in omni re sibi similis, integra & indeficiens perseuerat. Si ergo vna est natura Christi & operatio, & illa diuina, omnino oportet, vt Christus in omni loco eodem modo affectus appareat, absque vllo defectu & indigentia. Adesto ergo hæretice, & ad quatuor loca passibus æquis me subsequere; sub passionis Christi tempus. Et primũ quidem ad sepulchrum, in quo exanimis iacuit. Deinde à sepulchro descende ad inferos. Ab inferis tendamus ad paradisum. Redux ex paradiso præsentem te siste extra sepulchrum in horto, vbi illum specie hortulani Maria Magdalena vi- *Ioan. 20.*

Μαρία. Εἰ γὰρ μόνη θεότης ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὡς λέγετε, ὁμοίως, καὶ ἀνελλιπὴς ἐν παντὶ τόπῳ ὡς θεὸς εὑρίσκεται. ἀνελλιπὲς γὰρ τὸ θεῖον. καὶ πῶς λοιπὸν ἐν τῷ τάφῳ ἐλλιπής ἐστι ὁ Χριστὸς, ψυχῆς νοερᾶς χωρισθείσης ἐξ αὐτοῦ, ἡνίκα εἶπεν· πάτερ εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου; κατέλθωμεν, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ ἴδωμεν ἐκεῖ τὸν Χριστὸν, πῶς σκυλεύει τὸ δεσμωτήριον. Ἐρωτήσωμεν τὸν Ἀδὰμ, ἐρωτήσωμεν τὰ σώματα, καὶ τὰ στόματα τῶν ἀναστάντων ἁγίων, ὅπως εἴπωσιν ἡμῖν, πῶς ἑωράκασιν ἐν τῷ ᾅδῃ Χριστόν. ποίῳ σώματι, ποίᾳ φύσει, ποίᾳ μορφῇ ἦλθε, καὶ κατῆλθεν ἐν τοῖς καταχθονίοις; πῶς ἐν ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησε; ποίᾳ φύσει ἠνοίγησαν φόβῳ πύλαι θανάτου; ποίαν ἰδέαν ἰδόντες οἱ πυλωροὶ τοῦ ᾅδου ἔφριξαν; Ἆρα τὴν θείαν φύσιν ἑωράκασι γυμνήν; Ἄπαγε. θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Ἀλλὰ τί; ἆρα τὴν σάρκα τοῦ δεσπότου ἐθεάσαντο; οὐδαμῶς. αὕτη γὰρ ἔνθεος ἐν τῷ τάφῳ νεκρὰ, καὶ ἀκίνητος ἔκειτο. οὐκοῦν ἐν μὲν τῷ σταυρῷ, καθώς φησιν ὁ προφήτης, εἴδομεν τὸν Χριστόν. καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, σωματικὸν, οὐδὲ κάλλος. ἀλλὰ τὸ εἶδος τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἐν δὲ τῷ τάφῳ εἴδομεν αὐτόν. καὶ οὐκ εἶχε ψυχὴν, οὔτε ἀνθρώπου πνεῦμα. ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχε σῶμα, οὔτε αἷμα, οὔτε ὀστέα, οὔτε πάχος, οὔτε ὑλικὸν εἶδος, ἀλλὰ μόνην ψυχὴν νοερὰν ἔνθεον, σώματος κεχωρισμένην. ἐν δὲ τῷ παραδείσῳ σὺν τῷ λῃστῇ, καὶ οὐκ εἶχεν οὔτε ψυχὴν, οὔτε σῶμα, ἀλλὰ μόνῃ τῇ θεότητι, τῇ πανταχοῦ παρούσῃ; συμπαρῆν τῷ λῃστῇ, ὥσπερ καὶ πρότερον τῷ Ἀδὰμ γυμνὸς, καὶ ἀσώματος· συμπαρῆν ὡς θεὸς, ὡς μόνος οἶδεν αὐτὸς, ὁρώμενος αὐτῷ, καὶ μένων ἀόρατος. Αὖθίς τε μετὰ τὴν τριήμερον ταφὴν εἴδομεν Χριστὸν ἀναστάντα, καὶ εἰς ἑαυτὸν, ὡς Γρηγόριος φησὶν ἐπανελθόντα, καὶ πάλιν σῶμα, καὶ ψυχὴν, καὶ νοῦν, καὶ θεὸν ἅμα τυγχάνοντα, καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐν τῷ κήπῳ πρώτῃ ὁραθέντα.

Τούτων δὴ οὕτως ὑπὸ Χριστοῦ πεπραγμένων τε, καὶ πετελεσμένων, παρέστωσαν νῦν οἱ αἱρετικοὶ, φάσκοντες, ὅτι μία φύσις ὁ Χρι-

na vidit. Si enim Christus sola diuinitate constat, vt ais; hæc autem omni loco sibi similis, & absque omni defectu perstat, est enim indeficiens diuinitas; quomodo igitur Christus in sepulchro indeficiens permansit, separata ab ipso anima rationis participe? quando dixit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*. Descendamus etiam in infernum, ibique Christum contemplemur, quomodo carcerem illum spoliet. Interrogemus Adamum. Interrogemus corpora, & ora Sanctorum, qui resurrexerunt, vt nobis dicant, qua specie Christum apud inferos aspexerint; quo corpore, qua natura, qua forma venerit, & descenderit ad subterraneos illos specus. Quomodo in abyssi vestigiis ambulauerit. Cuius naturæ formidine portæ mortis sint reclusæ. Quam speciem orci ianitores intuiti exhorruerint. Num diuinam naturam solam viderũt? Apage. Deum enim nemo vidit vnquam. Quid ergo? Num carnem Christi viderunt? Nequaquam. Diuina enim caro iacebat in sepulchro exanimis & immobilis. Itaque, Christum in cruce vidimus; Et vt Propheta ait, neque speciem, neq; decorem habet; sed species corporis eius inhonora est, & deficiens præter filios hominum. Vidimus illum etiam in sepulchro, & non habebat animam, aut spiritum hominis. Vidimus illum in inferno, & non habebat corpus, neque sanguinem, neque ossa, neque densitatem, neq; vllã ex materiei concretione conflatam formam, sed solam animam rationalem diuinam, ab omni corpore seiunctam. In paradiso vidimus illum cum latrone, & nec animam, nec corpus habebat, sed sola diuinitate vbique præsente aderat. Aderat lătroni, quemadmodum antea inferno absque vlla corporis mole. Aderat vt Deus, eo, quem ipse solus intelligit modo, visus à se ipse, & tamen inuisibilis permanens. Rursus post triduanam sepulturam vidimus Christum resurrexisse; & ad seipsum, vt Gregorius dicit, reuertisse: iterumque corpus, & animam, & mentem, & Deum simul esse; & Mariæ in horto primùm apparuisse.

*Luc. 23.*

*Ioan. 1.*

*Isaia 53.*

His hunc in modum à Christo actis, ac peractis, adsint Hæretici, qui blaterant Christum esse vnam naturam, & hanc non

στὸς, καὶ αὕτη πᾶσα θεότης ἐστί. καὶ ἀκουέτωσαν Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου περὶ θείας φύσεως θεολογοῦντος, καὶ λέγοντος. ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ τῇ θείᾳ φύσει παραλλαγή. εἰ οὖν οὐκ ἔστι παρὰ τῇ θείᾳ φύσει οἵα δή ποτε παραλλαγή, ἀλλὰ πᾶσα ταυτότης, καὶ ἰσότης, καὶ ἀνελλιπὴς, καὶ πάγιος τελειότης, ποίᾳ, εἰπέ μοι, φύσει χριστοῦ, τὰς τοιαύτας, καὶ τοσαύτας ἀτρέπτως ἐναλλαγὰς λογισώμεθα, τὰς ἐλλείψεις, τὰς ἀναπληρώσεις, τὰς διαστάσεις, τὰς ἀποκαταστάσεις, τὴν τῆς ψυχῆς διαίρεσιν ἀπὸ σώματος, τὴν ἐν τῷ ᾅδῃ μακρὰν ἀναχώρησιν, τὴν πρὸς τὸ ἴδιον ἔνθεον σῶμα αὐτῆς σύνθεον ἔλευσιν. σὺ εἶ αὐτὸς ὁ βασιλεύς μου, καὶ ὁ θεός μου, περὶ τοῦ θεοῦ λόγου ὁ προφήτης βοᾷ. καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος φησὶν, ὅτι ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. εἰ οὖν ἐν τοῖς τοῦ θεοῦ λόγου ἰδιώμασι μετεποιήθη, καὶ ὁ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένος αὐτῷ ἄνθρωπος, πῶς ἐν μὲν τῷ σταυρῷ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος; ἐν δὲ τῷ τάφῳ ἀτελὴς ἦν, καὶ ἐλλιπὴς ψυχῆς νοερᾶς. ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ ἐλλιπὴς ἦν σώματος τοῦ ἰδίου ἡ ψυχή. ἐν δὲ τῷ παραδείσῳ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους, συμπαρῆν ἐκεῖ τῷ λῃστῇ· οὐδὲ τὸ σῶμα εἶχεν ἐκεῖ, οὐδὲ τὴν ψυχὴν ἐν ᾅδου οὖσαν. καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, ἐὰν δείξωσιν ἡμῖν οἱ αἱρετικοὶ, παντὶ ἀνελλιπῆ τὸν χριστὸν ἐν τῷ τάφῳ, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ μετὰ ψυχῆς, καὶ σώματος ὄντα τῇ ἡμέρᾳ τοῦ πάθους, εὔδηλον, ὅτι μία οὐσία, καὶ ἐνέργεια, καὶ οὐ δύο ἐστὶ, καθὰ καὶ προκατέθεντο εἰπόντες, ὅτι περ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, ἀνελλιπῶς παριστῶμεν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ χριστοῦ.

Πρὸς οὓς πάλιν τὰ αὐτὰ λέξω. εἰ μία φύσις ἐστὶν ὁ χριστὸς, καὶ αὕτη θεία, πόσον μέρος αὐτῆς ἔλειψεν, ὅτε ἔκειτο ἐν τῷ τάφῳ νεκρά; καὶ εἰ ὅλως δυνατὸν ἔλλειψιν ὑπομεῖναι θείαν φύσιν, πόσον μέρος αὐτῆς ἐτέλετε τὴν ψυχὴν; καὶ πόσον τὸ σῶμα; εἰ γὰρ μία οὐσία ὁ χριστὸς, πάντως ὅτι τρίτη μοῖρα ταύτης ἐστὶν ὁ λόγος, καὶ τρίτη τὸ σῶμα, καὶ πάλιν τὸ ἄλλο τρίτον μέρος ἡ ψυχή. διὸ ἵνα μὴ ταῖς τοιαύταις ὑμῶν ἀπάταις, καὶ φρενοβλαβείαις περιπέσωμεν, ὁρῶντες ἡμεῖς εἰς τὸν κυριακὸν ἔνθεον ἄνθρωπον, τὰς τοιαύτας, καὶ τοσαύ-

non aliam, quàm diuinam, audiantque Iacobum Apostolum de natura diuina dicentem: *Non esse apud Deum transmutationem.* *Iac. 1.* Si ergò nulla penitus mutatio in natura diuina locum habet, vtpote quæ semper sit eadem, sibique par, & indeficiens, fixaque, ac stabilis perfectio, cedo, cui nam naturæ has tantas vicissitudines, ac mutationes immutabiliter adscribemus? Defectus inquam illos; & instaurationes, seiunctiones, & reparationes, separationem animæ à corpore; longinquam secessionem ad inferos, reditumque ad proprium diuinumq; suum corpus. *Tu es ipse Rex meus, & Deus meus,* clamat de Deo Verbo Propheta. *Psal. 43.* Sicut & ipsum Verbum diuinum testatur: *Videte, videte, quoniam ego sum, & non mutor.* *Malach. 3.* Itaque si natura humana Verbo hypostaticè vnita, in Verbi diuini proprietates trãsmutata concesit: quomodo in cruce non habuit speciem, neque decorem? Quomodo in sepulchro corpus imperfectum erat, & anima rationis capace destitutum? Quomodo apud inferos anima proprio corpore caruit? In paradiso autem, ipso pasionis die, aderat latroni; ibi & corpore carebat, & anima, vt quæ apud inferos versaretur. Et vt breuiter omnia complectar, si nobis hæretici demonstrarint, Christum omni modo esse indeficientem, ipsoq; die Pasionis fuisse vnà cum corpore & anima in sepulchro, in inferno & in paradiso, tum euidenter elucescet, vnam esse in Christo naturam & operationem, non duas, quandoquidem necesse est, vt iam antea affirmarunt, naturam Christi omni loco, tempore, & in omni re defectus expertem perstare.

Quibus eadem iisdem verbis oggeram, si Christus est vna natura, & hæc diuina; quotam partem sui reliquit, quando in sepulchro mortua iacuit? Et si omnino fieri potest, vt aliquid de diuina natura decedat, quota pars erit eius anima? quota corpus? Si enim Christus est vna natura, oportet, vt tertia eius pars sit Verbum: & tertia corpus: & alia tertia, anima. Quapropter vt huiusmodi imposturas fraudesque ac perniciosas decipulas vestras euitemus; neque vobiscum tot, & tantas immutabiles mutationes, & inuariabiles variationes, ad-

 ditio-

τοσαύτας ἀτρέπτας ἐναλλαγάς τε, καὶ προσλήψεις, καὶ ὑφαιρέσεις, καὶ μεταστάσεις, καὶ προκοπὰς, καὶ μορφώσεις, καὶ αὐξήσεις, καὶ μεταποιήσεις. καὶ βουλόμενοι τὴν θείαν, καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀναλλοίωτον τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν ἐλευθέραν δεῖξαι πάσης παραλλαγῆς, καὶ μεταβολῆς, καὶ ἀλλοιώσεως, καὶ νεκρώσεως, τούτου χάριν, καὶ τὴν τοῦ χριστοῦ ἀνθρωπότητα φύσιν, ἤγουν ἀλήθειαν προσαγορεύομεν, καὶ οὐδέποτε τὴν Σευήρου, καὶ Τιμοθέου δύσφημον δεξόμεθα φωνὴν, τὴν λέγουσαν. ὅτι φύσις χριστοῦ μόνη θεότης ἐστίν.

Ἀλλὰ τί πάλιν ἡμῖν προβάλλονται οἱ σεμνοὶ οὗτοι τῶν αἱρετικῶν ῥήτορες; φάσκουσι γάρ· ὅτι εἰ μὴ θεότης ἐστὶν ὁ χριστὸς, πῶς τὸ πτύσμα αὐτοῦ τυφλὸν ἰάσατο; πῶς τὸ δάκρυον αὐτοῦ τὸν Λάζαρον ἔγειρε; πῶς ἐπὶ γῆς Σαμαρείτιδος διψήσας οὐκ ἔπιεν; πῶς μετὰ τὴν νηστείαν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πεινάσας, οὐκ ἔφαγεν; ἀλλ' οὐδὲ ὑπνώσαντα αὐτὸν, εἰ μὴ ἅπαξ ἐν τῷ πλοίῳ ἀκηκόαμεν; οὐδὲ πιόντα, ὡς ἔτυχε, δείκνυσι τὸ εὐαγγέλιον; ἅπερ ἅπαντα ἀπόδειξις εἰσὶν, ὅτι θεία γέγονε καὶ ἡ σὰρξ, καὶ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις ἰδιώμασι. καὶ διὰ τοῦτο μία φύσις ὁ χριστός.

Ἀπόκρισις ὀρθοδόξου. Εὔκαιρον ἡμῖν νῦν πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. τὸ, ὦ ἀνόητοι, καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, τοῦ πιστεύειν εἰς ἐλάλησαν περὶ χριστοῦ ἀπόστολοι, καὶ προφῆται. βουλόμενοι γὰρ, ὡς νομίζετε, θεότητα δεῖξαι ὅλον τὸν χριστὸν· αὐτῇ τῇ θεότητι αὐτοῦ καθάπερ Μανιχαῖοι, καὶ Ἀρειανοὶ προσκρούετε, παθητὴν αὐτὴν, καὶ τρεπτὴν, ὡς τὰ κτίσματα δεικνύντες. ἀμέλει γοῦν ὁ θεῖος, καὶ πάνσοφος ἐν διδασκάλοις Μελίτων, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως χριστοῦ λόγῳ τρίτῳ, λίαν ἐπιμέμφεται ἐξηγητὴν τὸν βουλόμενον ἐκ τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα ὑπὸ χριστοῦ πραχθέντων παραστῆσαι, ἢ πιστώσασθαι τὸ ἀληθὲς τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἢ τῶν φυσικῶν, καὶ ἀναμαρτήτων αὐτοῦ πραγμάτων, λέγω δὴ πείνης, δίψης, ὕπνου, δακρύου, πτύσματος, ἱδρῶτος, ἐκκρίσεως τῆς διὰ ῥινὸς, καὶ ἐκκρίσεως, καὶ ἀποβολῆς τῆς φθειρομένης, καὶ πεπτομένης βρώσεως, καὶ πόσεως φυσικῶς. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ὁμοίως ἀδιαβλήτων, καὶ φυσικῶν ἡμῖν ὄντων, τοῦτ' ἔστι τῆς λύπης, καὶ ἀγωνίας, καὶ ἀθυμίας. φησὶ γὰρ κατὰ Μαρκίωνος συντάττων ὁ θεόσοφος Μελίτων. ἀπηρνεῖτο γὰρ καὶ ὁ Μαρκίων, καθάπερ

ditiones, decessiones, transitiones, profectus, figuras, incrementa & vicissitudines in Christo homine constituamus; ipsamque diuinam Verbi naturam ab omni prorsus mutatione, variatione, alteratione, & interitu liberam demonstremus; ipsam itidem Christi humanitatem appellamus naturam, seu veritatem: neque vllo pacto blasphemam Seueri & Timothei vocem admittimus; dicentium, solam diuinitatem esse naturam Christi.

Quid amplius obiiciunt nobis grauissimi isti hæreticorum Rhetores ac patroni? Aiunt; *Si Christus non erat diuinitas; quomodo sputum eius cœco medicinam fecit? Quomodo lacrymæ eius Lazarum excitarunt? Quomodo cum Samaritana muliere colloquens, sitiensq; non bibit? Quomodo post quadraginta dierum ieiunium esuriens non manducauit? Sed neque dormiisse, nisi semel in naui, legimus, sed neque ex Euangelio constat, eum, vt sors ferebat, bibisse. Quæ omnia argumento sunt, carnem Christi diuinam euasisse, neque amplius humanis proprietatibus subiectam fuisse: Quamobrem vna tantùm Christus est natura.*

*Ioan.9. Ioan.11. Ioan.4. Matth.4. Matth.8. Marc.4.*

Responsio Orthodoxi. Non abs re erit vobis occinere illud: *O stulti & tardi corde ad credendum iis, quæ locuti sunt Apostoli & Prophetæ.* Cùm enim ostendere velitis, Christum totum, nihil aliud esse, quàm diuinitatem; in ipsam diuinitatem, instar Manichæorum & Arianorum, iniuriosi & contumeliosi estis; quia illam passionibus & mutationibus, more creatarum rerum, subiicitis. Certè diuinus & sapientissimus inter Doctores Melito in tertio de Incarnatione sermone, grauiter inuehitur in illos interpretes, qui comprobare nituntur ex factis Christi post baptismum veritatem corporis & animæ, itemque naturalium, & omnis peccati expertium operationum eius, famis inquam, sitis, somni, laboris, lacrymarum, sputi, sudoris, excretionis per nares, egestionisque corrupti, & naturaliter concocti cibi ac potus: neque horum duntaxat, sed & eorum, quæ animæ nostræ à natura inesse solent: hoc est, tristitiæ, mœroris, & deiectionis. Nam contra Marcionem disputans sic ait cælesti cognitione excellens Melito: ne-

*Luc.24.*

θεύπερ Σευῆρός τε, καὶ Γαϊανὸς τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ οἰκονομίαν, τὰς αὐτὰς προτάσεις, καὶ χρήσεις εὐαγγελικάς· ὥσπερ καὶ νῦν οὗτοι πρὸς ἡμᾶς οἱ Μαρκίωνος τοῦ Ποντικοῦ μαθηταί. πρὸς ὃν λίαν ἐχεφρόνως ὁ Μελίτων ἀπεκρίνατο φάσκων. ὡς οὐδὲ μία ἀνάγκη τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἐξ ὧν μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ Χριστὸς ἔπραξε, παριστᾶν τὸ ἀληθὲς, καὶ ἀφάνταστον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ τοῦ σώματος τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνης φύσεως. τὰ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα φησὶν ὑπὸ Χριστοῦ πραχθέντα, καὶ μάλιστα τὰ σημεῖα, τὴν αὐτοῦ κεκρυμμένην ἐν σαρκὶ θεότητα ἐδήλουν, καὶ ἐπιστοῦντο τῷ κόσμῳ. θεὸς γὰρ ὢν, ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, τὰς δύο αὐτοῦ οὐσίας ἐπιστώσατο ἡμῖν. τὴν μὲν θεότητα αὐτοῦ, διὰ τῶν σημείων ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα, τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ, ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις, τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος. Εν οἷς διὰ τὸ ἀτελὲς, τὸ κατὰ σάρκα ἀπέκρυβε τὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ θεότητος. καίπερ θεὸς ἀληθὴς προαιώνιος ὑπάρχων.

Σχόλιον. Σημειωτέον, ὅτι ψευδῆ εἰσι, καὶ ἀπόβλητα τὰ λεγόμενα παιδικὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ. καὶ οὐ πεποίηκε σημεῖον προφανῶς ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ γῆς, ὡς φησὶ τὸ εὐαγγέλιον πρὸ τοῦ σημείου τοῦ οἴνου τοῦ ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας. ἐν τῷ γάμῳ μετὰ τὸ αὐτοῦ βάπτισμα. ἀλλὰ πᾶσαν ὅλην τὴν τριάκοντα ἐτερίδα, καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν κατὰ πάντα τρόπον ἐβίωσε, καὶ διῆξε δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας, * καθ' ἃ Παῦλος μαρτυρεῖ. καίπερ θεὸς ὢν ἀληθὴς, καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ μετὰ σάρκωσιν.

* καθά.

Εἰ οὖν πεπείραται ὁ Χριστὸς, πάντων τῶν ἡμετέρων κατὰ πάντα τρόπον ἐπὶ τριάκοντα χρόνους, ὥς φησιν ὁ Παῦλος, μανθανέτωσαν οἱ αἱρετικοὶ, ὅτι τεχθεὶς ὁ θεὸς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἑκουσίως, φωνῇ μετὰ κλαυθμοῦ νηπιοπρεπῶς ἐδάκρυσεν ὡς ἄνθρωπος. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ παντὸς αὐτοῦ τοῦ ἐνιαυσιαίου, καὶ διετοῦς, καὶ τριετοῦς νηπιάζοντος χρόνου, Ιησοῦς ὁ πεπειραμένος κατὰ πάντα τρόπον, καθ' ὁμοιότητα ἡμῶν, μυριάκις ἔκλαυσε τὸν φυσικὸν, καὶ νηπιώδη κλαυθμόν. μυριάκις ἐπείνασε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἔφαγε, καὶ ἔπιεν. ἑκουσίως κατὰ τὴν τῆς φύσεως τῶν παίδων πεῖναν, καὶ δίψαν, ἐσθίων, καὶ πίνων. μυριάκις ὕπνωσε κατὰ τὸν ὕπνον φυσικὸν, καὶ ἀναμάρτη-

τον.

to: negabat enim etiam Marcion, sicut Seuerus & Gaianus, diuinam Christi Incarnationem, iisdem testimoniis Euangelij aduersus Melitonem vsus; quibus nunc isti Marcionis Pontici discipuli aduersus nos vtuntur. Cui valdè scitè & opportunè respondit Melito in hunc modum. *Non esse necessarium his, quos ratio non fugit, ex actionibus Christi post baptismum adstruere, & demonstrare animæ & corporis eius; & humanæ naturæ nobiscum conuenientis veritatem, & ab omni fictione remotionem.* Nam *quæ post baptismum à Christo gesta sunt,* inquit Melito, *maximè miracula, latentem eius diuinitatem potißimum mundo comprobabant & confirmabant: cùm enim idem Deus simul & homo perfectus esset, duas naturas suas nobis patefecit; diuinitatem quidem per miracula triennio illo post baptismum patrata: humanitatem verò suam triginta illis annis baptismum antegreßis, quibus carnis vilitas tegebat & abscondebat diuinitatis signa, tametsi reuera Deus esset sempiternus.*

Scholium. Obserua, falsa & supposititia esse; quæ vocantur puerilia Christi miracula; neque enim apertè, luce palam miraculum edidit in terra, vt dicit Euangelium, ante miraculum illud in Cana Galilææ, vbi aquam in vinum mutauit: *Ioan. 2.* sed totos illos triginta annos, exemplo & more nostro transmisit, excepto solo peccato, vt testatur Paulus; quanquam *Heb. 2.* verus Deus esset, & ante, & post assumptam carnem.

Si igitur Christus probauit omnia, & tentatus est per omnia, quæ nobis accidunt, triginta illis annis; nouerint Hæretici, cum ex sanctissima Virgine, quasi Deum sponte sua natum, simul tamen vt hominem, infantium instar, flebili voce illacrymasse; neque hoc tantùm tempore; sed toto illo infantiæ anno, biennio & triennio, Iesum tentatum per omnia ad similitudinem nostram, infinities fleuisse, naturalemque & infantilem ploratum edidisse; infinities esuriuisse & sitiuisse, comedisse & bibisse, sponte sua more infantium esurientium, sitientium, manducantium & bibentium: infinities somnum naturalem, & ab omni reprehensione alienum cepisse, infinities exspuisse, perque nares, & os excre-

τον. μυριάκις ἔπλυσε, καὶ τὸ ῥυστὸν τοῦ σώματος ἔδειξε, καὶ διὰ ῥι-
νῶν, καὶ διὰ στόματος. μυριάκις ἐκοπίασεν ὑποτασσόμενος ἑ-
κουσίως, καὶ δουλεύων ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ τοῖς ἑαυτοῦ γονεῦσιν, ὡς
φησὶν ὁ Λουκᾶς. μυριάκις ἠγωνίασε, καὶ ἐλυπήθη ὡς νήπιος, χω-
ρὶς πάθους, καὶ ἁμαρτίας. σῶμα γὰρ εἶχεν ὁ χριστὸς ἁμαρτίας ἐλεύ-
θερον, οὐ μὴν τῶν σωματικῶν ἀναγκῶν ἀπηλλαγμένον, καθ᾽ ἃ δι-
δάσκει ὁ χρυσόστομος Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείᾳ.
Εἰ γὰρ ἀπηρνήσατο τὰς φυσικὰς, καὶ ἀδιαβλήτους ἀσθενείας, καὶ ἐν-
δείας τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἄρα ἂν αὐτὴν τὴν φύσιν παραπηρνή-
σατο, καθ᾽ ἃ πάλιν καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς χρυσόστομος ἡμῖν ὑπηγόρευσεν.
οὐκ οἴκοθεν δὲ ταῦτα ὁ θεόσοφος πατὴρ ὑπηγόρευσεν, ἀλλὰ Παύ-
λῳ μαθητεύσας, καὶ ἑπόμενος. ἀκήκοε γὰρ αὐτοῦ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους
περὶ χριστοῦ λέγοντος.

Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς, καὶ αἵματος, καὶ αὐ-
τὸς, ἤγουν ὁ χριστὸς, μετέσχε παραπλησίως τῶν αὐτῶν παθημάτων,
λεγέτω μοι λοιπὸν ὁ αἱρετικὸς, ποῖά εἰσι τὰ παθήματα τῆς σαρκὸς
τῶν νηπίων, τὰ φυσικὰ, καὶ ἀδιάβλητα, ὧν ὁ χριστὸς μετέσχεν, εἰ
μὴ πεῖνα, καὶ δίψα, καὶ ὕπνος, καὶ κόπος, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸ
βραχέως ὁ λόγος ἠρίθμησεν; Ἐπήγαγε γὰρ εὐθέως ὁ Ἀπόστολος
λέγων περὶ χριστοῦ. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλ-
λὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα
τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι· ἵνα ἐλεήμων γένηται. καὶ πάλιν με-
τὰ βραχέα φησίν. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμ-
παθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ᾽
ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. πεπειραμένον δὲ τίνος; πρόδηλον,
ὅτι τῶν φυσικῶν ἡμῶν ἀδιαβλήτων ἀσθενειῶν, δι᾽ ἃς ἑκουσί-
ως ἐνηνθρώπησεν. ὅτ᾽ ἂν οὖν ἀκούσῃς Παύλου μαρτυροῦντος, ὅτι
πεπείραται ὁ χριστὸς τῶν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀσθενειῶν κατὰ πάντα,
χωρὶς μόνης τῆς ἁμαρτίας, μηκέτι λοιπὸν καθ᾽ ἡμῶν ἀγανακτή-
σῃς λεγόντων, ὅτι πεῖραν ἔσχεν ὁ χριστὸς γεννηθεὶς πάντων τῶν
νηπιακῶν, καὶ φυσικῶν ἡμῶν τοῦ σώματος ἰδιωμάτων, καὶ ἀμέμπτων
παθημάτων. διὰ γὰρ τοῦτο τὰς προκειμένας ἤγαγον μαρτυρίας. ἵνα μή

μοι

uisse, vt corporis naturam fluxilem demonstraret. Infinities fatigatum esse, quippe qui voluntariè subiectus fuerit, & in serui forma propriis parentibus seruierit, vt Lucas dicit; Infinities molestias pertulisse, & tristatum esse, vt infantem, absque tamen turbidis motibus & peccato: nam Christi corpus à peccato immune erat; non tamen à corporeis necessitatibus, quemadmodum docet Ioannes Chrysostomus in expositione super Matthæum. Si enim naturales & *indetrectabiles* naturæ nostræ imbecillitates, & indigentias repudiasset; prius vtique ipsam naturam repudiasset, & assumere renuisset; vt idem Chrysostomus docet: neque verò doctrinæ huius quasi domi suæ natæ primus auctor pater iste fuit; sed tanquam discipulus à Paulo accepit; quem in epistola ad Hebræos hæc dicentem audiuerat.

*Luc. 2.*

*Heb. 2.*

*Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter Christus participauit eisdem passionibus & affectionibus.* Dicat Hæreticus; quæ nam sint istæ infantium in carne passiones, & affectiones naturales & indetrectabiles, quarum Christus particeps esse voluit, nisi fames, sitis, somnus, labor, & alia, quæ paulò ante commemorauimus? Statim namque subdidit Apostolus de Christo: *Non enim Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret.* Et paulò pòst addit. *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum verò per omnia pro similitudine absque peccato.* Et quorum nam Pontifex iste experimenta cepit? Manifestum arbitror, quod imbecillitatum & infirmitatum, quæ nobis à natura insitæ sunt, quæque calumnia vacant; quas, vt in se susciperet, volens libensque humanam naturam induit. Quando igitur audieris, Paulum testificantem, Christum experientiam cepisse omnis imbecillitatis, quæ in natura nostra inest, excepto solo peccato; non est, quòd posthac succenseas nobis affirmantibus, Christum omnibus infantium proprietatibus, & inculpatis affectionibus subiacuisse. Eo enim fine prædicta testimonia adduxi, ne quæreres, vnde constet, Christum, omnia,

*Heb. 4.*

quæ

μοι εἴπῃς, ὅτι καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι πεῖραν ἔσχεν ὁ Χριστὸς πάντων τῶν φυσικῶν ἡμῶν, καὶ καθαρῶν, καὶ ἀδιαβλήτων πραγμάτων, ἄνευ σπορᾶς, καὶ ἁμαρτίας γενόμενος ἄνθρωπος.

Ὅρα γοῦν ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ θεομήτωρ, καὶ θεοτόκος Μαρία, ἡ ἐκ πνεύματος ἁγίου συλλαβοῦσα, καὶ τεκοῦσα ἀπόρως αὐτὸν Χριστὸν τὸν θεὸν, υἱὸν αὐτῆς, καὶ τέκνον αὐτῆς ὠνόμαζε πάντοτε αὐτὸν, ἕως τῆς αὐτοῦ ἀπὸ γῆς ἀναλήψεως καίπερ ὁρῶσα αὐτὸν θεοσημείας ποιοῦντα, καὶ νεκροὺς ἀνιστάντα. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐν τῇ νηπιότητι αὐτοῦ, καὶ πάσῃ τῇ τριακονταετηρίδι, πρὸ τοῦ βαπτίσματος πεπειραμένον πάντων, καθ᾽ ὁμοιότητα ἡμῶν, εἶδεν αὐτὸν, τούτου χάριν υἱὸν αὐτῆς ὠνόμαζεν αὐτὸν, καίπερ θεὸν ὄντα ἀληθινόν. Εἰ δὲ σκληρά σοι, καὶ βαρέα, καὶ ἄπιστα τὰ λεγόμενα φαίνεται, εἰπέ μοι, τί δή ποτε μῦρα ἤγαγον ἐν τῷ τάφῳ Χριστοῦ αἱ γυναῖκες; θεότης γὰρ ἡ εὐώδης, καὶ * ἄβρωτος, οὐ χρήζει μύρων. ἀλλὰ τὸ ὑλικὸν, καὶ φθορᾶς, καὶ ἀποφορᾶς δεκτικόν. δι᾽ ἣν καὶ Νικόδημος ἀνθρώπινόν τι λογισάμενος μετὰ ἀλόης ἐσμύρνισε τὸ ἔνθεον Χριστοῦ σῶμα. τοιγαροῦν ἔχοντες συνηγόρους ἡμῶν, καὶ μάρτυρας ἀψευδεῖς, τοὺς αὐτόπτας, καὶ ὑπηρέτας, καὶ συγχρόνους τοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γενομένους, τούτοις μᾶλλον, καὶ οὐκ ἄλλοις πειθαρχήσομεν. οὗτοι γὰρ ἡμῖν καταγγέλλουσι τὴν ὑπομάζιον τοῦ Ἰησοῦ γέννησιν, τὴν γαλούχησιν, τὴν ἐπὶ τῆς φάτνης ἀνάκλισιν, τοῦ μικροφυοῦς τοῦ μεγάλου θεοῦ παλαιστιαίου μεγέθους τοῦ σώματος, τὸ δάκρυον, τὸ νηπιῶδες, τὸν ὕπνον, τὴν ἀφθεγξίαν τοῦ στόματος, πρὸ τοῦ γινώσκειν τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα, ἢ μητέρα, ὡς Ἡσαΐας φησί. τὴν, κατὰ πρόσβασιν τῶν τριχῶν, καὶ ὀνύχων, καὶ τῶν μελῶν αὔξησιν· τὴν καθ᾽ ἡμέραν τῆς τοῦ σώματος μορφῆς τρανοτέραν μόρφωσιν. τὴν κατὰ πρόσβασιν ἐξ ἀδυναμίας παιδικῆς τῶν νεύρων, καὶ ὀστῶν, καὶ χειρῶν, καὶ ποδῶν στερέωσιν· τὴν μετὰ χρόνον τῶν ὀδόντων κατὰ φύσιν βλάστησιν. τὴν, μετὰ τὸ γάλα στερεωτέρας βρώσεως μετάληψιν. τὴν χειρακρατουμένην διδαχὴν τοῦ περιπάτου.

* C.A. mēdose ἄβρωμος.

Εἰ δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὁ αἱρετικὸς ἀγανακτεῖ, καὶ φρίτ-

τει.

quæ natura nobis inseuit, quæque omni culpa, & reprehensione carent, expertum esse, absq; semine & peccato, humanâ naturâ indutum.

Considera igitur ipsam etiam Deiparentem Mariam, quæ ex Spiritu sancto absque semine concepit, & peperit; ipsum Christum Deum; Filium suum semper ac vbique nominasse, vsque ad ascensionem in cœlum, quanquam videret miracula diuinitus ab illo patrari, mortuosque excitari. Sed cùm non ignoraret, eum tricennali illo temporis spatio ante baptismum, expertum esse omnia, more ac exemplo nostro, ea de caussa *filium* appellauit, tametsi verus Deus esset. Quod si hæc tibi dura, grauia, & supra fidem videntur, cedò, precor, quamobrem mulieres vnguenta ad sepulchrum attulerint. Nam diuinitas, fons omnis fragrantiæ & immortalis, nullis eget vnguentis, sed id quod ex materia compingitur, & corruptioni, ac interitui subiacet; cuius gratia ipse etiam Nicodemus humanum quiddam cogitans aloë, & myrrha diuinum Christi corpus inunxit. Quocirca cũ patroni & testes veracissimi nobis illi ipsi suppetant; qui viderunt, & sermonis ministri fuerunt, & simul cum Christo Incarnato vitã egerunt; his potius, quàm aliis obtemperemus oportet. Isti enim annunciant nobis Iesu vbera sugentis natiuitatem, lactisq; pastum, & in præsepio palmum vix excedentis corporis, magni Dei reclinationem, qui pusillus nasci dignatus est, lacrymas insuper infantiles, somnum; loquendique impotentiam, *priusquam puer vocare nosset patrem vel matrem*, vt Isaias ait; item pilorum, vnguium & membrorum incrementum; quotidianam corporeæ figuræ expressiorem formationem; neruorum, ossium, manuum & pedum ex imbecillitate infantili ad validiores firmioresque vires progressum & profectum : Dentium, qui temporis successione fieri assolet, exortum; post lactis vsum solidioris cibi esum; denique institutionem illam, qua manuductus incedere, pedibusque niti didicit.

*Luc. 1.* *Luc. 2.* *Actor. 1.* *Matth. 28.* *Ioan. 19.* *Luc. 1.* *1. Ioan. 1.* *Isaiæ 8.*

Si autem, ô Hæretice, hæc audiens indignaris, quid ages, si au-

τεις, τί λοιπὸν δράσεις, εἰ ἀκούσῃς σαρκὸς, καὶ αἵματος ὀκταημέρου περιτομῆς ἐκκοπὴν, καὶ ἀποβολὴν ἀπὸ χειρὸς οὐ γινομένην; ἢ πάλιν, τριχῶν, καὶ ὀνύχων αὐτῶν οὐσιωμένων διάφορον κουρὰν, καὶ ἀπόρριψιν; Νόμος γὰρ θεοῦ διατάττεται Ἰουδαίοις, κείρεσθαι, καὶ μὴ τρέφεσθαι πλοκάμους. ἑκὼν δέ σοι πάρειμι σιγήσων, τὴν τῶν θρόμβων τοῦ αἵματος, καὶ τῆς πλευρᾶς εἰς γῆν ἐξ Ἰησοῦ καταῤῥυσίν τε, καὶ ἐξ ἐνυποστάτου σαρκὸς θεοῦ ἀφαίρεσιν. Ἴσως δέ σε μηδὲ τοῖς εὐαγγελίοις πιστεύειν μαρτυροῦσιν, ὅτι προέκοπτεν ὁ Ἰησοῦς σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, τὴν νηπιώδη καταλιπὼν, καὶ πρὸς τὴν παιδιώδη, καὶ μειρακιώδη, καὶ πρὸς ἔφηβον, καὶ ἔννομον, καὶ τελείαν, μεθιστάμενος ἡλικίαν. Εἰ γὰρ μὴ κατὰ νόμον τὸν φυσικὸν κατεδέξατο ἑκουσίως τὰ τῆς φύσεως τοῦ σώματος, ἀδιάβλητα μάλιστα περὶ τοῦ βαπτίσματος, διὰ τί θεὸς ὢν παντοδύναμος, μὴ εὐθέως, ἡνίκα ἐτέχθη, ἐπὶ τῆς φάτνης ἐλάλησε; διὰ τί εὐθέως τεχθεὶς οὐκ ἐπεριπάτησε; τίνος χάριν μὴ εὐθέως πατέρα, καὶ μητέρα ἐκάλεσε; διὰ τί εὐθέως μὴ ὀδόντας, καὶ τρίχας, καὶ τὰ λοιπὰ μέλη τὰ τοῦ σώματος, πεπληρωμένα ἐτέχθη ἔχων; διὰ τί δὲ μὴ, καὶ μορφήν τινα κρείττω, καὶ λαμπροτέραν τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς ἠμφιέσατο; Εἰ γὰρ ταῦτα πεποίηκεν, εὐθέως ἂν ἐγίνωσκον, καὶ οἱ γονεῖς, καὶ ὁ κόσμος, ὅτι θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. καὶ εἰ τοῦτο ἔγνων, οὐκ ἂν αὐτὸν υἱὸν ἴδιον ἐκάλουν· οὐκ ἂν αὐτὸν ὑποτάσσεσθαι αὐτοῖς, καὶ δουλεύειν κατεδέξαντο, μᾶλλον δὲ ὥς φησιν, ὁ βατανεώτης, ὁ νεαρὸς, εἰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἄνθρωπος πιστευθῆναι ἠβούλετο ὁ Ἰησοῦς, διὰ τί μὴ μᾶλλον συνήγαγεν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐν τῇ Σιὼν Ἰουδαίους, καὶ Ἕλληνας, ὥσπερ ἐπὶ τῇ Πεντηκοστῇ πεποίηκε. καὶ οὕτως ὁρώντων πάντων κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ ἄνθρωπος, ὥσπερ μέλλει κατέρχεσθαι τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ αὐτοῦ. καὶ ὥσπερ ὤφθησαν πᾶσιν αἱ γλῶσσαι αἱ τοῦ πυρὸς. καὶ ὥσπερ ὅλου τοῦ Ἰσραὴλ θεωροῦντος κατῆλθεν ἐν εἴδει πυρὸς, ἐπὶ τοῦ Σινᾶ ὄρους, καὶ θεωρήσας ἐπίστευσεν ὁ λαός.

Ταῦτα δὴ καὶ Ἀμμώνιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς πρὸς τὸν Ἁλικαρνασσέα

ſi audias, circumciſionem octauo die à natali peractam; qua carnis ſuæ parte priuatus eſt? aut capillorum vel vnguium ex ipſo enatorum diuerſam abſciſsionem ac reſectionem? Iudæis enim capillos tondere præceptum erat, non nutrire. Cæterùm ſilentio libens inuoluam guttas ſanguinis, ex latere Ieſu in terram delabentes, & ex carne in Deo ſubſiſtente ablationem. Forſan neque fidem habes Euangeliis teſtantibus, Ieſum *profeciſſe ſapientia & ætate*, relicto ſtatu infantili, & ad puerilem & iuuenilem, ephebisque competentem ſecundum præfinitas naturæ leges gradu facto. Si enim non ex præſcripto naturalis legis omnia quæ in corpore noſtro à natura inſita ſunt, voluntariè ante baptiſma aſſumpſit, maximè illa, quæ reſpui nequeunt, qua de cauſſa, cùm Deus eſſet, non derepente ſimul atque in lucem exſtitit, in præſepi locutus eſt? Cur non ſtatim ab ortu ſuo ambulauit? Qua de cauſſa confeſtim patrem ac matrem non compellauit? Cur non abſq; mora dentes, & pilos, & reliqua corporis membra perfecta habuit? Cur non ſpeciem quandam humanâ auguſtiorem & ſplendidiorem induit? Nam ſi hæc feciſſet, ſtatim cognouiſſent parentes & mundus, ipſum Deum eſſe & non hominem. Et ſi hoc cognouiſſent; filium non nominaſſent. neque paſſi fuiſſent, vt ipſis ſubderetur ac ſeruiret. Imò ſi, vt Bataneotes Iunior dicit, CHRISTVS videri voluit homo ſupra hominem, cur non in Sion ex omnibus nationibus Iudæos & Græcos congregauit, vt in Pentecoſte ab illo factum eſt, ipſisque inſpectantibus, homo ex cœlo deſcendit, eo modo, quo in ſecundo aduentu venturus eſt; & quo linguæ ignitæ cunctis apparuerunt, & quo ipſe in ſpecie ignis ſupra montem Sinaj viſus eſt, vniuerſo Iſraële præſente, & credente.

*Luc. 2.* *Ezech. 44.* *Luc. 3.* *Actor. 2.* *Exod. 19.*

Cof. XIII (p. 272)

Hæc eadem ſcribit Ammonius Alexandrinus contra Ha-

ναστέα γράφων φησίν. ὅτι εἰ ὑπὲρ ἄνθρωπον κατὰ πάντα τρόπον ἠ-
βούλετο ὁ χριστὸς γνωρισθῆναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, τί ὅλως ἦν χρεία
γυναικὸς, καὶ μήτρας Μαρίας; τίς ἦν χρεία ἐνναμηνιαίου ἐν γαστρὶ
οἰκήσεως; ὁ γὰρ τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, εἰς τὸ εἶναι ποιήσας, ἄνευ
γυναικὸς, καὶ μήτρας, καὶ τόκου, ἠδύνατο καὶ ἑαυτῷ κατασκευάσαι
ἄνθρωπον, καὶ οἰκῆσαι εἰς αὐτὸν, καὶ ἐπιδημῆσαι ἐν τῷ κόσμῳ. πάλιν
τε εἰ μὴ ὁμοιωθῆναι ἡμῖν ἠβούλετο κατὰ τὴν σάρκα, δίχα μόνης τῆς
ἁμαρτίας, κατὰ πάντα τρόπον, διὰ τί μὴ ἀστρῷον σῶμα ἠμφιέσε-
το; ἢ ἡλιόμορφον; ἢ κρυσταλλοειδὲς, καὶ λάμπον, οἷον ἦν τὸ πρό-
σωπον τοῦ Ἀδὰμ, ὅτε γέγονε; καὶ τὸ πρόσωπον Μωσέως, ἐν τῷ ὄρει
Σινᾶ; ὡς γὰρ θεὸς αὐτῶν ὑπάρχων λαμπροτέραν ἐκείνων μορφὴν
ἐνδείξασθαι, καὶ ἔχειν ὀφείλει, πρὸς τὸ πιστωθῆναι τῷ κόσμῳ
ὅτι θεὸς ὑπάρχει. διὰ τί δὲ οὐχ ὡράθη, καὶ συνανεστράφη, ὡς ὠ-
ράθη, καὶ συνανεστράφη τῷ Ἀδάμ; μὴ ἐσθίων, μὴ πίνων, μὴ κοιμώ-
μενος, μὴ κοπιῶν, μὴ πτύων, μὴ δακρύων, μὴ πάσχων; ὁ γὰρ τὸν Ἀ-
δὰμ μὴ πτοήσας, μὴ δὲ καταπλήξας ἐν τῷ συνδιάγειν αὐτῷ, ἠδύ-
νατο καὶ ἡμῖν ὁμοίως ἐπιφανῆναι, καθὰ πάλιν, καὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ
Ἰακὼβ, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὡράθη, καὶ οὐκ ἐπάταξεν αὐτόν. ὁ-
μοίως καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Ναβουχοδονόσωρ, καὶ Μωσῆς, καὶ ἄλλοι
μυρίοι ὀπτασίαν δίχα σώματος ἑωράκασι θεοῦ. οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ
πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, ὄψεται χριστὸν ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ τοῦ
πατρὸς αὐτοῦ. καὶ τοῖς Ἀποστόλοις δὲ ἐν ἀφθαρσίᾳ, καὶ ἀθανασίᾳ ὢν
μετὰ τὴν ἀνάστασιν συνηυλίσθη ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα. διὰ τί οὖν
μὴ ἀγγελικῇ φύσει ἐπεφάνη τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ φθαρτῇ, καὶ θνητῇ, καὶ
ῥευστῇ σαρκί;

Ὁ ὀρθόδοξος. Ὅτι γὰρ εἰ ὤφθη χριστὸς κρείττονά τινα, καὶ πα-
ράδοξον μορφὴν ἔχων, εὐθέως ἐπιστεύετο, ὅτι θεὸς ὑπάρχει. ἐκ
γραφικῆς ἱστορίας τὸ λεγόμενον παραστῆσαι πειράσομαι. ποιήσας ὁ θε-
ὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ᾽ εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν θεοῦ, ἐνέθηκεν εἰς τὸ πρόσω-
πον αὐτοῦ διὰ τοῦ ἐμφυσήματος τὴν χάριν, καὶ ἔλλαμψιν, καὶ ἀκτῖ-
να τοῦ παναγίου πνεύματος, εἶτα διὰ τῆς παρακοῆς, καὶ τῆς ἁμαρ-
τίας ἀποσβεσθείσης τῆς τοιαύτης χάριτος ἐκ τοῦ προσώπου αὐτοῦ,

ἐγύ-

licarnasseum; videlicet, si Christus volebat corpus suum per omnia & omni modo communem hominum legem transcendere; quid opus erat fœminâ & vtero Mariæ? Ad quid nouem mensium in vtero mora? Nam qui Adamum, cùm non esset, formauerat vt esset; absque muliere, vtero & partu, poterat vtique etiam sibi humanam naturam condere, inque illa habitare, & in mundo peregrinari. Præterea si nobis similis esse nolebat in omnibus, absque solo peccato, cur non induit cœleste corpus; lucens ac rutilans solis instar aut crystalli, qualis erat facies Adami, quando conditus est, aut Moysis in monte Sinai? quippe, vt illorum Deus, longè fulgentiorem & nitidiorem formam assumere & poterat & debebat, vt suam diuinitatem mundo testatam redderet. Cur non nobis etiam conspiciendum sese præbuit, nobiscumq; versatus est, eo modo, quo visus est ab Adamo, cumque eodem versatus, neque manducans, neque bibens, neq; dormiens, neque delassatus, neque exspuens, neque lacrymans, neque quidquam patiens? Nam qui tali congressu suo Adamum nec perterrefecerat, neque formidine vlla perculerat, poterat vtiq; & nobis simili modo apparere, sicut & olim Abrahamo & Iacob facie ad faciem apparuit, & non percussit eum. Pari modo & Prophetæ, & Nabuchodonosor, & Moyses, & alij innumeri visionem Dei, expertem corporis viderunt. Neque isti duntaxat, sed & vniuersa hominum natura videbit Christum venientem in gloria Patris sui: & cum Apostolis post Resurrectionem iam in incorruptione & immortalitate per quadraginta dies egit; Cur igitur nõ in Angelica natura mundo sese cõspiciendũ exhibuit, sed in corruptibili, mortali, & fluxili carne?

*Exod.34.* *Gen.2.* *Actor.1.*

Orthodoxus. Si Christus excellentiore specie in lucem prodiisset, statim Deus creditus ac habitus fuisset; id quod ex sacrarum litterarum historia planum facere tentabo. Cũ Deus creasset Adamum secundum imaginem & similitudinem suam indidit in faciem eius per spiraculum, gratiam & illustrationem, & sancti Spiritus radium. Deinde hac gratia per peccatum & trãsgreßionem exstincta, & ex vultu abstersa, genuit Cain & Abel. Post hoc audi, quid scriptura dicat: Vixit Adam

*Gen.2.*

ἐγέννησε τὸν Κάϊν. ἐγέννησε τὸν Ἄβελ. μετὰ δὲ τούτους, ἀκούσον τί φησιν ἡ γραφή; Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ ἔτη διακόσια, καὶ τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱὸν, κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν, οἵαν εἶχεν ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὅτι γέγονεν ὑπὸ θεοῦ εἰκόνα, καὶ ἔλλαμψιν ἐπὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ, τοῦτ᾽ ἔστιν ἐξανάστασις. ἐπειδὴ εἶδεν ἐν αὐτῷ ἀνακαινισθεῖσαν τὴν ἀρχαίαν, καὶ παράδοξον ἐκείνην ἐπὶ τοῦ προσώπου μορφὴν, καὶ χάριν, καὶ ἔλλαμψιν τοῦ παναγίου πνεύματος, ἣν θεασάμενοι ἐπὶ τοῦ προσώπου τοῦ Σὴθ, ἅπαντες οἱ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἄνθρωποι, εὐθέως προσηγόρευσαν αὐτὸν θεόν. καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ εἶπεν ἡ γραφή. ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, τοῦτ᾽ ἔστιν οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴθ, τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, τὰς ἐκ τοῦ γένους τοῦ Κάϊν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, μετεῖχον γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἕως εἶπεν ὁ θεὸς, ὅτι οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις. μέντοιγε ὁ Σὴθ ἐπὶ ἐννεακοσίους πέντε χρόνους διέμεινεν ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων, ἔχων τὴν τοιαύτην παράδοξον τοῦ προσώπου μορφὴν, ὀνομαζόμενος ὑπὸ πάντων θεός. καὶ ὁ Ναβουχοδονόσωρ δὲ τὴν παράδοξον ὄψιν τοῦ τετάρτου, υἱὸν θεοῦ ἐκάλεσεν. καὶ ὁ Μανωὲ τὴν ἐξαίρετον τοῦ ἀγγέλου μορφὴν, θεὸν προσηγόρευσεν. ὁμοίως καὶ ὁ Ἰακὼβ, τὴν ξένην τοῦ παλαίσαντος αὐτῷ ὄψιν θεὸν ὠνόμασε. καὶ ἡ ἐγγαστρίμυθος παραδόξους μορφὰς θεασαμένη θεοὺς αὐτοὺς προσηγόρευσε. καὶ Μωσῆς δὲ ἐπὶ τεσσαράκοντα χρόνους διέμεινεν ἐν ἐκείνῃ τῇ παραδόξῳ τοῦ προσώπου μορφῇ.

Καὶ τίνος χάριν ὁ πάντων τούτων τὰ πρόσωπα οὕτω δοξάσας Χριστὸς, οὐκ ἔδειξε τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἑαυτῷ τοιαύτην μορφὴν, ὅπως πιστωθῇ, ὅτι θεὸς ὑπάρχει ἀληθῶς, καὶ τούτου χάριν κρείττονα παρὰ τὴν ὑλικὴν, καὶ γηΐνην, καὶ φθαρτὴν ἔχει μορφήν; ἀλλ᾽ ἐταπείνωσε, καὶ ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου ἑκουσίως λαβών. ὅθεν καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ταπεινώσει ταπεινοτέρως ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. οὐ γὰρ υἱὸς βασιλέως ἐπὶ γῆς γέγονεν. οὐχ υἱὸς ἀρχιερέως. οὐχ υἱὸς δυνάστου. οὐ μητρὸς βασιλίδος. ἀλλὰ γονέων πτωχῶν, κώμης οἰκτρᾶς Ναζαρέτ. οὐ μητροπόλεως τινός. οὐ τῆς Ἱερουσαλήμ, ἀλλὰ τόπου πτωχοῦ. Ἰωσὴφ

annos ducentos & triginta, & genuit filium ad imaginem, *Gen 4.* & ſimilitudinem ſuam, hoc eſt, qualem imaginem & ſplendorem ab initio in facie habuerat, quando à Deo creatus eſt: *Et vocauit nomen eius Seth* (quod eſt, *reſurrectio*) quando- *Ibidem.* quidem animaduertebat veterem in illo faciei decorem, & admirabilem gratiam, formam, & nitorem Spiritus ſancti inſtauratum ac reparatum. Quem omnes, qui eo tempore vitam agebant, in facie Seth intuiti, è veſtigio illum nominarunt Deum; eaq; de cauſſa de filiis eius dicit Scriptura: *Vi- Gen.6. dentes filij Dei*, hoc eſt, filij Seth, *filias hominum*, illas nimirum, quæ erant ex genere Cain, *acceperunt eas ſibi vxores*; nam & ipſi participes erant gratiæ Spiritus ſancti, donec dixit Deus: *Non permanebit Spiritus meus in his hominibus*: Tametſi ipſe Seth *Ibidem.* quinque ſupra nongentos annos inter homines manſit, hac *Gen.5.* admiranda faciei ſpecie inſignitus, & ab omnibus *Dei* appellationem ſortitus. Et Nabuchodonoſor quarti illius ple- *Dan.3.* nam admirationis viſionem, quaſi *filij Dei* nominauit. Et Manue eximiam Angeli ſpeciem conſpicatus, *Deum* voca- *Iudic.13.* uit. Sic & Iacob peregrinam, & eximiam formam eius, qui *Gen.32.* ſecum luctatus fuerat, Deum appellauit. Et Pythoniſſa in- *1.Reg.28.* ſuetas formas intuita, Deorum nomen illis tribuit. Moy- *Exod.34.* ſes quoque quadraginta annis admirabilem illam vultus formam retinuit.

Qua de cauſſa verò Chriſtus, qui horum omnium vultus tantâ gloriâ inſignierat; ſimilem ſpeciem ſibi quoque non indidit, inditamque publicè hominibus exhibuit; vt deitati ſuæ fidem conciliaret; aſſumpta in hunc finem formâ, quæ terreſtri hac & caduca longè excellentior eſſet? Sed *humiliauit, & exinaniuit ſemetipſum formam ſerui* voluntariè *ac- Philip.2. cipiens*; vnde etiam in ipſa ſua humiliatione humilius ſeipſum humiliauit: non enim patre Rege in terris progenerari voluit; non ſummo Pontifice, non Principe, aut quopiam procerum, non matre Regina; ſed parentibus egenis; in abiecto vico Nazareth; non in Metropoli, non Hieroſolymæ, ſed in loco vili. Inops erat Ioſeph. Opificium eius miſerandum. Vita egeſtati ſubiecta. Vnde & Bethleemi non erat illis lo- *Luc.2.*

cus

πτωχὸς, ἡ τούτου τέχνη οἰκτρά. ὁ βίος αὐτῶν πτωχός. ὅθεν, καὶ ἐν Βηθλεὲμ οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. οὔτε μὴν πλῆθος δούλων, καὶ ζώων, καὶ ἡμιόνων. διὸ καὶ πᾶσα ἡ ἐπὶ γῆς τοῦ χριστοῦ διατριβὴ, ἐν πτωχείᾳ, καὶ πεζοπορίᾳ γέγονεν, ὁ κύριος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς ἀδούλωτος ὢν, οἶκον ἐκ οἴκου μετερχόμενος, καὶ ξενοδοχούμενος, καὶ ἐκ τῶν συνακολουθέντων αὐτῷ γυναικῶν τρεφόμενος, ὁ πᾶσι τὴν ζωὴν, καὶ τὴν τροφὴν χαριζόμενος. ταῦτα δὲ πάντα τὰ πτωχοπρεπῆ οὐκ ἀσκόπως ὁ χριστὸς πεποίηκεν. ἀλλ' ἐπειδὴ δι' ὑψηλοφροσύνης ἔπεσεν ὁ ἄνθρωπος, νομίσας γενέσθαι θεὸς, τούτου χάριν, διὰ πολλῆς, καὶ ἀφάτου ταπεινοφροσύνης πεποίηκεν ὁ χριστὸς πάντα τὰ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας αὐτοῦ, ἐπὶ τοσοῦτον ταπεινώσας ἑαυτὸν, ὥστε καὶ αὐτὰ αὐτοῦ τὰ ἐντάφια ἱμάτια, οὐκ ἐξ οἰκείων γονέων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκομίσατο ἑκουσίως.

Διὸ ἐπιγνόντες τὸν σκοπὸν τῆς ἑκουσίου χριστοῦ ταπεινώσεως, ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, καὶ ἐπτώχευσεν, ἵνα τὴν ὑπερηφανίαν τοῦ ἐχθροῦ καταργήσῃ, μὴ δειλιάσωμεν μετὰ Παύλου εἰπεῖν. ὅτι πεπείραται Ἰησοῦς πάντων τῶν ἡμετέρων παθημάτων δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας. καὶ μάλιστα ἔχοντες τὰς προειρημένας αὐτοῦ πρὸ τοῦ βαπτίσματος παραστάσεις, καὶ τὰς νηπιώδεις, ἕως εἰς ἄνδρα τέλειον, αὐξήσεις, τὰς πείνας, τὰς δίψας, τοὺς κόπους, τὰ δάκρυα. καὶ τὰ λοιπὰ, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἅτινα τοῖς αἱρετικοῖς ἀντιτιθέντες, λέγω δὴ, ἅπερ ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις καθ' ἡμᾶς ἑκουσίως διεπράξατο. μηκέτι περὶ ὧν μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ χριστὸς ἐπεδείξατο ἀνθρωπίνων ζυγομαχήσωμεν. μὴ περὶ ὕπνου, μὴ περὶ βρώσεως, ἢ πόσεως, ἢ κόπου, ἢ δακρύων, ἢ λύπης ἢ ἀγωνίας, ἢ ἑτέρου τινὸς ὑλικοῦ. ἵνα γὰρ καὶ μηδὲν ὅλως ἀνθρώπινον διεπράξατο μετὰ τὸ βάπτισμα ἐν τοῖς τρισὶ χρόνοις, μήτε ἔφαγε, μήτε ἔπιε, μήτε ὕπνωσε, μήτε ἐκοπίασε, μήτε ἔπλυσε, μήτε ἔκλαυσεν, ἀρκοῦσιν ἡμῖν εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὸ ἀληθὲς τῆς αὐτοῦ ἀνθρωπότητος, πάντα, ὅσα ἔπραξε καθ' ἡμᾶς ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος. νόμος γάρ ἐστιν ἐξ ἀποστολικῶν κανόνων, ὁ ἐπιτρέπων τῆς τῶν πλειόνων μαρτυριῶν, ἢ χρήσεων εἶναι τὴν ψῆφον ἐπὶ παντὶ ζητήματι, καὶ δόγματι συντείνοντι εἰς χριστόν.

Πλὴν

Confitemur præterea ſanctiſsimum Chriſti corpus & animam gloria & ſplendore tantum antecedere noſtras animas & corpora; quantum ſpecies illa in camino ignis ſplendore ſuo exſuperabat alia corpora, quæ extra fornacem erant. Vnde ſacratiſsimum eius corpus nominamus diuinum: & omnia corporis, diuina, & immaculatam eius animam, Deo cognatam; Et omnia, quæ animæ competunt, diuina; & ſimul cum Deo vnita: vtrâque naturâ proprietates ſuas in vna diuina perſona, inconfusè, immutabiliter, & indiuiſibiliter conſeruante: quemadmodum à ſanctis Patribus religiosè traditum eſt. Confitemur etiam animam & corpus, quæ Verbo hypoſtaticè vnita ſunt; Verbo ſubiici, ſimulque cum omnibus proprietatibus ſuis à Verbo magis regi ac duci, quàm vlla alia creatura eidem ſubiiciatur, & ab eodem regatur; cum longè arctius cum verbo coniuncta ſint, quam vllæ aliæ res creatæ.

## *Explicatio, quorſum tendant ſpectentq́ ſubiecta capitula.*

AIT cœleſtis regni cognominis & conſors Baſilius: *Veritatis orationem eſſe ſimplicem*; hoc eſt, omnis fraudis, impoſturæ ac nequitiæ expertem. Omnia enim diuina eloquia prudentibus, & à malitia alienis, & recto corde Deum quærentibus, recta ſunt, & manifeſta. at verò in cor inſipientis, non intrat ſapientia Dei. Quocirca confeſtim quidquid audiunt vel legunt, mentis arrogantia impulſi, id reprehendere ac refutare ſtudet. Quid enim, obſecro, tutius, diuinius, & verius; quàm illud Theologi dictum: *In principio erat Verbum.* Et tamen à Diabolo inſtigatus Arius diuinum illud dictum non reliquit intactum & incorruptum: *Bene*, inquiens, *dixit*

ἀρχῇ ἦν ὁ υἱός, ἀλλ' ὁ λόγος ὁ προφορικὸς τοῦ θεοῦ. ὥστε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ὁ ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ διαβόλου ἐνεργούμενός ἐστιν, εἰς τὸ πάσης γραφικῆς, καὶ διδασκαλικῆς λέξεως ἐπιλαβέσθαι. καὶ τοῦτο εὐθέως κατάδηλον ποιῆσαι πειράσομαι, διὰ τοὺς μέλλοντας ἐπιλαβέσθαι κακοθελῶς, τῆσδε ἡμῶν τῆς ἐκθέσεως, ὧν τὸ κρίμα ἔνδικον, καὶ ἡ κόλασις ἀπαραίτητος.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕἸΚΟΣΤῸΝ ΚΑῚ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Σκόπος διαλέξεως πανούργου, πρὸς τοὺς κακούργως διαστρέφοντας, καὶ παρερμηνεύοντας, τὰς εὐαγγελικὰς, καὶ πατρικὰς περὶ χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν γραφάς.

Σοφὸς λόγος νομοθετεῖ τοῖς σοφῶς τὰ σοφὰ τοῦ θεοῦ λαλεῖν βουλομένοις λόγια φάσκων. μὴ ἀποκρίνου ἄφρονι πρὸς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ. ἵνα μὴ δόξῃ πως ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι. ὃ δὲ λέγει σοφὸς Σολομῶν, τοῦτό ἐστιν. ἐὰν ἀφρόνως τις τὰς θείας γραφὰς διαστρέφειν βουλόμενος, τὰ ἄρρητα, καὶ ἀκατάληπτα ἐπερωτήσῃ σε λέγων. πόθεν δῆλον ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ γεννητός ἐστι, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ἐκπορευτόν; ἢ πῶς δυνατὸν, τὸ γεννώμενον συνάναρχον εἶναι τῷ γεννήτορι; καὶ ἁπλῶς, ἡνίκα κακοτρόπως ἐπιζητεῖ τὰ ἀκατάληπτα, καὶ πίστει μόνῃ νοούμενα, μᾶλλον δὲ ὁμολογούμενα, καὶ μὴ νοούμενα. μὴ ἀποκρίνου αὐτῷ κατὰ τὴν τοιαύτην περίεργον ἀπιστίαν αὐτοῦ. συναπαγόμενος αὐτῷ καὶ σὺ ἐπιζητεῖν τὰ ζητήσεως ἁπάσης, καὶ ἐρεύνης βαθύτερα, καὶ πάσῃ κτίσει ἀγνώριστα. ἀλλὰ ἀποκρίνου αὐτῷ πρὸς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ, προφέρων αὐτῷ τὰ κοινῶς ὑπὸ πάντων χριστιανῶν ὁμολογούμενα, πίστει δὲ ἀπεριέργῳ τῇ ἐκκλησίᾳ φρονούμενά τε, καὶ κηρυττόμενα καὶ λαλούμενα. ἅπερ καὶ διηπόρησαν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνατολὴν οἱ νῦν τοῦ χριστιανισμοῦ ἀποστάντες, πεῖραν πλείστην νομικῶν τε, καὶ εὐαγγελικῶν, καὶ διδασκαλικῶν λόγων ἔχοντες, ἐξ ὧν εἰσι ταῦτα.

Πόθεν

*Ioannes: In principio erat Verbum: hoc est, sermo seu dictum* Dei: *non enim dixit: In principio erat filius, sed Verbum, quod Deus effert ac pronunciat:* Itaq; , charissimi fratres mei, à maligno spiritus incitatus est, vt omnia tam scripturæ, quàm doctorum dicta peruerteret; & hoc iam planum facere conabor propter illos, qui nostram explicationem maleuola mente carpent: quorum iudicium manifestum est, & supplicium ineuitabile.

## CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

### *Cur astutè & vafrè disputandum sit cum illis, qui scripturæ & Patrum de Christo dicta peruertunt, & in alienum sensum rapiunt.*

SAPIENTER monet diuina sapientia eos, qui sapientiam Dei aliis loqui instituunt. *Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam, ne videatur sibi esse sapiens:* Quod verò sapientissimus Salomon significare vult; id huiusmodi est. Si quis insipienter ac stolidè diuinas scripturas deprauare conatus, ineffabilia & incomprehensa mysteria Dei profert; hunc in modum sciscitans: Vnde constat filium Dei generari; sanctum verò Spiritum procedere? & quomodo fieri potest, vt genitum æquè ac generans initio careat? &, vno verbo, quoties quis mala mente, arcana ista & abdita, solaq; fide intellecta, vel potius credita ac confessa, non autem intellecta, in medium producit, ne respondeas ad hanc illius curiosam infidelitatem, ne & ipse incipias cum illo scrutari ea, quæ omnem scrutationem & inuestigationem exsuperant, omniumq; creaturarum cognitionem fugiunt; sed responde illi *secundum suam stultitiam*, proferens, quæ communiter ab omnibus Christianis conceduntur, & fide simplici in Ecclesia tenentur, prædicantur & explicantur, cuiusmodi dubitationes nobis quoque proposuerunt in Oriente nouitij desertores fidei, multa ex lege, Euangeliis, & doctoribus accumulantes; ex quorum numero etiam ista.

*Prouerb. 26.*

*Prouerb. 26.*

Πόθεν δῆλον, ὅτι κτιστή ἐστιν ἡ ἡμετέρα ψυχή, ἢ ἀθάνατος μένει, μηδαμοῦ τῆς νομικῆς γραφῆς τοῦτο μαρτυρούσης;

Δευτέρα ἀπορία ἀποστατῶν τῆς Ἐκκλησίας πρὸς χριστιανούς. Τίς μοι λέγει, ὅτι Μωσέως ἐστὶ σύγγραμμα ἡ Γένεσις; οὐ γὰρ ἐπιγέγραπται, καθάπερ καὶ αἱ λοιπαὶ βίβλοι, αἱ τῶν προφητῶν. πλὴν ὅτι καὶ πλεῖστα φαίνεται μὴ ἀληθεύουσαι. ἐξ ὧν εἰσὶ καὶ ἡ ἀπόφασις τοῦ θεοῦ, ἡ περὶ τῆς βρώσεως, καὶ ἡ περὶ τῶν ἐτῶν τῆς κακώσεως τοῦ ἰσραὴλ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ, ἑκατὸν γὰρ τεσσαράκοντα χρόνους ἐταλαιπώρησαν, τοῦτ' ἔστι μετὰ τὸν θάνατον ἰωσήφ. ὁμοίως, οὔτε ὁ ὅρος, ὃν εἶπεν ὁ θεὸς περὶ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων γέγονεν ἐπὶ τοῦ Νῶε· εἶπεν γὰρ ρκ̄ χρόνους μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ζῆν τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους.

Πάλιν δὲ ἐντελλάμενος τὸ πολύκρεων ἐκεῖνο Λευιτικόν, ὕστερόν φησιν ὁ θεὸς διὰ ἡσαΐου, καὶ ἱερεμίου. ὅτι οὐδὲν περὶ θυσιῶν ἐνετείλατο τῷ ἰσραήλ, οὔτε περὶ τῶν ὁλοκαυτωμάτων.

Πάλιν τε ὑποσχόμενος νόμιμον αἰώνιον εἶναι τὸν νόμον. πῶς οὐκ ἔστησε τὰ προστάγματα αὐτοῦ τὰ νομικὰ αἰώνια;

Καὶ συνταξάμενος διδόναι τῷ σπέρματι ἰσραὴλ ἀπὸ Αἰγύπτου ἕως τοῦ Εὐφράτου κατάσχεσιν. οὐδὲ τὸ δέκατον μέρος τῆς ὑποσχέσεως δέδωκεν αὐτοῖς. ταῦτα ἐκ τῆς παλαιᾶς.

Ἐπαπόρησις ἐκ τῶν αὐτῶν ἀπίστων, ἐκ τῆς καινῆς διαθήκης.

Τοῦ Εὐαγγελίου μὴ λέγοντος, ὅτι ἐσφραγισμένου τοῦ τάφου ἀνέστη ὁ χριστός, πόθεν ὑμεῖς τοῦτο δεικνύετε;

Τοῦ Εὐαγγελίου ἄνω, καὶ κάτω ἄνδρα ΜΑΡΙΑΣ καλοῦντος τὸν ἰωσήφ, διατί ὑμεῖς τοῦτο οὐ λέγετε;

Καθὼς εἶπεν τὸ Εὐαγγέλιον τὴν ἄπορον σύλληψιν τοῦ χριστοῦ, πῶς οὐκ εἶπεν καὶ τὴν ἄφθορον ἐκ παρθένου κύησιν, ὡς ὑμεῖς λέγετε;

Τοῦ Ἰωάννου λέγοντος Μάρθαν ἀδελφὴν ΜΑΡΙΑΣ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν, πῶς ὑμεῖς τοῦτο οὐ λέγετε;

Πῶς εἰπὼν ὁ χριστὸς ποιῆσαι ἐν τῷ ᾅδῃ ἀπαραλλάκτως ὡς Ἰωνᾶς τρεῖς ἡμέρας ὁλοκλήρους, καὶ τρεῖς νύκτας. οὐ πεποίηκεν αὐτὰς ὡς Ἰωνᾶς καθάπερ προείρηκεν.

Πῶς δὲ πάλιν ἐν μὲν τῷ ἑνὶ Εὐαγγελιστῇ παραγγέλλει ὑμῖν,

I. *Vnde constat animam nostram esse creatam, vel immortalem permanere, cum hoc in lege nusquam proditum sit?*

*Habes hic illustre exemplũ; quo fructu sectarij, filij proprij iudicij sequentes, scripturas legant.

Secunda dubitatio seu quæstio ab Ecclesiæ desertoribus proposita. *Vnde cognoscam, librum, qui Genesis inscribitur, esse Moysis; non enim eiusmodi inscriptionem habet, qualem aliorum Prophetarum libri, præterquam quod multa in illo continentur, quæ à veritate aliena videri poßint; vt est illa ob esum vetiti pomi prolata à Deo sententia; & quod traditur de ærumnis & afflictionibus, quos Israëlitæ in Ægypto per quadringentos annos perpeßi sint; tantum enim centum & quadraginta annos in Ægypto post mortem Iosephi implerunt. Præterea neque terminus ille, quem vitæ humanæ præstituit Deus, locum habuit in Noë. Decreuerat enim, vt vitæ humanæ cursus vsque ad diluuium centum viginti annis terminaretur.*

Genes. 3. Actor. 7. Galat. 3. Genes. 6.

III. *Rursus cùm in Leuitico de variis illis victimarum oblationibus varia imperasset, postea per Isaiam & Hieremiam Prophetas dicit; se nihil de sacrificiis Israëli præcepisse, neq; de holocaustis.*

Isai. 57. Hierem. 44.

IV. *Iterum pollicitus fore, vt lex legitimum sempiternum foret; quomodo promissa non fecit, præceptaq; sua legalia æterna effecit?*

Exod. 28.

V. *Pollicitus se Israëlitis possessionem daturum ab Ægypto vsque ad Euphraten, ne decimam quidem partem promißi sui exsoluit.*

Deut. 18.

Hæc ex veteri Testamento obiiciunt; sequuntur, quæ ex nouo adducunt.

I. * *Cùm Euangelium non dicat, Christum clauso ac signato sepulchro resurrexisse, vnde id probatis?*

* Quæstio Caluinistica. Matth. 28.

II. *Cùm Euangelium paßim vocet Iosephum, virum Mariæ, quare hoc vos non profitemini?*

Matth. 1. Luc. 1.

III. *Cur Euangelium, vt Christi conceptionem absque semine, ita, salua integritate ex Virgine ortum, vt vos dicitis, non tradidit?*

IV. * *Cùm Euangelium dicat, Martham esse sororem Mariæ matris Domini nostri; qui fit, vt vos idem non dicatis?*

Ioan. 11. & 13.

V. *Quomodo cum Christus dixerit, se tres dies integros acturum in sepulchro & tres noctes, instar Ionæ, non egit tot dies noctesq; vt Ionas, quemadmodum prædixerat.*

* En imperitiã simile illi, quæ hodie perpetuò clamat: Scrutamini scripturas.

VI. *Quomodo rursus in Euangelio hortatur, vt feramus calceos, & virgam*

Matth. 12.

φορεῖν καὶ ὑποδήματα, καὶ ῥάβδον. ἐν δὲ τῷ ἄλλῳ εὐαγγελιστῇ, κωλύει τὴν ῥάβδον, καὶ τὰ ὑποδήματα;

Τῶν εὐαγγελιστῶν μηδαμοῦ λεγόντων, πόθεν ἔγνωτε, ὅτι ἐν σπηλαίῳ ἐτέχθη ὁ χριστός; οὐκ εἴρηται γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς εὐαγγελίοις.

Εἰ ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν ταῦτα ἐδίδαξε, πῶς ῥαπισθεὶς εἰς τὴν σιαγόνα, οὐκ ἔστρεψε καὶ τὴν ἄλλην; ἀλλὰ καὶ ἐνεκάλεσε τῷ ῥαπίσαντι.

Τοῦ εὐαγγελίου κτιστὸν, ἤτοι γεννητὸν λέγοντος τὸν χριστὸν, πῶς ὑμεῖς, μέρος μὲν αὐτοῦ λέγετε κτιστὸν, μέρος δὲ ἄκτιστον; ὁ γὰρ Ματθαῖός φησιν. Βίβλος γενέσεως, ἤγουν ποιήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.

Εἰ ἀπερίγραπτον λέγετε τὸν θεὸν, πληροῦντα ὁμοίως τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, πῶς ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν ὁ λόγος, καὶ πάλιν ἐκεῖ ἀνῆλθεν;

Εἰ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν ὁ θεὸς λόγος τῇ θεότητι, καὶ πρὸ σαρκώσεως, ὡς λέγει Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, πῶς κατελθόντα αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ λέγετε ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Μαρίας; ἐὰν γὰρ ὧδε ἦν καὶ πρὸ σαρκώσεως, πρόδηλον, ὅτι οὐ κατῆλθεν. εἰ δὲ ἐν τῇ σαρκώσει κατῆλθεν, εὔδηλον ὅτι ἐν τῷ οὐρανῷ περιγεγραμμένος ἦν καθὰ καὶ οἱ ἄγγελοι.

Εἰ ἐκ τοῦ πατρός ἐστι καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, εὔδηλον, ὅτι πατὴρ ἀμφοτέρων ἐστι. καὶ γέννημά ἐστι καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Εἰ δὲ τοῦτο οὐ καταδέχεσθε ὁμολογεῖν, εἴπατε ἡμῖν, ποῖον πρῶτον, καὶ ποῖον δεύτερον προῆλθεν ἐκ πατρὸς; ὁ υἱὸς, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Εἰ δὲ ἐν τῷ ἅμα προῆλθον, εὔδηλον ὅτι διδυμοτόκος ἐστὶν ὁ πατήρ. Καὶ ἀδελφοθεῖαι ἔχουσιν ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα. Τίς δέ ἐστι καὶ ἡ διαφορὰ γεννήσεως, καὶ ἐκπορεύσεως, ἐπὶ τῆς ἀπεριγράπτου, καὶ ἀχωρίστου θεότητος;

Πόθεν δῆλον, ὅτι ὁ μὲν λόγος τοῦ θεοῦ ἐνυπόστατος θεός ἐστιν; ὁμοίως καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, θεός ἐστι, καὶ ὑπόστασις θεοῦ. ὁ δὲ νοῦς τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔστιν ἄλλος θεὸς, καὶ ἄλλη ὑπόστασις. οὐδὲ ἡ καρδία τοῦ θεοῦ. οὐδὲ ἡ δεξιὰ τοῦ θεοῦ. οὐδὲ ὁ βραχίων, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα λέγει ἡ γραφὴ ἐπὶ θεοῦ.

Πῶς ἕνδεκα ὄντων τῶν μαθητῶν πρὸ τῆς χριστοῦ ἀναλήψεως, λέγει ὁ Παῦλος, ὅτι ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ὤφθη τοῖς δώδεκα μαθηταῖς; οὔπω γὰρ ἦν ὁ Ματθίας συγκαταριθμηθεὶς αὐτοῖς οὐδὲ ὁ Παῦλος.

virgam. Apud alium verò Euangelistam prohibet, tam calceamenta, quàm virgam.

Matth. 10. Marc. 6. En quæstiones planè Lutheranas & Caluinianas.

VII. Vnde scitis, Christum in spelunca natum esse, cùm id à nullo Euangelista proditum sit?

Luc. 2. Matth. 26.

VIII. Si quæ cœpit IESVS facere, prius docuit, quomodo vna maxilla cæsus non præbuit alteram? quin & cædentem reprehendit?

IX. Cùm Euangelium dicat, Christum esse quiddam creatum aut genitum; quomodo vos partem quidem illius dicitis creatam; alteram partem increatam; nam Matthæus ait: Liber generationis, hoc est, effectionis Christi, filij Dauid, filij Abraham.

Ioan. 1. Luc. 2. Matth. 1.

X. Si Deum incircumscriptum esse profitemini, qui cœlum & terram æqualiter impleat; quomodo Verbum descendit de cœlo, rursumq; in cœlum ascendit?

Hierem. 23. Ephes. 4.

XI. Si Verbum diuinum, per diuinitatem suam erat in mundo, etiam ante Incarnationem, vt scribit Ioannes Euangelista, quomodo dicitis, illud ex cœlo in vterum Virginis descendisse? Si enim etiam ante incarnationem ibi erat, clarum est, non descendisse: si verò in Incarnatione descendit, clarum est, cœlo circumscriptum fuisse, sicut & Angelos.

Ioan. 1.

XII. * Si filius & Spiritus sanctus est ex patre; manifestum est, vtriusque eundem patrem esse: ipsumq; adeo Spiritum sanctum esse genitum. Quod si hoc non admittitis, dicite nobis, quis prior, quisue posterior ex patre processerit, filius an Spiritus sanctus? Si verò simul processerunt, iam hoc ipso liquet, patrem geminos peperisse, filiumq; & Spiritum sanctum in diuinitate quasi fratres esse: Et quæ nam est generationis & processionis differentia in diuinitate incircumscripta, immutabili & inseparabili?

* Quæstiones Ariana, Eunomiana, Seruetiana.

XIII. Vnde constat Verbum Dei esse hypostaticè subsistentem Deum, similiter & spiritum Dei esse Deum & hypostasin Dei: mentem verò Dei non esse alium Deum, neque aliam hypostasin, neque cor Dei, neque dexteram Dei, neque brachium Dei, neque reliqua, quæ scriptura Deo tribuit?

En imperitiã Arianisticam. Genes. 6. Marc. 1. 16. Actor. 7. Luc. 1. Bar. 2.

XIV. Quomodo cùm vndecim essent discipuli ante Domini ascensionem, dicit Paulus; resurgentem ex mortuis apparuisse duodecim Apostolis: necdum enim Matthias illis annumeratus fuerat, vt nec Paulus.

1. Cor. 15. Matth. 19.

Πῶς ὑποσχόμενος ὁ χριστὸς τοῖς δι' αὐτὸν ἀποτασσομένοις ἀγρῶν, καὶ γυναικὸς, καὶ τέκνων, καὶ χρημάτων, ἑκατὸν τὰ πλασίονα διδόναι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὐ παρέχει αὐτοῖς ταῦτα, καθὼς ὑπέσχετο;

Κείσθωσαν ταῦτα τὰ ὅπλα τοῖς φρονίμοις κατὰ τῶν ἀφρόνων, ἡνίκα εἴδετε αὐτοὺς κακοθελῶς πρὸς ἡμᾶς διαλεγομένους, καὶ ἐπιλαμβανομένους κακοθελῶς τῆς δε τῆς βίβλου.

Οὐκοῦν πίστις ἀπερίεργός ἐστιν ὁ χριστιανισμὸς, καὶ δέον, ἐν ἁπλότητι, καὶ εὐθύτητι καρδίας δέχεσθαι, καὶ ἀκούειν πᾶσαν θείαν γραφὴν, καὶ μάλιστα τὰς διδασκαλικάς. αἱ μὲν γὰρ εὐαγγελικαὶ, καὶ ἀποστολικαὶ οἴδαμεν ὅτι ἀνόθευτοι εἰσὶ, καθὰ περὶ τούτου διαφόρως συνετάξαμεν λέγοντες ὅτι διαδοθέντος, καὶ γραφέντος τοῦ εὐαγγελίου ἐν τοῖς γράμμασι τῶν ἑβδομήκοντα δύο γλωσσῶν, καὶ ἐθνῶν, ἀδύνατόν ἐστι ῥαδιουργίαν, ἢ μείωσιν, ἢ προσθήκην ὑπομεῖναι αὐτό. Κἂν γὰρ μιᾶς, ἢ καὶ δευτέρας γλώττης ἐπεχείρησέ τις νοθεῦσαι τὰ βιβλία, ἠλέγχετο εὐθὺς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἑβδομήκοντα γλωσσῶν ἡ ῥαδιουργία αὐτή. Ὅρα γοῦν ὅτι τινὲς ἐπεχείρησαν παρεπάραι τοὺς θρόμβους τοῦ αἵματος τοῦ ἱδρῶτος χριστοῦ ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου. καὶ οὐκ ἴσχυσαν. Ελέχονται γὰρ τὰ μὴ ἔχοντα τὸ κεφάλαιον ἐκ πολλῶν, καὶ διαφόρων Εὐαγγελίων ἐχόντων αὐτό. Εν γὰρ πᾶσι τοῖς ἐθνικοῖς εὐαγγελίοις κεῖται, καὶ ἑλληνικοῖς πλείστοις. οἱ δὲ τῶν ἁγίων πατέρων λόγοι, καὶ μάλιστα οἱ δογματικοὶ οὐ διεδόθησαν ἐν πάσαις ταῖς γλώσσαις ταῖς ἐθνικαῖς, οὐδὲ ἐν πάσαις ταῖς χώραις. Καὶ ἔστιν ὅτε τινὲς αἱρετικοὶ κατὰ καιροὺς, ἴσχυσαν προσθήκας τινὰς, καὶ ὑφαιρέσεις ποιῆσαι ἐν αὐταῖς. ὅπερ ἡμεῖς αὐτῇ τῇ πείρᾳ εὕρομεν τοῦτο αὐτό. πρὸς δὲ ἀπόδειξιν τῶν προειρημένων ἐροῦμεν ἐκ μέρους τινὰς αἱρετικὰς κακουργίας, ἐν ταῖς διδασκαλικαῖς βίβλοις γεγενημένας.

Ἀγέννητον, ἤγουν ἄκτιστον, μόνον τὸ θεῖον ὑπάρχει. καὶ ἰδοὺ εὑρίσκομεν εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον ἐν κεφαλαίῳ ἐπιγεγραμμένῳ περὶ μεγάλου, καὶ σμικροῦ περὶ θεοῦ λέγοντα οὕτως. ἀμείωτον, ἀγέννητον, οὐχ ὡς μήπω γενόμενον, ἢ ἀτελείωτον. ἢ ὑπὸ τοῦ δε, ἢ τόδε μὴ γενόμενον. οὐδ' ὡς μηδαμοῦ μηδαμῶς ὄν, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ πᾶν ἀγέννητον. Εἰπὼν δὲ ὑπὲρ πᾶν ἀγέννητον, πολλὰ ἀγέννητα ἐσήμανεν, ἤτοι ἄκτιστα.

XV. * *Quomodo Christus pollicitus illis, qui sui caussa agros, vxores, filios & pecuniam desererent, centuplum se redditurum in hac vita; fidem non seruat, sicut promisit?*

Hæc arma prudentes contra imprudentium fraudes in promptu habeant; quoties viderint eos malignè & fraudulẽter nobiscum disceptare, & hunc librum inuicta mente carpere.

Igitur fides Christianorum est incuriosa, in simplicitate & rectitudine cordis totam diuinam scripturã recipere & audire consueta, maximè verò doctrinam à Patribus traditam. Dicta enim Euangelica & Apostolica scimus vniuersim deprauari non posse; quemadmodum variis locis iam ostendimus, eò quod Euangelium septuaginta duarũ linguarum & gentium literis consignatum sit. Quare fieri nequit, vt vel detractione vel additione à sceleratis corrumpatur. Nam licet quis vnius vel alterius linguę libros falsare conaretur; improbitas tamen ista statim detegeretur & redargueretur ab aliis septuaginta linguis: Quidam enim ex Euangelio S. Lucæ locum illum de guttis sanguinis & sudoris exscindere tentarunt; nec potuerunt. Nam codices qui his carent; falsitatis conuincuntur ex plurimis aliis, qui omnia illa repræsentant: codicibus, qui tam Græcè, quàm aliarum nationum linguis exarati sunt: At verò monumenta patrum, maximè dogmatica, non sunt in omnium gentium sermonem conuersa; nec ad omnes regiones perlata. Quo fit, vt Hæretici quædam adiiciendi; quædam verò demendi occasionem nacti fuerint. Quod nos experientia didicimus. Cæterùm, vt quæ iam diximus, manifestiora fiant, in specie quædam deprauationum exempla in scriptis Patrum occurrentia commemorabimus.

*Solus Deus ingenitus est ac increatus.* Et tamen apud S. Dionysium in capite, cuius inscriptio est, *de magno & paruo*; hæc de Deo leguntur. *Nullius egens, quod augeri minuiue non posit: ingenitum, non quasi nondum genitum, seu quasi imperfectum sit, seu non sit, aut ab hoc, aut hoc non sit, neque vt quod nusquam, nulloq; modo sit, sed quod super omne ingenitum sit.* Dicens porro; *super omne ingenitum,* multa *ingenita* seu *increata* significauit. Et quomodo hoc fieri potest?

*S. Dionysius libro de diuin. Nom. cap. 9.*

καὶ μὴν πῶς τοῦτο δυνατόν; οὐδεὶς γὰρ ἀγέννητος, εἰ μὴ μόνος θεός. ταύτην γοῦν τὴν χρῆσιν παρήγαγε Μανιχαῖός τις, βουλόμενος δεῖξαι, καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ ὕδατα ἄκτιστα, τουτ' ἔστιν, ἀγέννητα.

Πάλιν τε μίαν οὐσίαν λεγούσης τῆς Ἐκκλησίας εἶναι πάντας τοὺς ἁγίους ἀγγέλους. Ὁ αὐτὸς θεῖος, καὶ Ἀποστολικὸς Διονύσιος πολλὰς οὐσίας ὀνομάζει τὰς ἄνω δυνάμεις. ὁ γοῦν μέγας Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, ὁ ἀπὸ ῥητόρων, ἐν τοῖς σχολίοις, οἷς πεποίηκεν εἰς τὸν μακάριον συνώνυμον αὐτοῦ Διονύσιον, οὕτω λέγει. ὅτι ἀγέννητον εἴωθεν καλεῖν ἡ ἔξω φιλοσοφία, πᾶσαν ἀόρατον φύσιν. ὁμοίως καὶ οὐσίας, τὰς ὑποστάσεις. Κἂν τούτου φησὶ κατὰ τοὺς ἔξω εἴρηνται τῷ ἁγίῳ Διονυσίῳ αἱ τοιαῦται φωναὶ καταχρηστικῶς. ὥστε οὐ χρὴ ἀσκόπως, καὶ κατὰ τὸ ἡμῖν δοκοῦν, ἑρμηνεύειν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς, καθὰ, καὶ σήμερον ποιοῦσι τινές. πάλιν γὰρ εἴρηται τῷ μακαρίῳ Βασιλείῳ ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἑξαημέρου· ὅτι πᾶν τὸ ἀρχὴν ἔχον, πάντως καὶ τέλος ἔχει. ἐπὰν γὰρ ἀρχὴν μοι εἴπῃς, περὶ τοῦ τέλους μὴ ἀμφιβάλῃς. ὅπερ δὴ πάλιν προφέρουσιν ἡμῖν οἱ ματαιόφρονες Ὠριγενιασταὶ, βουλόμενοι δεῖξαι τὴν προύπαρξιν τῶν ψυχῶν ἐν οὐρανοῖς πρὸ τῶν σωμάτων ὑπαρχουσῶν. καθάπερ πάλιν καὶ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς κολάσεως προφέροντες, οὐκ ὀλίγας χρήσεις, ὡς τοῦ θεόφρονος Γρηγορίου τοῦ Νύσης, καὶ τοῦ Θεολόγου ὑπαρχούσας. Καὶ ταύτας πρὸς τὸ αὐτοῖς δοκοῦν ἑρμηνεύοντες. ταῦτα δέ μοι οὐκ εἰκῆ, οὐδὲ μάτην εἴρηται. ἀλλ' ἐκείνους αἰνίττομαι, τοῖς λεξειδίοις, καὶ χρησειδίοις τῶν πατέρων προσκόπτοντας, καὶ φῶς γνώσεως μὴ ἔχοντας, καὶ σκοτουμένους, καὶ πίπτοντας, καὶ συντάγματα φλυαριῶν συντάττοντας κατὰ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, τὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, τὴν ἐκ παρθένου τοῦ θεοῦ λόγου ἀρνούμενα καὶ ἀνατρέποντα.

Προφέρουσιν οἱ Ὠριγενιασταὶ χρήσεις ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὰ θεοφάνια τοῦ Θεολόγου. καὶ πάλιν, τοῦ * Νύσης, ἐκ τοῦ περὶ ἀρετῆς, καὶ τοῦ εἰς τὴν γύναν, καὶ εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, καὶ εἰς τὰ ᾄσματα, καὶ εἰς ἑτέρους λόγους. Προσθήσω δὲ τοῖς εἰρημένοις πρὸς ἐντελεστέραν ἀπόδειξιν. ὅτι χρὴ μετὰ φόβου θεοῦ καὶ ἁπλότητος ψυχῆς τοὺς λόγους τῶν ἁγίων πατέρων ἀκούειν, καὶ ἐρευνᾶν, προβαλλομένων ἄνω, καὶ κάτω τὸν ἅγιον

*νύσσης

Κύριλλον

Nullus enim ingenitus eſt, præter ſolum Deum. Hanc igitur partem inſeruit Manichæus quiſpiam, eo conſilio, vt oſtenderet, etiam Angelos, animam & aquas, increata eſſe; hoc eſt, *ingenita.*

Rurſus cum Eccleſia doceat, vnam eſſe Angelorũ ſubſtantiam: idem diuinus & Apoſtolicus Dionyſius nominat ſupernas virtutes *multas ſubſtantias.* At Magnus Dionyſius Alexandrinus ex Rhetorum numero Epiſcopus factus, in ſcholiis, quæ ſcripſit in ſibi cognominem Dionyſium, hæc habet. *Externa philoſophia ingenitam appellare ſolet omnem naturam inaſpectabilem: ſimiliter & hypoſtaſes, ſubſtantias. Ex cuius more S. Dionyſius his locis eſt locutus*; impropriè nimirum has voces vſurpans. Quocirca non debemus improuidè, & temerè Sanctorum dicta interpretari; ſicut hoc tempore nonnulli conſueuerunt. Ait S. Baſilius ſermone in Hexaëmeron, *omne illud, quod principium habet, habere itidem finem: nam quando principium profers, non eſt, quod amplius de fine dubites.* Quod dictum crebrò nobis obiiciunt vaniſsimi Origeniſtæ, vt inde præexiſtentiam animarum in cœlis ante corpora extundant, qui etiam non pauca teſtimonia producunt, ſub Gregorij Nyſſeni, & Nazianzeni nomine, vt pœnas æternas aliquando finem habituras, omniumq; rerum in priſtinum ſtatum reparationem demonſtret: & hæc opinioni ſuæ conuenienter interpretantur. Iſta neque temerè, neque fruſtra diſſerui, ſed intuitu ad illos, qui ad dicta patrum, ſcientiæ lumine deſtituti, impingunt, tenebriſque immerſi præcipites ruunt, vaniſsimosque libellos aduerſus Catholicam Eccleſiam componunt, quibus Verbi Incarnationem ex Virgine labefactare ac euertere nituntur.

Proferũt Origeniſtæ dicta Theologi ex oratione in Theophaniam; & Nyſſeni ex ſermone de Virtute, & in natiuitatem Chriſti, & in Beatitudines, & in Cantica, & ex aliis ſermonibus. Vt autem magis eluceſcat monumenta Patrum cum timore Dei & ſimplici animo legenda & audienda eſſe; addam prædictis ſequentia. Cum Gaianitæ & Theodoſiani, & Euty-

Κύριλλον Γαϊανιτῶν τε, καὶ Θεοδοσιανῶν, καὶ Εὐτυχιανιστῶν, ὡς μίαν φύσιν λέγοντα ἐπὶ Χριστοῦ, διισχυριζόμενος ἐν τῇ ἑαυτοῦ συγγραφῇ, ὅτι μᾶλλον τῷ Νεστορίῳ συνηγορεῖ Κύριλλος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα, φησὶ, λέληθεν ἑαυτὸν, εἰς ὃν φεύγει βρόχον, εἰς αὐτὸν ἀγρευθείς. Ἐν οἷς προσήγαγεν εὐθὺς ἐκ προοιμίων τὸ τέταρτον κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τὸ λέγον. εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι διαιρεῖ τὸν Χριστὸν, ἀνάθεμα ἔστω.

Καὶ πρὸς ταῦτα φησὶν ὁ Ἀνδρέας. Εὖγε ὄντως τῆς ὀρθῆς κρίσεως. καὶ ἀπερεύγει τῆς εὐσεβοῦς τῶν δογμάτων Κυρίλλου ἐκθέσεως. Ἰδοὺ γὰρ πατρικῶς, καὶ μάλα συνοδικῶς, πρόσωπα εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁρίζεται, τοῖς ἐν Νικαίᾳ ἁγίοις πατράσιν ἑπόμενος τοῖς λέγουσι τρεῖς ὑποστάσεις, ἤτοι πρόσωπα ἐπὶ τῆς ἁγίας, καὶ ὁμοουσίου τριάδος. Εἰ οὖν πρόσωπα εἶναι τὰς ὑποστάσεις καλῶς διισχυρίζεται, πῶς ἐν πᾶσιν αὐτοῦ σχεδὸν τοῖς διδάγμασι, τὰς φύσεις ὑποστάσεις εἶναι ἐκήρυξε; λέγων γὰρ τὰς φύσεις, ὑποστάσεις, τὰς δὲ ὑποστάσεις πρόσωπα, τί ἄλλο ὁμολογῶν εὑρεθήσεται, ἀλλ' ἢ διάφορα ἐν Χριστῷ πρόσωπα, ὡς ὅταν λέγῃ, ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις. αἱ ὑποστάσεις τίνος ὦ γεννάδα Κύριλλε; πρόδηλον αἱ τοῦ Χριστοῦ. εἰ καὶ ὅλως ὑποστάσεις ὁρίζῃ. Εἰ γὰρ μὴ σὺ τὸν τοιοῦτον ὅρον δέδωκας, τοῦτ' ἔστι πρόσωπα τὰς ὑποστάσεις εἶναι, τάχα ἂν ἠδύνατό τις ὑπὲρ σοῦ ἀπολογούμενος λέγειν, ὅτι οὐ πρόσωπα Κύριλλος νοεῖ τὰς ὑποστάσεις, ἀλλ' ὑπάρξεις τινὰς πραγμάτων ἐνουσίων. σοῦ δὲ καθ' ἑαυτοῦ τὸν τοιοῦτον ἐξενεγκόντος ὅρον, ἀποκέκλεισται σοὶ λοιπὸν πᾶσα περὶ τούτου ἀπολογία. οὐκοῦν ὅτε λέγεις, ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ Χριστοῦ φύσεις, ἤγουν αἱ ὑποστάσεις, οὐδὲν ἕτερον λέγεις, ἀλλ' ἢ, ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ Χριστοῦ ὑποστάσεις, ἤτοι τὰ πρόσωπα. ὅθεν κατὰ τοῦτόν σου τὸν ὅρον, καὶ νόμον τὸν φάσκοντα, τὴν φύσιν ὑπόστασιν, ἤτοι πρόσωπον εἶναι, εὑρεθήσῃ τρεῖς μὲν φύσεις λέγων Ἀρειανικῶς ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις τῆς ἁγίας τριάδος. δύο δὲ πρόσωπα ἐπὶ τῶν δύο, ὧν ὁμολογεῖς φύσεων Χριστοῦ. ὡς ὅταν λέγῃς ἐν τοῖς ἐν πνεύματι λατρείας. ὅτι τύπος ἡμῖν ἔσται ἡ κιβωτὸς τῶν Χριστοῦ φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ φάσκεις οὕτω ξηρᾷ τῇ φωνῇ. ἐκ δύο φύσεων, ἤγουν ὑπο-

chianistæ perpetim Cyrillum obiiciant, quasi qui vnam duntaxat in Christo naturam agnoscat : contendens hæreticus Cyrillum quàm maximè Nestorio patrocinari, etiamsi ignorans id faciat; laqueo, quem ipse tetendit, capitur; hoc ipso, quod ex principio quarti capituli à beato Cyrillo conscripti hæc citat : *Si quis duabus personis siue hypostasibus Christum diuidit, anathema sit.*

Ad hæc ita respondet Andreas. *Quàm præclarum iudicium. Quàm pia est hæc Cyrilli de dogmatibus explanatio. Ecce, Patrum, & maximè Synodorum more, hypostases tradit esse personas, secutus Patres Nicæni Concilij, qui aiunt : Tres esse hypostases siue personas in sacratißima & consubstantiali Trinitate. Si igitur rectè asseuerat hypostases esse personas, qua ratione in omnibus propemodum lucubrationibus suis appellat ipse naturas hypostases ? Nam quando naturas vocat hypostases ; hypostases verò personas, quid aliud profitetur, nisi diuersas in Christo personas; vt cùm ait : naturas, siue hypostases mansisse inconfusas. Cuius hypostases, ô eximie Cyrille ? Clarum, quod Christi, siquidem tu ita hypostases definis. Quod si definitio hæc personas esse hypostases à te non est profecta : potuisset fortasse quis tui defendendi gratia dicere : Cyrillum nomine hypostaseωn non intelligere personas, sed subsistentias quasdam rerum substantialium ; sed cum tu aduersus te ipsum definitionem illam attuleris ; nullus de cætero defensionis locus tibi relinquitur. Quare quando dicis; Christi naturas, siue hypostases mansisse inconfusas, nihil aliud dicis, quàm mansisse inconfusas hypostases siue personas. Vnde ex hac à te lata lege, nimirum, naturas esse hypostases siue personas, sequitur tres esse naturas in tribus sanctißimæ Trinitatis personis, vt Ariani contendunt; duas verò personas in duabus vnigeniti filij naturis. Itaque cùm ais Tractatu de adoratione in spiritu : duarum Christi naturarum siue hypostaseωn arcam fuisse figuram ; Et alibi his ipsis verbis ; Ex duabus naturis siue hypostasibus, siue personis constitui Christum : obscurum non est, te fateri Christi corpus in vtero Virginis prius exstitisse ac formatum esse;*

&

ὑποστάσεων, ἤτοι προσώπων πρεσβεύεις εἶναι χριστόν. εὔδηλον, ὅτι
προϋποστὰν, καὶ προμορφωθὲν ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου λέγεις τὸ σῶ-
μα χριστοῦ. καὶ εἶθ' οὕτως ἑνωθὲν ἐν αὐτῷ τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ λόγου, κα-
θὰ πάλιν, καὶ ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τῶν δώδεκα φάσκεις. Εἴ τις μετὰ
τὴν ἄφραστον ἕνωσιν διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις. καὶ ἐν ἄλλοις δὲ μυρίοις
τόποις τὰς φύσεις ὑποστάσεις προσαγορεύων. ἐν τοῖς πρὸς Ἑρμείαν ἑ-
αυτῷ ἐναντιοῦσαι, καὶ περιπίπτεις, ἕτερον λέγων εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἕ-
τερον τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι τὸ πρόσωπον. πῶς δὲ ἐπιλαβομένου Θεο-
δωρήτου τῶν δώδεκά σου κεφαλαίων, ἐν ταῖς σαῖς ἀπολογίαις οὐδὲν ἀ-
πελογήσω περὶ τῶν τοιούτων ὑποστάσεων, ὧν ἐν χριστῷ εἴρηκας ἐν τῷ
τρίτῳ κεφαλαίῳ. τοίνυν παλίμβολος ὢν ἑαυτῷ ἐναντιοῦσαι, καὶ πε-
ριπίπτεις. ποτὲ μὲν μίαν τὸν χριστὸν λέγων φύσιν. ποτὲ δὲ δύο πρό-
σωπα. καὶ γὰρ ἐν τοῖς γεγραμμένοις σχολίοις ἑρμηνεύων τὸν ἐν τῷ εὐ-
αγγελίῳ στατῆρα, ὃν εὗρεν ὁ Πέτρος ἐν τῷ στόματι τοῦ ἰχθύος, οὕτω λέ-
γεις. οὐκοῦν ὁ στατὴρ ὁ ἀληθινὸς ὑπάρχει χριστός. Αὐτὸς γάρ ἐστι ὁ δι-
πλοῦς χαρακτήρ. Πολλὴ τοίνυν χάρις τῷ λογογράφῳ Κυρίλλῳ, ὅ-
λως καθ' οἷον δήποτε τρόπον ὁμολογοῦντι ἐν χριστῷ, χαρακτῆρας,
καὶ ὑποστάσεις διαφόρους.

Ηκούσατε ἀδελφοὶ τοῦ πονηροῦ δράκοντος Ανδρέου, ὁποῖα ἠρεύξατο
ἐκ τοῦ ἰοῦ τῆς Νεστορίου καρδίας, κατὰ τοῦ πανσόφου διδασκάλου Κυρίλ-
λου. διὰ τῆς φωνῆς τῆς λεγούσης, τὰς φύσεις ὑποστάσεις. Εἰ μὲν οὖν τοῦ
ὁσίου πατρός εἰσιν αἱ τοιαῦται φωναὶ, ἢ ἑτέρων τινῶν, οὐκ ἔχω λέγειν.
Ὁ γὰρ ἅπας ὁ τῶν πατέρων χορὸς καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Κύριλλος ἐν δια-
φόροις τόποις, ἕτερόν τι λέγουσιν εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἕτερον, τὴν ὑπό-
στασιν, καὶ τούτῳ τῷ κανόνι στοιχοῦσα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, δύο μὲν ἡνω-
μένας φύσεις λέγει εἶναι τὸν χριστόν. δύο δὲ ὑποστάσεις, ἤτοι πρόσω-
πα ἐπ' αὐτοῦ λέγειν οὐκ ἀνέχεται ἀλλ' οὔτε μίαν ἐκ δύο αὐτὸν ὑποστά-
σεων, ἤτοι προσώπων συντεθέντα κηρύττει. ὑπόστασις γὰρ τὸ ἰδιάζον
καθ' ἑαυτὸ πρόσωπόν ἐστιν. οὐδαμοῦ δὲ ἡμεῖς ἔγνωμεν χωρὶς τοῦ θεοῦ
λόγου τὴν ἁγίαν σάρκα. οὐ γὰρ προϋπέστη τῇ μήτρᾳ, ἀλλ' ἅμα συνῆλ-
θον ἡ θεότης, καὶ ἡ σὰρξ ἔμψυχος λογική. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ λεγομένη καθ'
ὑπόστασιν ἕνωσις. τὰς μὲν οὖν προειρημένας κατηγορίας ἐποίησεν, ὡς
εἶπεν, ὁ μιαρὸς Ανδρέας κατὰ τοῦ θεοσόφου πατρὸς Κυρίλλου.

Μάρων

*& postea demùm cum persona Verbi diuini coniunctum. Quod & in tertio capitulo affirmas hunc in modum. Si quis post ineffabilem vnionem diuidit hypostases; Cumquĕ infinitis aliis locis naturas nuncupes hypostases, in libris ad Hermiam tibi ipse aduersaris, & à te dissentis: asserens aliud esse naturam, & aliud hypostasin, siue personam. Et quomodo cùm Theodoretus duodecim capitula tua refutare aggressus esset, nunquam defendisti id, quod de huiusmodi hypostasibus in tertio capitulo asseueras? Quamobrem inconstans tibi ipse repugnas, & tua vineta cædis; aliquando quidem vnam Christi naturam asserens, aliquando duas personas. Etenim in scholiis quoque tuis interpretans staterem, quem reperit Petrus in ore piscis, ita scribis: Igitur verus stater est Christus. Ipse enim est geminus character. Magnæ gratiæ disertißimo Cyrillo, qui vbique diuersos in Christo characteres ac hypostases confitetur.*

Audiſtis fratres, Draconis nequiſsimi Andreæ conuicia, quæ ex pectore Neſtoriani veneni pleniſsimo aduerſus ſapientiſsimum doctorem Cyrillum eructauit, eo quod dixerit, naturas eſſe hypoſtaſes. Ego, num talia dicta ſint verè ſancti illius patris, an aliorum, non habeo dicere: Vniuerſus enim ſanctorum Patrum cœtus, & ipſe ſanctus Cyrillus non vno loco aliud eſſe dicunt *naturam*, & aliud *hypoſtaſin*; & hanc regulam ſecuta Catholica Eccleſia, docet, Chriſtum eſſe duas naturas vnitas; duas verò hypoſtaſes ſiue perſonas in illo profiteri, vel conſtituere nequaquam audet; quin neque ex duabus hypoſtaſibus, ſiue perſonis ipſum componi tradit; nam hypoſtaſis nihil eſt aliud, quàm propria ſecundum ſeipſam perſona. Nuſquam verò nos ſanctam carnem abſque diuino Verbo ſubſiſtere nouimus. Non enim prius exſtitit in vtero, ſed ſimul conuenerunt diuinitas, & caro anima rationis participe informata. Hæc namque eſt, quæ dici ſolet, hypoſtatica vnio. Prædictas igitur calumnias effudit contra S. Cyrillum execrandus Andreas.

Μάρων δὲ πάλιν ὁ Ἐδεσσηνὸς, καὶ αὐτὸς τὰ Νεστορίου φρονῶν καταγράφων κατὰ Σευήρου τοιαῦτά φησιν. ἡμεῖς οἱ τῆς εὐσεβείας τὸ ἀνατολικὸν φέγγος ἔχοντες, οὐ τοσοῦτον ἀποστρεφόμεθα Διόσκορόν τε, καὶ Σευῆρον, καὶ Θεοδόσιον ὅσον βδελυττόμεθα ἀξίως τὴν βλάσφημον Χαλκηδόνος σύνοδον. ἐκείνη μὲν γὰρ οὐκ εἴρηκεν ὑποστάσεις ἐν Χριστῷ, καθ' οἷον δή ποτε τρόπον. Σευῆρος δὲ, καὶ ὁ τούτου πατὴρ Κύριλλος, καὶ Διόσκορος, καὶ Θεοδόσιος διὰ πλάστους ἡμῖν ἐν Χριστῷ ὑποστάσεις ὁμολογοῦσιν, ἐκ δύο ὑποστάσεων, ἤτοι προσώπων ὁμολογοῦντες αὐτόν. ἀλλὰ καὶ ἀσυγχύτους λέγουσιν εἶναι τὰς Χριστοῦ ὑποστάσεις. οὕτω γὰρ αὐτὸς Αἰγύπτιος ἐνομοθέτησε Κύριλλος λέγων. ὅτι ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ Χριστοῦ ὑποστάσεις. Εἰ δὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ ὑποστάσεις Χριστοῦ, τοῦτ' ἔστι τὰ πρόσωπα, πρόδηλον, ὅτι καὶ γνωρίζονται, καὶ εἰς αἰῶνα φυλάττονται. ἐπεὶ πῶς μεμενήκασιν ἀσύγχυτοι; τὸ δὲ παράδοξον, ὅτι οὐ προσέθηκε, ἀδιαίρετοι, ἀλλ' ἀσύγχυτοι, τοῦτ' ἔστι, τηλαυγεῖς, καὶ ἐν τῇ δυάδι τοῦ ἀριθμοῦ γνωριζόμεναι, καὶ οὐδὲ πόσαι αὐταὶ προσέθηκεν, ὡς δῆθεν πλῆθος ἡμῖν ὑποστάσεων ἐν Χριστῷ εἰσαγόμενος. οὕτω γὰρ ἀθυροστόμως καὶ τὸν τόκον τῆς Παρθένου δοκῶν λιμᾶν ἐβλασφήμησεν. ποτὲ μὲν φυσικὸν ὀνομάζων τὸν ταύτης τόκον. ποτὲ δὲ φάσκων ἐν τοῖς δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίοις, ὅτι γεγέννηκε σαρκικῶς, σάρκα γεγονότα τὸν λόγον. πρὸς ὃν ἀνταποκρινόμενοι λέγομεν. οὐ σαρκικῶς γεγέννηκεν, ὦ θεομάχε, ἀλλὰ θεοπρεπῶς. ταῦτα μὲν οἱ δυσσεβεῖς αἱρετικοὶ κατὰ τοῦ θεοσόφου πατρός. ἡμεῖς δὲ τοῦτον φωστῆρα, καὶ στῦλον τῆς ἐκκλησίας ὄντα κηρύττομεν.

Σχόλιον. Σευῆρος, καὶ Γαϊανὸς ὁμόφρονες τὸ πρὶν ἐτύγχανον, καὶ ἐν τῷ ἅμα ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀλεξανδρείας διῆγον. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, ἠρώτησεν ὁ Γαϊανὸς τὸν Σευῆρον. πῶς χρὴ ὁμολογεῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ; φθαρτὸν, ἢ ἄφθαρτον; Εἰπόντος δὲ τοῦ Σευήρου, φθαρτὸν τὸ σῶμα πρὸ τῆς τριημέρου ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως. ἀπέσχισεν εὐθέως ὁ Γαϊανὸς ἀπ' αὐτοῦ λέγων. ὅτι περ ἐὰν φθαρτὸν λέγῃς τὸ σῶμα, ἀνάγκη σε πᾶσα, καὶ δύο φύσεις εἰπεῖν ἐν Χριστῷ. αὕτη γέγονεν ἡ αἰτία τῆς διαιρέσεως αὐτῶν.

* Maro autem Edessenus, & ipse Nestorij Sectator, scribens contra Seuerum, sic loquitur. *Nos, quibus lumen pietatis exortum est, non tantùm auersamur Dioscorum, Seuerum & Theodosium, quantum iure optimo detestamur blasphemam Synodum Chalcedonensem. Illa enim non dixit hypostases in Christo, sicuti Seuerus, & pater eius Cyrillus, & Dioscorus, & Theodosius duas liberè in Christo hypostases confitentur, eumq; ex duabus hypostasibus, siue personis constare dicunt; quin & addunt, hypostases Christi inconfusas: Ita enim scribit Ægyptius Cyrillus: Christi hypostases manserunt inconfusæ. Si verò Christi hypostases, hoc est, personæ manserunt inconfusæ, planum fit, eas etiam, vt inconfusas, cognosci ac considerari posse; & in omnem æternitatem inconfusas durare. Et quomodo manserunt inconfusæ? Illud admiratione dignum duco, quod non dixerit, mansisse etiam indiuisas, sed solùm inconfusas; hoc est, latè resplendentes. Et binario numero conclusas, sed de numero tacuit; vt multitudinem hypostaseon in Christo comminiscendi licentiam haberet. Sic dum partum Virginis sibi videtur magno honore afficere, petulanter blasphemauit, quia aliquando quidem Virginis partum vocat naturalem: Aliquando, vt in duodecim capitulis, dicit Virginem carnaliter peperisse Verbum carnem factum. Cui respondemus Virginem non carnaliter, sed Deo conuenienter peperisse.* Hæc impij hæretici aduersus diuinum patrem blaterant. Nos verò ipsum vt lumen & columen Ecclesiæ, veneramur ac suspicimus.

* Maris.

Scholium. Seuerus & Gaianus initio concordes erant, eandemq; sententiam sequebantur, & simul in decimo octauo vico Alexandriæ degebant. Quadam igitur vice interrogauit Seuerus Gaianum: *Vtrum corpus Christi vocandum sit corruptibile an incorruptibile.* Respõdente Seuero; *fuisse corruptibile ante resurrectionem à mortuis*: secesſionem ab ipso Gaianus fecit; ratus, si quis corpus Christi corruptibile asserat, necessariò duas in Christo naturas confitendas esse. Hæc est caussa cur seiuncti sint.

## ΚΕΦΑ΄ΛΑΙΟΝ ΕΙ΄ΚΟΣΤΟ`Ν ΚΑΙ` ΤΡΙ΄ΤΟΝ.

### Περὶ πίστεως Γαϊανιτῶν.

Οἱ Γαϊανῖται, καὶ Ἰουλιανισταὶ, καὶ Ναρσανῖται, μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἔχουσιν, ὥσπερ πάλιν οἱ Σευηριανοί, καὶ Ἰακωβῖται, καὶ Θεοδοσιανοὶ, καὶ Διοσκορῖται. Ἀλλ' οὗτοι μὲν, λέγω δὴ, οἱ κατὰ Σευῆρον, καὶ Ἰάκωβον, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μίαν φύσιν τὸν χριστὸν λέγουσιν, ἀλλ' ὅμως ὁμολογοῦσι δύο ἰδιότητας ἐν αὐτῷ, θείαν, καὶ ἀνθρωπίνην. λέγουσι δὲ καὶ φθαρτὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ πρὸ τοῦ πάθους. Οἱ δὲ Γαϊανῖται ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως κατὰ πάντα τρόπον ἄφθαρτον λέγουσι τὸ σῶμα χριστοῦ, καὶ θεῖον, καὶ μίαν ἰδιότητα ἐπ' αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστι θεϊκὴν, καὶ ἀπαθῆ. Ἱστέον δὲ, ὅτι οὐ δύνανται δεῖξαι πατέρα ἔγκριτον εἰπόντα τὸν χριστὸν ἐξ αὐτῆς ἑνώσεως κατὰ πάντα τρόπον ἐν ἀφθαρσίᾳ ὄντα, ἀλλ' ἐξ οἰκείων λογισμῶν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκάλων τοῦτο λέγουσι κλέπτοντες, ὡς πολλάκις εἶπον, ῥησείδια, καὶ ἀποσπαράγματα λόγων. διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκ πραγματικῶν ἀποδείξεων παρεταξάμεθα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην διήγησιν.

### Διάλεξις Γαϊανίτου, καὶ ὀρθοδόξου γινομένη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, διὸ καὶ ὑμεῖς οὕτως ἁρμόσασθε.

Ὁ ὀρθόδοξος. τὰ πράγματα πιστοποιοῦσι τῶν ῥημάτων; ἢ τὰ ῥήματα βεβαιοποιοῦσι τῶν πραγμάτων; Ὁ Γαϊανίτης. πρόδηλον, ὅτι τὰ πράγματα ἀξιοπιστότερά εἰσι τῶν ῥημάτων. Ὁ ὀρθόδοξος. ὀρθῶς ἀπεκρίθης κατὰ τὸν νόμον τῆς ἀληθείας, καὶ εὐσεβείας. λοιπὸν εἰπέ μοι παρακαλῶ, ὁ λέγων ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως κατὰ πάντα τρόπον ἐν ἀφθαρσίᾳ εἶναι, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ· αὐτὴ ἡ κοινωνία τοῦ παναγίου σώματος, καὶ αἵματος χριστοῦ, ἣν προσφέρεις, καὶ μεταλαμβάνεις, σῶμα, καὶ αἷμα ἀληθινόν ἐστι χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἢ ψιλὸς ἄρτος, ὡς ὁ πιπρασκόμενος κατ' οἶκον, καὶ ἀντίτυπος τοῦ σώματος χριστοῦ, ὡς ἡ θυσία τοῦ τράγου, ἣν Ἰουδαῖοι προσάγουσιν.

Ὁ Γαϊα-

## CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

### *De fide Gaianitarum.*

GAIANITAE, Iulianistæ, & Nagranitæ vnam eandemque fidem habent, vt & Seueriani & Iacobitæ, & Theodosiani, & Dioscoritæ. Sed isti, Seueriani, inquam, & Iacobitæ, licet maximè vnam in Christo naturam constituant; nihilominus duas in ipso proprietates confitentur, diuinam scilicet & humanam. Docent insuper corpus Christi fuisse pasibile ante pasionem. At Gaianitæ sentiunt corpus Christi corruptionis expers & diuinum esse, ab initio vnionis, vnamq; duntaxat proprietatem, nimirum diuinam & impasibilem in eo reperiri: Noueritis autem, eos, non posse vllum ex probatis patribus producere, qui doceat, Christum omni modo, ab ipso vnionis momento fuisse immortalem, sed ex proprio cerebro, & ex Magistrorum suorum institutione hæc talia fingunt. Suffurantes ex Patrum commentariis testimonia quædam & orationum quasi frusta. Quapropter in eo, qui subiungitur congressu demonstrationibus potius ex rebus petitis cum illis certandum arbitrati sumus.

### *Disceptatio Gaianitæ & orthodoxi habita Alexandriæ: cuius formam vos etiam imitamini.*

ORthodoxus. Num res fide digniores sunt, quàm verba; an verba firmiora rebus? Caianita. Manifestum arbitror, res fide digniores esse verbis. Orthodoxus. Rectè respondisti, ex præscripto nimirum veritatis & pietatis. Sed dic mihi, obsecro, si vt diuinitas ita & corpus Christi & ab ipso vnionis exordio immortalitatem habet, num communio sacratissimi corporis & sanguinis Christi, quam offers & participas verè est verum corpus & sanguis Christi filij Dei, vel nudus panis, qualis ostiatim venditur; vel vicem duntaxat & figuram gerit corporis Christi, vt sacrificium hirci, quod Iudæi offerunt?

*Notent ista Sacramentarij.*

Ὁ Γαϊανίτης. μὴ γένοιτο, ἡμᾶς εἰπεῖν ἀντίτυπον τοῦ σώματος χριστοῦ, τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, ἢ ψιλὸν ἄρτον. ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αἷμα ἀληθῶς χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ μεταλαμβάνομεν, τοῦ σαρκωθέντος, καὶ γεννηθέντος ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ὁ ὀρθόδοξος. οὕτω πιστεύομεν, καὶ οὕτως ὁμολογοῦμεν κατὰ τὴν φωνὴν αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ, ἣν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ μεταδιδοὺς αὐτοῖς τὸν ζωοποιὸν ἄρτον ἔλεγε· λάβετε, φάγετε. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μεταδιδοὺς αὐτοῖς φησί. τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα. οὐκ εἶπεν τοῦτό ἐστι τὸ ἀντίτυπον τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματός μου. Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ πλείοσι τόποις, φαίνεται ὁ χριστὸς εἰπών. ὅτι ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. λοιπὸν αὐτοῦ, τοῦ χριστοῦ μαρτυροῦντος, ὅτι σῶμα αὐτοῦ ἐστιν ἀληθῶς, καὶ αἷμα, ὅπερ οἱ πιστοὶ προσάγοντες μεταλαμβάνομεν. ἄγαγε ἡμῖν ἐκ τῆς κοινωνίας τῆς ὑμετέρας ἐκκλησίας, ὡς ὀρθοδόξου οὔσης, ὡς λέγεις ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην ἐκκλησίαν. Καὶ ἀποτιθοῦμεν ἐν πάσῃ τιμῇ τὸ τοιοῦτο ἅγιον σῶμα χριστοῦ, καὶ αἷμα εἰς σκεῦος ἐνδόξως, καὶ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν, ἐὰν μὴ φθαρῇ, ἢ τραπῇ, ἢ ἀλλοιωθῇ, πρόδηλον, ὅτι καλῶς κηρύττετε τὸν χριστὸν, κατὰ πάντα τρόπον ὄντα ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως ἐν ἀφθαρσίᾳ. Εἰ δὲ φθαρεῖ, ἢ ἀλλοιωθεῖ, ἀνάγκη πᾶσα ἡμᾶς, ἓν ἐκ τῶν ὁποτέρων εἰπεῖν. ἤ, ὅτι οὐκ ἔστιν, ὃ μεταλαμβάνετε, σῶμα ἀληθινὸν χριστοῦ, ἀλλ' ἀντίτυπον, καὶ ψιλὸν, ἤ, ὅτι διὰ τὴν κακοπιστίαν ἡμῶν, οὐκ ἐπεφοίτησε εἰς αὐτὸ τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον. ἢ ὅτι φθαρτόν ἐστι τὸ σῶμα χριστοῦ πρὸ τῆς ἀναστάσεως, ὡς θυόμενον, καὶ νεκρούμενον, καὶ τιτρωσκόμενον, καὶ βελιζόμενον, καὶ ἐσθιόμενον. ἄφθαρτος γὰρ φύσις, οὔτε τέμνεται, οὔτε τιτρῶται πλευρὰν, καὶ χεῖρας, οὔτε βελίζεται, οὔτε νεκροῦται, οὔτε ἐσθίεται, οὔτε ὅλως κρατεῖται, ἢ ψηλαφᾶται. οἷά ἐστιν ἡ ἄφθαρτος τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ψυχῶν φύσις.

Ὁ Γαϊανίτης. Καὶ πῶς εὑρίσκομεν πολλοὺς ἁγίων πατέρων λέγοντας ἄφθαρτον τὸ σῶμα χριστοῦ; Ὁ ὀρθόδοξος. Τὸ ἄφθαρτον, καὶ ἡ φθορὰ, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ὅροις εἰρήκαμεν, κατὰ δύο τρόπους ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εἴρηται. ποτὲ μὲν σωματικῶς, ποτὲ δὲ καὶ ψυχικῶς. ὅθεν φησὶν ἡ γένεσις. ὅτι εἶδεν ὁ θεὸς, καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ κατεφθαρμένη, τοῦτ'

ἔστι,

Gaianita. Absit, vt dicamus, sacram communionem esse tantùm figuram corporis Christi, aut nudum panẽ; sed ipsum corpus & sanguinem Christi filij Dei incarnati & ex sanctissima Deipara & semper Virgine Maria nati verè accipimus. Orthodoxus. Sic credimus, & sic confitemur iuxta dictum Christi ad discipulos in cœna mystica dãtis illis viuificum panem: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum:* Similiter & calicem dedit illis dicens: *Hic est sanguis meus.* Non dixit: hoc est, *figura, seu, quid vices gerens corporis & sanguinis mei.* Et pluribus aliis locis ait Christus: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Cùm igitur ipse Christus fateatur, verè esse corpus suum & sanguinem, quem nos fideles sumimus: agedum adfer nobis aliquid ex communione vestrę Ecclesię, tanquam supra omnes alias Ecclesias orthodoxæ, & in vase cum omni honore & reuerentia reponemus hoc sanctum corpus Christi & sanguinem. Et si intra paucos dies non corrumpatur aut immutetur, aut alteretur, planum fiet vos rectè asserere corpus Christi penitus ab ipso incarnationis exordio corruptionis expers esse: si verò corrumpatur, aut immutetur; necessarium erit, vt vnum è duobus fateamini; aut id quod sumitis, non esse verũ corpus Christi; sed solam figuram, & quasi vicarium quiddam: aut propter peruersam fidem vestram, Spiritum sanctum in illud non descendisse: aut corpus Christi ante resurrectionem corruptioni subiectum esse: vtpote immolatum, morti traditum, vulneratum, diuisum & manducatum: Nam immortalis natura neque scinditur, neque latere & manibus vulneratur, neque in partes diuiditur, nec morti datur, neque manducatur: neque teneri potest, neque tangi; vt patet exemplo incorruptibilium naturarum Angeli & animæ.

*Matth. 26.*

*Ioan. 6.*

Gaianita. Et quomodo multi ex sanctis Patribus affirmãt, corpus Christi esse incorruptibile; Orthodoxus. Incorruptibile & corruptibile bifariam in diuinis literis vsurpantur, sicut iam antea in definitionibus dictum est: Interdum secundum corpus; interdum secundum animam: Vnde in Genesi dicitur: *Vidit Deus, & ecce omnis caro corrupta erat:* hoc est, omnes

*Gen. 6.*

homines

ἐστι, πάντες οἱ ἄνθρωποι παράνομοι. περὶ ὧν καὶ ὁ Δαυὶδ φησὶν, ὅτι διεφθάρησαν, καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις, καὶ ἐν ἐπιτηδεύμασι. πρὸς ταύτην οὖν τὴν φθορὰν τῆς ἁμαρτίας, ἄφθαρτον, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἀναμάρτητον λέγομεν τὸ πανάγιον, καὶ πανάμωμον σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Ἐπεὶ κατὰ πάντα τρόπον ἐν ἀφθαρσίᾳ, ὡς ὑμεῖς λέγετε. οὐδεὶς τῶν ἐξ αἰῶνος ἁγίων πατέρων εἴρηκεν. ὅθεν καὶ ὁ τρισμακάριος Ἀθανάσιος, οὕτως ἐπὶ λέξεως περὶ τοῦ κυριακοῦ σώματος φησί. Φθαρτὸν ἦν τὸ σῶμα. ὅτι καὶ ἡ Μαρία κτιστὴ ἦν. πῶς δὲ δυνατὸν εἰπεῖν τὸ σῶμα Χριστοῦ ὁμοούσιον ἡμῶν, ἢ ὅτι πρὸς τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς, καὶ αἵματος; ἢ ὅτι σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο; ἢ, ὅτι πεπείραται κατὰ πάντα τρόπον κατ᾽ ὁμοιότητα ἡμῶν, εἴπερ ἄρα ἄφθαρτος ἦν ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως, ὡς ὑμεῖς κηρύττετε.

• Κἀντεῦθεν γὰρ μανθάνομεν, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ πάθους, φθαρτὸν ἦν τὸ τοῦ Χριστοῦ πανάγιον σῶμα. μετὰ δὲ τὴν τριήμερον ἔγερσιν, ἄφθαρτον, λέγω δὴ, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ πάθους, διαφόρους ῥύσεις, ὡς ῥευστὸν, ἐποιήσατο, τοῦτ᾽ ἔστιν, αἵματος, ἱδρῶτος, πτύσματος, καὶ δακρύου. μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀνάστασιν, εἰ καὶ ἔφαγεν οἰκονομικῶς πρὸς πίστωσιν τῶν μαθητῶν. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ μίαν ὅλως ἔκκρισιν, ἢ ῥύσιν, ἢ ἀποβολὴν εὑρίσκομεν αὐτὸν πεποιηκότα. οὐ πτύσαντα, οὐ δακρύσαντα, οὐχ ἱδρώσαντα, οὐχ αἱμορροήσαντα. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἁμαρτωλοῖς τοῦ λοιποῦ συναναστραφέντα. οὐχ ὑπνώσαντα, οὐ διψήσαντα, ἀλλ᾽ οὔτε πεινάσαντα. ἀλλ᾽ οὕτω μετὰ τὴν ἀνάστασιν φαγόντα. ὥσπερ ἐσθίει τὸ πῦρ τὸν κηρόν. καὶ ὥσπερ ἔφαγον ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ οἱ ἄγγελοι. ὅθεν πρὸ μὲν τοῦ πάθους οὔτε ὤφθη ὁ Χριστὸς ἐν διαφόροις μορφαῖς, καὶ σχήματι προσώπου παρηλλαγμένοις, ὥσπερ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ ἐφάνη τῇ Μαγδαληνῇ, καὶ ἐν ἑτέρῳ σχήματι τοῖς περὶ Κλεόπαν, καὶ πάλιν ἄλλως ἐπὶ τῆς θαλάττης τῆς Τιβεριάδος. πάλιν τε πρὸ τοῦ πάθους, καίπερ δυνάμενος, οὐχ ὡράθη κατ᾽ αὐτὴν τὴν ὥραν ἐν διαφόροις τόποις. ἵνα μὴ πάλιν φαντασία νομισθῇ, ἀλλὰ κατὰ τὴν κοινὴν τῶν σωμάτων φύσιν ἐποιεῖτο τὰς τοπικὰς μεταστάσεις. μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν, κούφου λοιπὸν, καὶ πνευματικοῦ, καὶ λεπτοτάτου, καὶ ἀφθάρτου ἀναστάντος, καὶ ἀποτελεσθέντος τοῦ παναγίου αὐτοῦ σώματος, ἀκωλύτως

λοιπὸν

hominẽs sceleribus addicti erant: de quibus canit Dauid: corrupti & abominabiles facti sunt in iniquitatib. & studiis suis. Respectu igitur huius corruptionis, incorruptibile, hoc est, peccati expers, profitemur sacratissimum & integerrimum corpus Christi. At verò corpus Christi omni penitus alio modo incorruptibile esse, nullus sanctorum Patrum vnquam asseruit: vnde beatissimus Athanasius hæc ad verbum scribit. *Corruptibile erat corpus, quia & Maria erat creata.* Qua verò ratione affirmare licebit, corpus Christi esse eiusdem substantiæ nobiscum, aut Christum cum pueris carnis & sanguinis participem effectum; aut semen Abraham assumpsisse, aut ad similitudinem nostram per omnia tentatum ac probatum esse; si à primo vnionis momento incorruptibile erat, vt vos contenditis?

*Psal. 52.*

Et ex his liquet, sacratissimum Christi corpus ante passionem corruptioni obnoxium fuisse: post resurrectionem verò, incorruptibile, quia ante passionem variis quasi defluxionibus subiiciebatur, sanguinis, inquam, sudoris, sputi & lacrymarum: At post resurrectionem à mortuis, tametsi per dispensationem manducauit; vt discipulorum fidem confirmaret; attamen ab omni egestione ac secretione immune erat: neque enim expuisse, lacrymasse, sudasse, aut sanguinem fudisse legitur; neque etiam cum peccatoribus amplius vitam egisse; nec somnum cepisse; nec sitiisse; nec famuisse: sed sic post resurrectionem comedisse, sicut ignis absumit ceram: & sicut Angeli ab Abrahamo hospitio excepti manducarunt. Quamobrem ante passionem non apparuit Christus diuersis formis inducus; & varia vultus specie, quemadmodum post resurrectionem, alia specie sese obtulit Magdalenæ; & alia Cleophæ cum socio: & alia ad mare Tiberiadis. Rursus ante passionem nunquam visus est in diuersis locis, tametsi poterat: ne inane spectrum ac phantasma censeretur: sed communi corporum more de loco ad locum mouebatur. At post resuscitationem ex mortuis, corpore iam agilitate, tenuitate

*Luca 24.*

λοιπὸν, καὶ τάφου ἐσφραγισμένου ἐξῆλθε, καὶ θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθεν, καὶ ἐν μιᾷ ὥρᾳ οὔσης ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἀνέστη, καὶ εἰς τὴν ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰς τὴν Ἐμμαοῦν ὤφθη τοῖς μαθηταῖς. Εἰ δὲ ἐξ αὐτῆς ἄκρας ἑνώσεως κατὰ πάντα τρόπον, ὁμοίως ἦν ἄφθαρτον, τί δή ποτε, μὴ καὶ πρὸ τοῦ πάθους, * παντὶ ἐν μιᾷ ὥρᾳ σαρκὶ ἐφαίνετο ὁ χριστὸς ἐν διαφόροις τόποις, καὶ ἰδέαις, καὶ σχήμασι προσώπου; τί δή ποτε μὴ καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάστασιν καὶ ἔπτυσε, καὶ ἔκλαυσεν; ὅθεν ἐκ πάντων τούτων δῆλόν ἐστι, φθαρτὸν μὲν εἶναι τὸ ἅγιον χριστοῦ σῶμα πρὸ τοῦ πάθους. μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, ἄφθαρτον.

* πάσῃ

Ὁ Γαϊανίτης. Εἰ καὶ ἐδάκρυσεν ὁ χριστὸς τὸν Λάζαρον, ἀλλ᾽ ὅρα, ὅτι ὡς ἄφθαρτον τὸ δάκρυον αὐτοῦ, καὶ θεῖον, τὸν νεκρὸν ἤγειρεν. Εἰ καὶ ἔπτυσεν, ἀλλὰ τὸ πτύσμα αὐτοῦ τὸν τυφλὸν ἀνέβλεψεν. Εἰ καὶ ἐξήγαγεν αἷμα ἐκ τῆς πλευρᾶς, ἀλλὰ δι᾽ αὐτοῦ τὸν κόσμον ἔσωσεν. Εἰ καὶ ἐσταυρώθη, ἀλλ᾽ ὡς θεὸς τὸν ἥλιον ἐσκότισεν. Ὁ ὀρθόδοξος. Ὅτι μὲν τῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγον ἑνώσει, ἅγιον, καὶ θεῖον, καὶ παντοδύναμον, καὶ δημιουργὸν, τὸ παναμώμον σῶμα αὐτοῦ τυγχάνει. οὐ δεῖ ἀμφιβάλλειν, πλὴν ἀκούομεν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Νυσσαέως λέγοντος. ὅτι οὔτε ζωοποιεῖ τὸν Λάζαρον ἡ ἀνθρωπεία χριστοῦ φύσις. οὔτε κλαίει τὸν κείμενον ἡ ἀπαθὴς ἐξουσία. ἀλλ᾽ ἴδιον μὲν τοῦ ἀνθρώπου τὸ δάκρυον. ἡ δὲ ζωὴ τῆς ὄντως ζωῆς. Εἰ δὲ καθὼς ἡμεῖς δογματίζετε, οὐ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τοῦ σώματος χριστοῦ αἱ θαυματουργίαι ὑπῆρχον, ἔδει αὐτὸν εὐθέως ἐκ σπαργάνων τὰ θαύματα ἐνδείξασθαι. Καὶ γὰρ μυριάκις νηπιοπρεπῶς ἔκλαυσεν. μυριάκις ὡς ἄνθρωπος γινόμενος ἔπτυσεν. πεπείραται γὰρ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς πάντων, ὡς φησὶν ὁ Παῦλος, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας. ἰδοὺ γοῦν περιτομὴν καταδεξάμενος οὐδὲν θαῦμα διὰ τῆς αἱμοῤῥοίας ἐκείνης τῆς θεοσάρκου ποιῆσαι ἠθέλησε. περὶ δὲ τοῦ προφέρειν ὑμᾶς τὸ, οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθορὰν, διαφθορά ἐστι παντελὴς οὐσίας ἀφανισμός. ὃν τινα οὐχ ὑπέστησεν τῷ τάφῳ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν, ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος φυλαχθὲν, καὶ μεταποιηθὲν εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ ἀποκαταστάθεν τοιοῦτο, οἷον ἦν τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ πρὸ τῆς παραβάσεως.

Ἱστο-

& incorruptione prædito;absq; vllo obstaculo potuit,& clauso sepulchro egredi, & per clausas ianuas ingredi: & eadem hora illius diei, quo surrexit, cùm iam serò esset; Hierosolymæ, & discipulis euntibus in Emaus apparuit. Si autem ab ipso vnionis exordio prorsus erat incorruptibilis, cur non etiam ante passionem omni carni eadem hora, in diuersis locis, formis ac figuris conspiciendum sese exhibuit? Cur non post resurrectionem quoque exspuit & fleuit? Quocirca ex omnibus istis planum relinquitur, sacratissimum corpus Christi ante passionem fuisse corruptioni obnoxium;post resurrectionem verò corruptionis expers.

Gaianita. Etiamsi Christus Lazarum defleuerit,attamen lacrymæ illius, tanquam incorruptibiles ac diuinæ mortuum excitarunt. Et quamuis exspuerit;at sputum eius cæco lumen restituit. Et quamuis sanguinem profuderit, attamen illo mundum redemit. Et quamuis crucifixus sit, attamen, vt Deus, soli tenebras induxit. Orthodoxus. Illibatum corpus Christi per vnionem cum Verbo euasisse sanctum & diuinum, & omnipotens, & ad mira patranda aptum, nemo ambigit. At audiamus Gregorium Nyssenum, qui asserit, neque humanam naturam Christi viuificasse Lazarum; neque impatibilem potentiam fleuisse exanimem: sed lacrymas hominis proprias esse; vitam verò veræ vitæ. Si autem, vt vobis placet, miracula non fuerunt diuinitatis, sed corporis Christi, necesse erat, vt statim ab incunabilis miracula patraret: Atqui infinities, infantium instar, fleuit: infinities, vt homo, exspuit. Tentatus enim & probatus est per omnia nostra, vt dicit Paulus, excepto solo peccato. Vide igitur, circumcisus nullum miraculum per sanguinem illum à diuina carne effusum, operatus est. Quod verò profertis illud; *non dabis sanctum tuum videre corruptionem*; noueris, corruptionem esse totius substantiæ abolitionem; quæ in corpus Domini in sepulchro à diuinitate custoditum cadere non poterat: sed immortalitate donatum est ac eiusmodi effectum, quale erat corpus Adami ante transgressionem.

*Hebr. 4.*

*Psal. 51.*

## Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως, καὶ ἀφθαρσίας λόγου.

Ἔσονται φησὶν ἐν τῇ ἀναστάσει οἱ ἄνθρωποι, ὡς οἱ ἄγγελοι, τοῦ θεοῦ. ἐν ἀφθαρσίᾳ δηλονότι, καὶ ἀθανασίᾳ, καὶ ἀφθαρσίᾳ. ἄφθαρτος γὰρ οὐσία οὐ γεννᾷ, οὐ γεννᾶται, οὐκ αὔξει, οὐχ ὑπνοῖ, οὐ πεινᾷ, οὐ διψᾷ, οὐ κοπιᾷ, οὐ πάσχει, οὐ θνήσκει, οὐ τιτρᾶται ὑπὸ ἥλων, καὶ λόγχης, οὐχ ἱδροῖ, οὐχ αἱμορροεῖ. τοιαῦται οὐσίαι εἰσίν. ἥ τε τῶν ἀγγέλων, ἥ τε τῶν ψυχῶν, τῶν ἐκ σωμάτων ἀπηλλαγμένων. ἐπειδὴ καὶ ἀμφότεραι ἑτερογενεῖς εἰσι, καὶ ἀλλότριαι τῆς ὁρωμένης, καὶ φθειρομένης ταύτης τοῦ κόσμου κτίσεως. Ὁ αἱρετικός. ἀλλ' ἀντιλέγει ὁ δι' ἐναντίας φάσκων. ὅτι ἑκουσίως, καὶ γνωμικῶς τὰ πάθη κατεδέξατο ὁ Χριστός. τὰ δὲ ἑκουσίως γινόμενα, καὶ γνωμικῶς, εἰς νόμον οὐκ ἀναφέρονται φύσεως. Ὁ ὀρθόδοξος πρὸς ταῦτα. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἑκουσίως κατῆλθεν ὁ θεὸς λόγος ἐξ οὐρανοῦ, μὴ λεγέσθω ἀληθὴς ἡ κατάβασις αὐτοῦ. ἐπειδὴ ἑκουσίως ἐσαρκώθη, μὴ λεγέσθω φύσις τὸ σῶμα αὐτοῦ. μὴ δὲ τόκος ὁ τόκος αὐτοῦ. μὴ δὲ χρόνος, ὁ χρόνος αὐτοῦ. μή τε γένος, τὸ γένος αὐτοῦ. μή τε πάθος, τὸ πάθος αὐτοῦ. μή τε θάνατος, ὁ θάνατος αὐτοῦ. μή τε ἀνάστασις ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ. μή τε ἀνάληψις, ἡ ἀνάληψις αὐτοῦ. πάντα γὰρ ταῦτα ἑκουσίως καὶ οἰκείᾳ γνώμῃ, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης τινὸς ὑπέμεινεν, καὶ κατεδέξατο ἐνανθρωπῆσαι ἐπὶ τῆς γῆς. αὕτη δὲ ἡ ἐφεύρεσις Μανιχαίων καθέστηκεν.

### Ἑτέρα τις ἀπολογία, καὶ ἐπίλυσις σαφὴς ὑπὲρ τῆς φωνῆς τῆς λεγούσης, μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, πρὸς τοὺς τὰ Σευήρου φρονοῦντας.

Ὥσπερ τριῶν τινῶν ὁμοουσίων, καὶ ἀπεριγράπτων ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ φωστήρων ὄντων, οὐδεὶς τῶν εὐφρονούντων τρεῖς φωτὸς αὐτοὺς φύσεις προσαγορεύει, ἀλλὰ τρεῖς φωτὸς ὁμοουσίου ὑποστάσεις, συμφυὲς, καὶ ὁμοφυὲς, καὶ ὁμογενὲς, καὶ συγγενὲς ἀδιαίρετον φῶς ἐχούσας. οὕτω δὴ ἐπὶ τοῦ τριαδικοῦ λόγου ὑπόστασις, ἀλλ' οὐ φύσις προσαγορεύεται ὁ θεὸς λόγος, καθὰ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ δὲ πάλιν εἰ δόξει τὸν ἕνα τῶν τοιούτων φωστήρων ἑνωθῆναι τῇ νεφέλῃ, καὶ ταύτην ἀμφιάσασθαι ἀπεριγράπτως. λέγεται λοιπὸν ὁ ἐν αὐτῇ φωστὴρ, καὶ ὑπόστα-

## *Hippolyti* * *Episcopi Romani, ex sermone de Resurrectione & incorruptione.*

* *Non fuit Episcopus Romanus. Aliqui Portuensem vocant.*

ERunt, inquit, *homines in resurrectione, sicut Angeli Dei, nimirum corruptionis expertes, immortales, nihil defluxu aliquo deperdere soliti: Nam immortalis natura, non generat, non generatur; non augetur, non dormit, non esurit, non sitit; non fatigatur, non patitur, non moritur, neque à clauis & lancea perforatur, non sudat, non fundit sanguinem. Eiusmodi naturis constant Angeli, & animæ corporeis vinculis exsolutæ; Ambæ enim istæ naturæ sunt alterius generis, & diuersæ à creaturis huius mundi, quæ sub aspectum cadunt, & corruptioni subiiciuntur.* Cæterùm hic occurrit aduersarius, aitque: *Christum sponte, & ex certa sententia paßionem & cruciatus subiisse; ea autem, quæ spontè, & ex libera potestate fiunt; ad leges naturæ nequaquam pertinere.* Orthodoxi responsio. Igitur cum Christus sponte sua de cœlo descenderit, descensus eius nequaquam verus erit. Et cum sponte incarnatus sit, non poterit corpus eius dici *natura*; neq; partus, partus eius; neque tempus, tempus eius; neque genus, genus eius; neque passio, passio eius; neque mors, mors eius; neq; resurrectio, resurrectio eius, neque ascensio, ascensio eius: omnia enim hæc vel subiit, vel suscepit sponte & propria voluntate; nullaque prorsus necessitate adactus hominem induit. Hæc autem euasio à Manichæis excogitata est.

### *Contra Seuerianos alia explicatio & solutio dicti illius:* Vnam diuini Verbi naturam esse incarnatam.

QVemadmodum, si in firmamento cœli tria luminaria eiusdem substantiæ, & incircumscripta lucerent; nemo, qui saperet, ea tres naturas appellaret, sed tres lucis consubstantialis hypostases, eandem cognatam, eiusdemque generis modi ac rationis, indiuisamque lucem habentes; sic & in Trinitatis mysterio, Verbum diuinum non appellatur *natura*, sed hypostasis, quemadmodum Pater quoq; & Spiritus sanctus. Et quemadmodum, si quod ex tribus illis luminaribus vniretur nebulæ, eamque incircumscriptè assumeret; vocaretur de

ὑπόστασις, ὡς εἷς ὑπάρχων τῶν τριῶν τοῦ φωτὸς ὑποστάσεων. λέγεται δὲ καὶ φύσις, ὡς πρὸς σύγκρισιν τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ ἑτερογενοῦς, καὶ ἑτερουσίου νεφέλης. οὕτω δὴ νόησον τὴν τοῦ θεοσόφου Κυρίλλου φωνὴν, ἡνίκα ἐν τῇ ἑνώσει τῆς σαρκὸς λέγει, μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην. Εἰ δὲ ἀπερισκέπτως καταστρέχεις τῇ φωνῇ, ἀγωνιζόμενος, φύσιν ὀνομάζειν τὴν ὑπόστασιν τοῦ λόγου, ἀνάγκη σε πᾶσαν φύσιν ὁμοίως προσαγορεύειν ἰδικὴν, καὶ τὸν πατέρα τοῦ θεοῦ λόγου. ὁμοίως καὶ ἄλλην ἑτέραν φύσιν ἰδιάζουσαν, τὸ πανάγιον πνεῦμα. οὕτω γὰρ δογματίσας, καὶ νοήσας ὁ Σευῆρος, εἰς τὸ Ἀρειανὸν τῆς τριθεΐας βάραθρον ἐξεκυλίσθη. καὶ ἄνθρωπος δὲ γυμνὸς ὢν ὑπόστασις λέγεται μία τῶν πάντων. ἐὰν δὲ ἐνδύσηται ἐσθῆτα, δύναται καὶ φύσις λέγεσθαι διὰ τὸ ἑτεροφυὲς τῆς ἐσθῆτος τῆς ἑτερογενοῦς, ἧς ἠμφιάσατο. καὶ ὁ Γαβριὴλ δὲ φέρε εἰπεῖν, μία τῶν ἀγγελικῶν ὑποστάσεων ὑπάρχων, εἰ ἐνεδύσατο σάρκα, ἠδύνατο καὶ φύσις προσαγορεύεσθαι, διὰ τὴν ἕνωσιν τῆς ἑτερογενοῦς αὐτοῦ σαρκός. καὶ ἡ ψυχὴ δὲ ἡ λογικὴ, οἷον τοῦ Παύλου, γυμνὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἄσαρκος νῦν ὑπάρχουσα, μία ὑπόστασις τῆς κοινῆς οὐσίας τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν λέγεται, καὶ οὐ φύσις. Εἰ δὲ νῦν ἡνώθη τῷ ἑαυτῆς σώματι πρὸ ἀναστάσεως, δύναται διὰ τὸ ἑτεροφυὲς, καὶ γηγενὲς τῆς σαρκὸς τρόπῳ τινὶ εὐσεβεῖ, καὶ φύσις προσαγορεύεσθαι. διὸ καὶ ἐκ δύο φύσεων τὸν ἄνθρωπον συγκεῖσθαι. οἱονεί πως οἱ μακάριοι Πατέρες εἰρήκασιν.

Ἀλλὰ καταστρέχει ἡμῶν καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἀκέφαλος λέγων· ὅτι εἰ ἐκ δύο φύσεων ὁ ἄνθρωπος σύγκειται, προσελάβετο δὲ τοῦτον ὁ θεὸς λόγος, εὑρεθήσεσθε τρεῖς λοιπὸν φύσεις ὁμολογοῦντες ἐν τῷ Χριστῷ. πρὸς οὓς λεκτέον. ὅτι ἐντεῦθεν ἐλέγχεσθε ἀρνούμενοι τὸν τῆς σαρκώσεως λόγον. καὶ οὔτε σῶμα, οὔτε ψυχὴν ὁμολογοῦντες ἐν ἀληθείᾳ ἀναλαβεῖν τὸν θεὸν λόγον. εἰ δὲ ὅλως λέγετε αὐτὸν τέλειον ὄντα ἐν ἀνθρωπότητι, ὥσπερ καὶ ἐν θεότητι, εὑρίσκεσθε, καὶ ὑμεῖς ἐκ τριῶν φύσεων λέγοντες εἶναι τὸν Χριστόν. πλὴν ὥσπερ τὸ δένδρον, πλείστας ποιότητος διαφορὰς ἔχον, λέγω δὴ, ῥίζης, κλάδων, φύλλων, ἄνθους, καρποῦ, μία φύσις λέγεται. οὕτω καὶ ἄνθρωπος ὅλος, καθὰ φη-

σὶν

cætero ipſum luminare etiam hypoſtaſis, tanquam vna ex tribus lucis hypoſtaſibus; vocaretur præterea natura, comparatione ad vnitam ſibi alterius generis, & rationis nebulam: ſic & tu ſapientiſsimi Cyrilli dictum accipe; quando dicit, in vnione carnis vnam naturam Verbi diuini incarnatam eſſe. Quod ſi dictum hoc inconſideratè arripias; contendaſque: ipſam Verbi hypoſtaſin nominari naturam, neceſſariò cogeris, etiam diuini Verbi Patrem appellare naturam propriam; & ſimiliter ipſe Spiritus ſanctus alia propria natura erit. Quod cùm Seuerus aſſeruiſſet & docuiſſet, in Arianiſmi de tribus Diis impiam voraginem præcipitatus eſt. Homo etiã nudus meruſque; hypoſtaſis appellatur, & vna quidem omnium; ſi verò veſtem induat, poterit & natura dici propter veſtem diuerſi generis, & alterius à ſe rationis, quã induit. Et Gabriel, qui eſt vna ex Angelicis hypoſtaſibus, ſi carnem aſſumeret poſſet quoq; natura vocari, propter vnionem cum carne, quæ eſt diuerſæ à Gabriele ſubſtantiæ; Et anima rationis particeps, Pauli, v.g. præciſè ſecundum ſeipſam ſpectata, & à carnis concretione libera, appellatur vna quædam communis naturæ humanarum animarum hypoſtaſis, & non natura; ſi verò ante reſurrectionem corpori vniatur, poterit propter diuerſitatem, & terream molem carnis, pio quodam modo etiam natura nominari. Qua de cauſſa etiam ex duabus naturis hominem compoſitum eſſe, aliquando ſancti Patres pronunciarũt.

Verùm hic quoque in nos incurſant Acephali. *Si homo ex duabus naturis conſtat; hunc verò Verbum diuinum aſſumpſit; tres vtique naturas in Chriſto conſtituitis.* Quibus reſpondere oportet; vel hinc manifeſtum fieri, eos Incarnationis myſterium tollere & abnegare; Verbumque diuinum, ex eorum ſententia, neque corpus, neque animam verè aſſumpſiſſe. Quod ſi omnino aſſeritis, Chriſtum perfectum eſſe in humanitate, ſicut & in diuinitate; ſequitur, etiam veſtro iudicio, Chriſtũ ex tribus naturis conſtare. Cæterùm ſicuti arbor vna & eſt & appellatur natura, quantumuis ex differentium qualitatũ partibus compacta, vt ex radice, ramis, foliis, flore, fructu; ita & totus homo vna eſt natura, iuxta illud Iacobi fratris Domini: *Om-* *Iacob. 3.*

*nis*

σιν ὁ θεάδελφος Ἰάκωβος, πᾶσαν φύσιν ζώων, καὶ πετεινῶν, καὶ ἐναλίων δαμάζεσθαι ὑπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.

Ἐπίλυσις, ἤτοι ἀνατροπὴ τῆς τῶν μονοφυσιτῶν προτάσεως τῆς λεγούσης, ὅτι εἰ τελεία θεότης ἐστὶν ἡ σαρκωθεῖσα τοῦ θεοῦ λόγου ὑπόστασις, καὶ ἐν αὐτῇ ὁρᾶται πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς ἁγίας τριάδος, εὑρίσκονται πάντα, τὰ ἐν τῷ υἱῷ ὁμολογούμενα ἐν τῇ οἰκονομίᾳ, ταῦτα τῇ πάσῃ τριάδι προσαπτόμενα. Εἴτε δύο φύσεις, εἴτε θελήσεις, εἴτε ἐνέργειαι. Οἱ δὲ μὴ οὕτω φρονοῦντες, εὑρίσκονται, φησὶ, διδόντες τῇ ἁγίᾳ τριάδι τρεῖς μὲν φύσεις ἰδικὰς, μίαν δὲ κοινήν. Εἴρηται μὲν οὖν ἡμῖν περὶ βραχέως βραχέα περὶ τούτου. ὅπως δὲ μὴ καὶ ἡμεῖς, ὡς οἱ αἱρετικοὶ ἰδίους μύθους ἀναπλάττοντες τῇ θείᾳ κατάρᾳ ὑποπέσωμεν τῇ λεγούσῃ. οὐαὶ τοῖς ἐξ οἰκείας καρδίας προφητεύουσι, καὶ οὐκ ἐκ θεοῦ. Φέρε ὥσπερ ὁ Δαυὶδ ἑνὶ λίθῳ Γολιαθίτῃ πᾶσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων πατάξωμεν, ἀποφράττοντες αὐτῶν τὰ στόματα, τὰ φάσκοντα. ὅτι ὅσα ἂν προσετέθη τῷ ἑνὶ τῆς ἁγίας τριάδος χριστῷ, ταῦτα καὶ τῇ πάσῃ τριάδι λογίζονται.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΕΙΚΟΣΤΟΝ ΚΑΙ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

### Τοῦ ἁγίου Ἀποστολικοῦ διδασκάλου Διονυσίου, τοῦ Ἀρεοπαγίτου ἐκ τοῦ κεφαλαίου τοῦ περὶ ἡνωμένης, καὶ διακεκριμένης θεολογίας.

Καθάπερ φῶτα λαμπτήρων, ἵνα αἰσθητοῖς, καὶ ἰδίοις χρήσωμαι παραδείγμασιν, ὄντα ἐν οἴκῳ ἑνὶ, ὅλα ἐν ἀλλήλοις ἐστὶ, καὶ ἀκριβῆ τὴν ἀπ' ἀλλήλων ἰδικῶς ὑφισταμένην ἔχει διάκρισιν, ἡνωμένα τῇ διακρίσει, καὶ διακεκριμένα τῇ ἑνώσει. καὶ γοῦν ὁρῶμεν ἐν οἴκῳ πολλῶν ὄντων τῶν λαμπτήρων, πρὸς ἕν τι φῶς ἑνούμενα τὰ πάντα φῶτα, καὶ μίαν αἴγλην ἀδιάκριτον ἐλλάμποντα καὶ οὐκ ἄν τις, ὡς οἶμαι, δύναιτο τοῦδε τοῦ λαμπτῆρος τὸ φῶς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐκ τοῦ πάντα περιέχοντος ἀέρος

*nis natura bestiarum & volucrum, & aquatilium domatur à natura humana.*

Solutio & refutatio propositionis Monophysitarum, quę affirmat; *Perfectam diuinitatem nihil aliud esse, quàm incarnatam Verbi diuini hypostasin; & in ea omnem sanctißimæ Trinitatis plenitudinem inesse; & omnia, quæ in Christo propter Incarnationis œconomiam confitemur, toti Trinitati competere; siue duas naturas, siue voluntates, siue operationes; & qui non ita sentit,* inquiunt isti; *is in Trinitate tres proprias naturas vnamque communem constituit.* De quo paulò antea pauca quidem diximus; ne verò nos etiam, hæreticorum more, videamur propria commenta excogitare; & in diuinam illam maledictionem incidere; *Væ his, qui prophetant ex corde suo*, non ex Deo; agedum, vt Dauid vno lapide, in Goliathis fronte infixo; vniuersum alienigenarum exercitum percutiamus, obturantes ora eorum, qui aiunt; omnia quæ vni ex sanctissima Trinitate, nimirum Christo, tribuuntur, toti Trinitati tribui.

*Ezech. 13.*

## CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

### *Sancti & Apostolici Doctoris Dionysij Areopagitæ, ex capite de coniuncta & discreta Theologia.*

*S. Dionys. lib. de diuin. Nomin. cap. 2. parte prima.*

*QVemadmodum lumina lucernarum, vt sensibilibus & familiaribus vtar exemplis, in domo vna cùm sint, tota in se mutuo sunt; & exactè à se mutuo secundum propriam subsistendi rationem secernuntur; vnita discretione; & discreta vnione; Denique cernimus in domo pluribus lucernis illustri; omnia lumina in vnum lumen coalescere, & vnum indiscretum fulgorem emittere; neque vlli, vt arbitror, procliue fuerit, huius vel illius lucernæ lumen in aëre omnia lumina continente, ab alterius lucernæ lu-*

ἀέρος διακεῖναι, καὶ ἰδεῖν αὐτοῦ θατέρου θάτερον, ὅλων ἐν ὅλοις ἀμιγῶς συγκεκραμένων. ταῦτα Διονυσίου.

Σχόλιον. ἡνωμένην, καὶ διακεκριμένην λέγει τὴν ἁγίαν τριάδα, διὰ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας, διαιρετὸν δὲ τῶν ὑποστάσεων.

Ἐπὶ δὲ τὴν λύσιν τῶν εἰρημένων χωρήσωμεν. Ὅλος ὁ νοῦς τοῦ πατρὸς, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ὑπόδειγμα εἶπεν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τριῶν τινῶν λύχνων, ἢ κηρῶν ἁπτόντων ἔν τινι ναῷ, ἢ οἴκῳ. ταῖς μὲν ὑποστάσεσι διακεκριμένων, ἤγουν κεχωρισμένων ἐξ ἀλλήλων. ἄλλος γὰρ, καὶ ἄλλος. καὶ ἄλλος λύχνος ἐστὶν ἰδικῶς ὁ καθ' εἷς, τῷ δὲ φωτὶ, ἡνωμένην ἔχουσι, καὶ ἀχώριστον τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως, καὶ τῆς ἐνεργείας. καὶ οὐδεὶς δύναται ἐν τῷ ἀέρι τοῦ οἴκου διακεῖναι, καὶ εἰπεῖν. ποῖον μὲν φῶς ἐστὶ τοῦδε τοῦ λύχνου, ποῖον δὲ τοῦ ἑτέρου. ταῦτα ὁ διδάσκαλος εἶπεν. Μετέρχεται λοιπὸν ἐκ τοῦ τριαδικοῦ, εἰς τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον (ἔξοδον ἐπὶ θεοῦ μηκέτι τοπικὴν νοήσης) καὶ τὴν ἔξοδον τοῦ θεοῦ λόγου τὴν τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν τὴν φάσκουσαν. ὅτι ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρός μου ἐξῆλθον, καὶ πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω. Διονυσίου. Ἀλλὰ καὶ εἰ τὸν ἕνα τις τῶν πυρσῶν ὑπεξαγάγοι τοῦ δωματίου, συνεξελάσεται, καὶ τὸ οἰκεῖον ἅπαν φῶς, οὐδέν τι τῶν ἑτέρων φωτῶν ἐν ἑαυτῷ συνεπισπώμενον, ἢ τοῦ ἑαυτοῦ τοῖς ἑτέροις καταλιπών. ἐξελθὼν, φησὶν, ὁ υἱὸς ἐκ πατρὸς, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῷ κόσμῳ, οὔτε τὸν πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα συνεξήγαγε σὺν ἑαυτῷ. οὔτε μὴν τῶν οἰκείων τι ὁ ἐξελθὼν ἐκείνοις κατέλιπεν. ἀλλ' ἰδιαίτερον τῆς ἑαυτοῦ μόνης ὑποστάσεως ἐποιήσατο ἔξοδον. Εἶτα ἐν τοῖς ἑξῆς τρανοῖ τὰ εἰρημένα λέγων. Διακέκριται δὲ τῆς ἀγαθοπρεποῦς εἰς ἡμᾶς θεουργίας τὸ καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ὁλικῶς, καὶ ἀληθῶς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον λόγον. Ἑρμηνεία. διακέκριται, τοῦτ' ἔστι κεχώρισται τοῦ τριαδικοῦ, καὶ θεολογικοῦ λόγου, τῷ καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ὁλικῶς, καὶ ἀληθῶς σαρκωθῆναι, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ σαρκώσεως χριστοῦ λόγος, καὶ δρᾶσαι, καὶ παθεῖν, ὅσα τῆς ἀνθρωπικῆς αὐτοῦ θεουργίας ἐστὶν ἔγκριτα καὶ ἐξαίρετα. Ἔγκριτα φησὶ, καὶ ἐξαίρετα, τοῦτ' ἔστι, καθαρὰ, καὶ ἀδιάβλητα τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ φύσεως. ἅτινά εἰσι, τόκος, νηπιότης, αὔξη-

*mine discernere, & intueri, cum tota in totis impermixtè permixta sint.* Hæc Dionysius.

Scholium. Vnitam & discretam vocat sanctissimam Trinitatem, propter communem naturam & hypostaseωn distinctionem.

Nunc ad solutionem dictorum accedamus. Sensus patris eiusmodi est. In mysterio Trinitatis explicando vsus est exemplo cereorum vel lucernarum in aliquo templo vel domo accensarum, quæ hypostasibus quidem secernuntur, & à se mutuò separantur. Alia enim & alia lucerna est secundum indiuiduam rationem: luce autem coniunctam habent, & inseparabilem naturæ, & operationis communionem; neque vllus potest in circumfuso aëre discernere, ac dicere: quodnam lumen sit huius lucernæ; & quod illius. Hæc Doctor ille. Postea transit à sermone de Trinitatis mysterio ad Incarnationis rationem; & ad processionem in Deo (processionem verò cùm audis, ne localem existimes) sed illam, de qua hæc ipsemet Christus. *Ego à Patre exiui, & ad Patrem vado.* Dionysius. *Si quis ex domo aliquam lucernam efferat, simul exibit totum, quod ab illa manat, lumen, nihil de aliis luminibus secum extrahens; aut aliquid sui aliis relinquens.* Egressus, inquit, Filius à Patre, neque Patrem, neque Spiritum sanctum secum traxit; neque quidquam ex propriis is, qui egressus est, aliis reliquit; sed secundum solam hypostasin suã exiuit: Deinde explicans quæ dixerat; ita scribit: *Discretum est autem à diuinis operibus in nos benignè manantibus, quod secundum nos atq; ex nobis integrè ac verè substantiam sumpsit supersubstantiale Verbum.* Explicatio. Discretum est, hoc est, seiunctum est; à Trinitatis Theologico mysterio, per hoc, quod naturam nostram totam per Incarnationem assumpsit: (hæc enim est Incarnationis & assumptionis humanæ naturę ratio) quodque agit, & patitur quæcunque humanæ naturæ cum diuina coniũctæ sunt consentanea; & consona. Consentanea, inquam, & consona; hoc est, pura seu munda, & non digna reiici ab humana natura : cuiusmodi sunt partus, infantia,

αὔξησις, πεῖνα, δίψα, κόπος, λύπη, δάκρυα, πτυελοὶ, ἱδρῶτες, τρῆ-
σις, φθορὰ, λύσις, θνῆσις, νέκρωσις, ἀφθεγξία, ἀκινησία. ἐπιφέρει
γὰρ ἀκολούθως λέγων. τούτοις γὰρ ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα κατ' οὐδένα
κεκοινώνηκε λόγον.

Αἰσχυνέσθω Σευῆρος. αἰσχυνέσθω Διόσκορος, καὶ Τιμό-
θεος, καὶ Εὐτυχής. αἰσχυνέσθω Θεοδόσιος, καὶ Ἰάκωβος. αἰσχυ-
νέσθω τὸ δεκακέρατον τοῦ ἀντιχρίστου, τὸ λέγον. ὅτι πάντα, τὰ ἐν τῷ
χριστῷ λεγόμενα, ταῦτα καὶ τῇ πάσῃ τριάδι ἁρμόζουσιν. Ἰδοὺ γὰρ σα-
φῶς ὁ ἀποστολικὸς φωστὴρ τῆς οἰκουμένης φησίν. ὅτι τῆς ἐν σαρκὶ, ἢ
διὰ σαρκὸς χριστῷ πεπραγμένοις, ἢ προσειλημμένοις, ὁ θεὸς, καὶ πα-
τὴρ, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' οὐδένα κεκοινώνηκαν τρόπον. εἰ μή που
τίς φαίη φησὶ, κατὰ τὴν ἀγαθοειδῆ, καὶ φιλάνθρωπον βούλησιν. μό-
νῃ φησὶ τῇ βουλῇ, καὶ εὐδοκίᾳ, καὶ συναινέσει κεκοινώνηκεν ὁ πατὴρ,
καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τῷ τῆς σαρκώσεως χριστοῦ λόγῳ, καὶ τρόπῳ. ἀκοι-
νώνητοι, καὶ ἀλλότριοι κατὰ τὰς ἰδίας ὑποστάσεις μείναντες πάντων ὅσων
ἐκ τῆς Παρθένου προσελάβετο ὁ θεὸς λόγος σαρκωθείς. αὐτῷ ἡ δό-
ξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Συγγνώμην αἰτοῦμαι παρὰ τῶν φιλοπόνων. ἐκ μέρους γὰρ
γινώσκομεν, ὡς ὁ Παῦλος βοᾷ, καὶ ἐκ μέρους νοοῦμεν, καὶ ἐκ μέρους
λαμβάνομεν, καὶ ἐκ μέρους δογματίζομεν. ὅσον γὰρ ἐρευνᾶται τὸ
θεῖον, τοσοῦτον ἐπὶ πλέον ἀγνοεῖται. οὔτε γὰρ αὐτοὶ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι
τελείως τὰ περὶ θεοῦ ἐπίστανται.

Προσθήσω δὲ ὥσπερ ἵνα στεφάνην ἐπινίκιον νυμφικὴν τῇ βί-
βλῳ, καὶ τάδε. Νόμος θεῖος παλαιός τε, καὶ νέος διακελεύε-
ται, ἐπὶ στόματος δύο, καὶ τριῶν μαρτύρων, ἵστασθαι πᾶν ῥῆμα. Ἐν
τοίνυν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν τριακοσίων δέκα, καὶ ὀκτὼ ἁγίων πα-
τέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, ἐῤῥέθη, μὴ ταυτὸν εἶναι, τὴν φύσιν, καὶ τὴν
ὑπόστασιν, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν παρεστήσαμεν. Ὁμοίως καὶ ἡ ἁ-
γία σύνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον, τῶν διακοσίων ἁγίων πατέ-
ρων, διὰ τοῦ πανσόφου Κυρίλλου, δημοσίως ὥρισεν, ἕτερον εἶναι καὶ
τὴν φύσιν, παρὰ τὴν ὑπόστασιν, ἤτοι τὸ πρόσωπον. Ἀρκοῦσι τοί-
νυν τῇ ἁγίᾳ ἡμῶν καθολικῇ, καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ οἱ πεντα-

incrementũ, fames, sitis, labor, tristitia, lacrymæ, sputa, sudores, sanguis, transfixio, corruptio, dissolutio, vitæ amissio; loquendi seque mouendi impotentia. Quibus adiungit Dionysius. *Horum enim nulla ratione Pater & Spiritus sanctus participes effecti sunt.*

Erubescat Seuerus. Erubescat Dioscorus, Timotheus & Eutyches. Erubescat Theodosius & Iacobus. Erubescat *decicornis* illa Antichristi cohors, quæ dicit; omnia, *quæ de Christo dicuntur, conuenire in totam Trinitatẽ.* Ecce Apostolicum illud vniuersi orbis lumen Dionysius disertè profitetur, eorum quæ Christus in carne & per carnem gessit, vel assumpsit, Deum patrem & Spiritum sanctum nullo pacto participem factum esse: *nisi fortè quis asserat,* inquit, *benignitate, clementia & communione voluntatis.* Solo, inquit, consilio, beneplacito & approbatione Pater & Spiritus sanctus communicarunt de ratione & modo Incarnationis Christi: Secundum proprias verò hypostases nihil omnino participarunt de illis, quæ verbum Incarnatum ex Virgine assumpsit, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Veniam peto à studiosis; ex parte enim cognoscimus, vt Paulus clamat, & ex parte intelligimus, & ex parte rem assequimur; & ex parte dogmatizamus; quanto enim magis inuestigatur Deus; tanto magis ignoratur; neque enim ipsi Angeli res diuinas perfectè intelligunt. *1. Cor. 13.*

Adiungam & ista libro huic tanquam coronam triumphalem & victricem, sponsæ impositam. Lex diuina vetus & noua præcipit, *vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Itaque in sancta Synodo Nicæna trecentorum decem & octo Patrum dictum est, naturam & hypostasin non esse vnum & idem, quemadmodum antea demonstrauimus. Similiter & Synodus Ephesina ducentis Patribus constans, per sapientissimum Cyrillum publicè statuit: naturam ab hypostasi seu persona distingui; sufficiunt igitur sanctæ, Catholicæ, & Apostolicæ *Deut. 19. Matth. 18.*

κόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρες εἰς συνηγορίαν, καὶ ὑπερμαχίαν κα-
τὰ τῶν ἀκεφάλων. οὔτε γὰρ ἄνθρωπος, οὔτε πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν
οὐρανῶν ἰσχύουσι ποτὲ ἃ ὥρισαν, καὶ ἐθέσπισαν οἱ τῶν τοιούτων ἁγίων
Συνόδων Πατέρες λῦσαι, ἢ ἀνατρέψαι; λοιπὸν ἡνίκα ἡμῖν οἱ ἀκέφα-
λοι προβάλλονται, ἓν πολλάκις ῥῆμα, ἢ δύο λέγοντα τὴν φύσιν
προσώπον, προβαλλώμεθα αὐτοῖς τὸν τῶν πεντακοσίων δέκα, καὶ
ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων χορόν. τῶν πλειόνων γὰρ ἰσχύει ἡ ψῆφος ἐπὶ
παντὶ πράγματι, καθὼς οἱ κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων χριστοῦ
διετάξαντο. αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ.

ſtolicæ Eccleſiæ quingenti decem & octo Patres pro defenſione & ſubſidio aduerſus Acephalos; neque enim vllus homo, neque ipſæ cœlorum virtutes vniuerſæ poterunt aliquando ſoluere aut euertere ea, quæ tales ac tanti patres decreuerunt. De cetero, quando Acephali ſæpius nobis vnum vel alterum dictum obiectant; quod naturam nominet perſonam; obiiciamus nos quingentorum decem & octo Patrum chorum. Suffragium enim plurium omni in negotio valet: ſicut ſanctorum Apoſtolorum canones decreuerunt. Deo gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

*Laus Deo Virginique Matri.*

# THEODORI ABVCARAE, EPISCOPI CARIÆ, VARIA CONTRA HÆRETICOS, IVDÆOS ET SARRACENOS OPVSCVLA.

*Nunc primùm*

GRÆCE ET LATINE EX SERENISSIMI VTRIVSQVE BAVARIAE DVCIS MAXIMILIANI BIBLIOTHECA IN LVCEM PROLATA.

*INTERPRETIBVS*

*FRANCISCO TVRRIANO; ET IACOBO GRETSERO, SOCIETATIS IESV.*

AD

REVERENDVM ADMODVM ET NOBILEM DOMINVM ANTONIVM VELSERVM, SS. THEOLOGIÆ DOCTOrem, Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Canonicum, &c.

# ADMODVM REVERENDO ET NOBILI DOMINO, ANTONIO VELSERO, SS. THEOLOGIÆ DOCTORI, CATHEDRALIS ECCLESIÆ Frisingensis Canonico, Præposito Spaltensi, optimo & eruditissimo viro IACOBVS GRETSERVS Societatis IESV S. D.

MITTO ad te, *admodum Reuerende & clarissime Domine Doctor*, Theodorum cognomento Abucaram, opus nec nouum, neque antiquum; sed, si nouato vocabulo vti licet, *νεοπάλαιον, Nouantiquum.* Antiquum est; quia iam olim doctissimus *Genebrardus* quindecim huius Auctoris dissertationes latinitate abs se donatas publici iuris fecit; quæ etiam in Tomum quartum Bibliothecæ sanctorum Patrum relatæ sunt. Nouum est, quia Græcè, quod mihi liqueat, iam primùm prodit. Nouum, quia noua partim *Turriani* nostri, partim mea Interpretatione vestitum, lucem aspicit. Nouum, quia duplo propemodum auctius, quàm antea dias sub luminis auras & oras sese effert; quod Bibliothecæ Bauaricæ in acceptis referẽdum est; ex cuius duobus manu scriptis codicibus hactenus inedita, edenda: Græca, exscribenda; inque latinum sermonem conuertenda curauimus. Hoc laboris, quod-

cunque id eſt, libenter cepi, præcipuè propter ipſum Abucaram, quia doctus eſt, argutus, elegans, inuictuſq; monſtrorum domitor; dignus legi, hoc potiſſimùm æuo, ſimilium portentorum feraciſſimo. Deinde adiungendus fuit Anaſtaſio Sinaitę comes; ne ſolus latinum, ignotum ſibi, orbem, peragraret. Quis autem aptior comes, quàm Abucaras, contra eoſdem cum Anaſtaſio hoſtes Chriſtique oſores viriliter dimicans; & breuia quidem; ſed ſanguinem elicere nata ſpicula in impiorum cateruas ſpargens. Tertiò, dedi aliquid memoriæ Turriani; de Eccleſia Dei optimè meriti; & in Græcorum monumentis verſatiſſimi, cuius vel ſolum nomen non modò viui, ſed & ad meliorem vitam euocati, animo meo ſemper venerabile fuit: Indignum mihi videbatur, vt quæ tanto ſtudio conquiſierat, & in latinam linguam tranſtulerat, cum mortuo intermorerentur, & denuò tenebris occulerentur. Itaq;, vt aliâs alia; ita iam hæc opuſcula Abucaræ vulganda cenſui. Quis autem iſte Abucaras fuerit; quo ſeculo floruerit, non ego dicere; ſed à te, *vir clariſſime*, qui omnem antiquitatis memoriam pectore concluſam tenes, diſcere cupio. Turrianus aliquoties Damaſceni diſcipulum nominat, cui probabilitatem conciliat illud ex titulo diſſertationis decimæ octauæ: διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ, ſignificat enim Abucaram, ea, quæ in illa diſputatione aduerſus Sarracenos diſſeruntur, ex ore dictantis Damaſceni excepiſſe: quo modo Leontius etiam Byzantinus literis ſe mandaſſe profitetur commentarium de ſectis ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, *ex ore Theodori religioſiſſimi Abbatis*. Haud grauatè aſſentirer, niſi me coniectura aliò raperet. Arbitror enim Theodorum noſtrum Abucaram, alium non fuiſſe, quàm illum, qui cum Photianas

tianas partes contra Ignatium legitimum Sedis Constantinopolitanæ præſulem ſecutus fuiſſet; atq; adeò vnà cum Zacharia Metropolitano Chalcedonenſi pro Phocio ad Ludouicum II. Imperatorem, Francorumque Regem, legationem obiiſſet; vt in vita Ignatij teſtatur Nicetas, poſtea Photij fraudibus in apertum prolatis, vela retrorſum vertit; & in octaua Synodo œcumenica admiſſi piaculi veniam impetrauit, prout ſecũda & quarta eiuſdẽ Concilij Actio nos docet; pro quo etiã apud Hadrianum ſummum Pontificem interceſſit B. Ignatius, vt priſtino honori & muneri reſtitueretur; quod item fecerũt tres Imperatores Baſilius, Conſtantinus, Leo, in litteris ad eundem Romanæ Eccleſiæ Antiſtitem: qui Theodorum inſigni encomio decorarũt, cùm, *hominem Eccleſiæ valde vtilem*, appellare voluerũt. Qua de cauſſa verò, niſi propter eximiam eruditionem, qua inſtructus cum Hæreticis, Iudæis & Mahometanis animosè congrediebatur? quorum ingens in Caria tum multitudo; vt & Laodiceæ; quò Theodorum translatum Nicetas ſcribit. Cũ ergo Nicetas, & octaua Synodus Theodorum illum nominent Cariæ Epiſcopum & Metropolitam; vt & Ignatius, & Imperatores in epiſtolis ad Hadrianum Pontificem; noſter autem Theodorus Cariæ Præſul fuerit; neque temporis ratio obſtet; in eam ſententiam deſcendo, vt mihi perſuadeam, alium harum diſſertationum auctorem non fuiſſe; quã illum Theodorum Cariæ Antiſtitem; qui ſub Baſilio Macedone, temporibus octauæ Synodi, doctrina nominiſq; celebritate claruit. Cùm autem à ſecunda Synodo Nicæna anno Domini DCC.LXXXVII. celebrata; vſque ad octauam Synodum, quæ habita eſt, Anno Redemptoris DCCC.LXIX. anni ſeptuaginta duo interfluxerint;

*Exſt. ha litt. in fin. octaua Synodi, cit. Barõ.*

rint; Ioānes verò Damaſcenus, vt pleriſq; Chronologię non imperitis placet, ante ſeptimam Synodum ſupremum diem obierit; alterutrum neceſſariò aſſerendum eſſet; aut Abucaram fermè adhuc puerum Damaſceno operam dediſſe; aut octogeſimum ætatis annum longè tranſcendiſſe; quādo Conſtantinopoli œcumenica Synodus, ordine octaua, coacta fuit; niſi quis Damaſceni vitam, vltra ſeptimam Synodum proferre velit.

Verùm hæc omnia tui iudicij & arbitrij facio, *eruditiſſime Domine*, qui nodo huic facilè vindicem reperies; cui Abucaram, quiſquis tandem fuerit, & quocunq; ſęculo vitam agitarit, ſacrum dicatumq; volo; teſtem & indicē mei in te amoris, & ſingularis obſeruantię. Occurrebat quidem ille apud Plutarchū verſiculus:

> *Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,*
> *Μή μ' ἄφρονα κρίνῃς, ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ.*
> *Pauper ego cùm ſim, nolo diuiti dare.*
> *Ne videar amens: vel aliquid dans poſcere.*

Sed vicit deſiderium mei erga te affectus publicè teſtādi. Nam ſimul atque cum MARCO, fratre tuo, litteraria neceſſitudo ante compluſculos annos mihi contracta eſt; tecū etiam contracta eſt; & quidem nexu firmo, nec vt voueo, diſſoluendo. Et quamuis in te admirer ac ſuſpiciam ea omnia ornameuta & decora, quibus virum Eccleſiaſticum inſignitum nobilitatumq; eſſe oportet; neſcio tamen quo occulto illice mirificè me in tui cultū trahat incredibilis illa tua doctrinæ varietas, Theologiæ, inquam, Philoſophiæ; & elegantioris litteraturæ ſcientia; linguarumque non modò Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ; ſed & Græcæ; & Latinæ; nō illius, quæ & compita & pulpita iam obſidet; ſed eius, qua priſci illi Quirites vſi, peritia; Vnde fit, vt æs nunquā melius vtiliuſq; expoſi-

expoſitũ inſumptumq; opineris; quàm ſi in libros impendatur. Hinc Bibliotheca illa tua omni voluminum genere inſtructiſſima & abundantiſſima. Quis vel apud vltimos Iberos bonæ probæque notæ Auctor in publicũ venit, qui per tot maris terrarumq; ſpatia *Friſingam* pariter ad Muſeum tuum non veniat?

Laudat Agathias Hiſtoricus Trallianam quandam mulierem, eamque fortunatam prædicat, quòd quinq; filios, eoſq; poſtea omnes doctiſſimos & celeberrimos progeneraſſet. Arthmeſium Mathematicum; Metrodorum Grammaticum: Olympium Iureconſultum: Dioſcorum & Alexandrũ Medicos. Hæc profectò laus in tuam domũ ſtirpemque concinnius, quàm in illam Tralienſem, quadrat; in qua inſignem πεντάδα ſelectiſſimorum fratrum cernere licet; litteris ita florentem, vt has ſolas tractare videatur; rurſumque in negotiis quæ ad Dicen & Themidem ſpectant, vſque adeò excellentẽ, vt reliquis omnibus poſthabitis, hoc vnũ duntaxat curæ cordique habere exiſtimari queat. Nec pluribus te detineo; tantum rogo, vt quia Anaſtaſius, MARCO, fratri tuo, viro ampliſſimo, inſcriptus eſt; tu itidem nomen tuum, Abucaræ quaſi poſtibus præfixum prænotatumque, æquo animo intuearis; huncque nouum ciuem in libraria & litteraria tua ciuitate; loco aliquo & ſtatione digneris; quamuis ſatius fortè fuerit, non rogare; quia vt Ennodius Ticinenſis ſcitè alicubi ait, *argumentum eſt nil merentis, diu rogare.* Vale.

Ingolſtadij X. Kalend. Martij.

M. DCVI.

THEO-

# I. ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ ΤΟΥ͂ ΤΟ' ΕΠΙ'ΚΛΗΝ Α'ΒΟΥΚΑΡΑ͂ ΤΟΥ͂ ΚΑΡΩ͂Ν Ε'ΠΙΣΚΟ'ΠΟΥ ΓΕΓΟΝΟ'ΤΟΣ, Ο'ΤΙ πέντε ἐχθροὺς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἐλυτρώσατο.

κατὰ πεῦσιν, καὶ ἀπόκρισιν.

A. Πέντε θανατηφόρους ἐχθροὺς ἔχομεν, ἐξ ὧν ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας ὁ χριστὸς ἐλυτρώσατο. B. τίνες οὗτοι, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἑκάστου λυτρώσεως,, ἡδέως ἂν γνοίην, καί σου δυσωπητικῶς πυνθανομένου, καὶ φράσαι παρακαλῶ; A. ἐγώ σοι φιλοπόνως ζητοῦντι τὸ ζητούμενον, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, τῷ λόγῳ διασαφήσω. ἐκεῖνο δέ μοι * ἐπερωτῶν σε, * λέξον. B. ποῖον; A. φῂς τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν μάτην τι, καὶ εἰκῆ πράττειν, ἢ ἀποφαίνεσθαι; B. πῶς τοῦτο ἐπὶ θεοῦ λέγειν εὐαγὲς, ὅπου γε, οὐδὲ ἐπὶ τὸν σώφρονα λογισμὸν ἐχόντων, καὶ ἀστείων ἀνθρώπων; A. ἡνίκα οὖν κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ παραβεβηκότος αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν ἀπεφήνατο, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, κατὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν διαμαρτυρίαν. ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φαγῇ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀπηγορευμένου, δῆλον, ὅτι * ξύλου, θανάτῳ ἀποθανῇ. πῶς ἂν τὴν ἰδίαν ἠκύρωσεν ἀπόφασιν, μηδενὸς ἑτέρου γεγονότος λόγου δικαίως αὐτὴν λύοντος; εἰ γὰρ κριτὴν ἑώρακας κρίσιν τινὰ κρίνοντα σήμερον. εἶτα αὔριον αὐτὴν καταργοῦντα οὐκ ἂν αὐτὸν ὑπείληφας μαίνεσθαι; πῶς οὖν ὁ θεὸς τὴν πρώτην αὐτοῦ κρίσιν ἀνέτρεπεν, καὶ ἀπόφασιν; B. εἰπέ, πῶς. συνιδεῖν γὰρ οὐκ ἔχω. A. τίς ἡ αἰτία τῆς τοῦ θανάτου κατακρίσεως; B. ἡ παρακοὴ δηλονότι. A. ὥσπερ διὰ

τῆς

* ἐπερωτῶντι.
* C.B. λέξω. malè.
* Videtur legend. ξύλου, δῆλον, ὅτι.

# THEODORI COGNOMENTO ABVCARA EPISCOPI CARVM. DE QVINQVE INIMICIS, A QVIBVS NOS CHRISTVS HOMO FACTVS LIBERAVIT.

Per interrogationem,& reſponſionem.

*Franciſco Turriano, Societatis* IESV, *interprete.*

I. *In aliis attribuitur Chryſoſtomo, ſed falſo.*

*A. Chriſtianus. B. Infidelis.*

A. Quinque nobis inimici ſunt capitales, à quibus nos Chriſtus homo factus liberauit. B. Qui iſti ſunt inimici?& quomodo ab vno quoque eorum liberati ſumus, libenter intelligerem; idque te reuerenter interrogo, & vt explices, rogo. A. Ego tibi cupidè interroganti,& ſcire auenti, quantum conſequi potero, quod quæris, ſermone explanabo. Sed illud primum mihi reſponde. B. Quid? A. Dicis ne tu Deum, qui omnia moderatur, & regit, quicquam temerè,& fruſtra facere, aut dicere? B. Quomodo hoc de Deo fas eſt dicere? quandoquidem nec in hominem ſana mente præditum,& cordatum cadere hoc decet. A. Cùm igitur Deus contra hominem , qui mandatum eius tranſierat, *Terra es,& in terram ibis*, pronunciauit, ſicut poſtulabat, quod prius eidem teſtatus fuerat, *quocunque*, inquiens, *die ex ligno interdicto comederis, morte morieris*, Quomodo ſententiam ſuam irritam fecit, ſi nullum verbum aliud factum eſt, quo iuſtè ſit ſententia illa abrogata? Si enim tu iudicem vidiſſes, hodie iudicium aliquod pronunciare, & cras illud ipſum irritum facere, annon exiſtimares inſanire? quomodo igitur illius primum iudicium, & ſententiam abrogauit? B. Dic tu quomodo. ego enim intelligentia comprehendere non poſſum. A. Quæ fuit cauſſa iudicij de morte pronuncia-

*Gen.3.* *Gen.2.*

τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἀδάμ, ὁ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους διέβη, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου δευτέρου Ἀδὰμ χριστοῦ, ὁ θάνατος εὐλόγως καταργηθήσεται, καὶ ἡ ζωὴ ἀντεισαχθήσεται. Β. πρὸ οὖν τοῦ χριστοῦ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Μωσῆς, καὶ Ἐνώχ, οὐχ ὑπήκουσαν τοῦ θεοῦ, καὶ εὐηρέστησαν αὐτῷ; Α. εἰ καὶ εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ λέγονται. ἀλλὰ πρὸς σύγκρισιν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. ἄκρως δέ, καὶ τὸ παράπαν ἁμαρτίας ἄγευστος οὐδεὶς εἰ μὴ ὁ χριστός. πᾶσα δὲ ἁμαρτία, καὶ ἡ τυχοῦσα, θάνατον ἐπιφέρεται. ὅσον οὖν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, ἀφ' οὗ ὑπήκουσεν ὁ χριστὸς ἄκραν ὑπακοήν, καὶ τὰς τοῦ διαβόλου προσβολὰς ἀπεκρούσατο πάσας κατὰ τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ πάλην, τὸν θάνατον ἔλυσεν, καὶ τὴν ζωὴν διὰ τῆς ἰδίας ὑπακοῆς ἀντεισήγαγεν. Β. τίς οὖν ἔτι ἦν χρεία τοῦ διὰ σταυροῦ θανάτου λελυμένης τῆς τοῦ θανάτου κατακρίσεως; Α. ἀλλ' ἔμενεν αὖ τοῦ διαβόλου τὸ ἔγκλημα καθ' ἡμῶν. ἤ, οὐκ οἶσθα, ὅτι γεγόναμεν αὐτοῦ ὑποχείριοι, τοῦ μὲν θεοῦ παρακούσαντες, αὐτῷ δὲ ὑπακούσαντες; τί οὖν φέρε εἰπεῖν ἔμελλεν αὐτῷ, εἰ ὁ μὲν θάνατος ἀνετράπη, ἡ δὲ αὐτοῦ τυραννίς, καὶ ἐξουσία διέμεινεν; ἀλλά, καὶ μᾶλλον ἐγεγήθη ὡς ἀθανάτων βασιλεύων. Β. ἀξιῶ μαθεῖν ποίῳ τρόπῳ γεγόναμεν δοῦλοι τοῦ διαβόλου. Α. ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς πλάσας τὸν ἄνθρωπον, ἰσχυρόν, καὶ ἀήττητον αὐτὸν ἀπέφηνεν. ὁ γοῦν διάβολος, μὴ δυνάμενος αὐτοῦ περιγενέσθαι δυνάμει, σοφὸς δὲ ὢν τοῦ κακοποιῆσαι, ἐμηχανήσατο, καὶ ἐσοφίσατο αὐτόν, ἕως αὖ ἀπεγύμνωσεν τῆς ἐνισχυούσης χάριτος διὰ τῆς ἑκουσίου παρακοῆς δι' ἡδονῆς δελεάσας αὐτόν. καὶ οὕτως ἀσθενήσαντος αὐτοῦ ἐπεκράτησεν, καὶ εὐκόλως εἰς πᾶσαν ἡδονήν, καὶ ἁμαρτίαν, καὶ παρακοὴν αὐτόν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἐνῆγεν. καὶ λοιπὸν ὁ θεός, ὡς τὴν αὐτοῦ ἐντολὴν ἐκφαυλίσαντα, τῷ ἐχθρῷ δὲ προσδραμόντα, καὶ πειθαρχήσαντα, παρεχώρησεν αὐτὸν δικαίως τυραννεῖσθαι ὑπ' ἐκείνου. ᾧ γάρ τις ὑπακούει, τούτῳ καὶ δοῦλον ἑαυτὸν ἀποδείκνυσιν, ὡς φησὶν ὁ ἀπόστολος. δοῦλοι γάρ ἐστε, ᾧ ὑπακούετε. πέπρακεν οὖν ἑαυτὸν ἐλεύθερος ὢν ὁ ἄνθρωπος τῇ ἡδονῇ, καὶ τῷ ἐχθρῷ.

B. Καὶ

ti? B. Non obedire. A. Sicut igitur quia non obediuit vnus homo Adam, mors ingressa est in mundum, & ita in omnes homines peruasit, sic per obedientiam vnius hominis secundi Adam Christi, iustè mors destruetur; & vita introducetur. B. Ante Christum igitur Abraam, & Isaac, & Iacob, & Moyses, & Enoch, & Noë, nonne obedierunt Deo, & ei placuerunt? A. Etsi placuisse Deo dicuntur, sic tamen, si cum reliquis hominibus conferantur. perfectè verò, & omnino nemo non peccatum gustauit, præter quam Christum. omne autem peccatum, quodcunque sit, mortem inducit. Quod igitur ad rationem iustitiæ attinet, ex quo obediuit Christus summa illa obedientia, & tentationes diaboli cunctas illa in eremo luctatione repulit, mortem dissoluit; & vitam per propriam obedientiam induxit. B. Quid igitur opus fuit morte in cruce, post deletam damnationem mortis? A. At remanebat diaboli in nos criminatio. an ignoras factos nos fuisse illius seruos, cùm Deo non paruimus, & diabolo paruimus? Quid igitur, cedò, curaret ipse, quod mors euersa esset, si ipsius tyrannis, & potestas remanebat? immò magis fortaßis lætitia exultasset, tanquam rex esset immortalium. B. Rogo, vt doceas, quomodo facti fuimus serui diaboli. A. Deus à principio cum hominem finxit, & fortem & inuictum fecit, quare diabolus cùm non posset suis illum viribus superare, essetque sapiens ad nocendum, fallaciam illi machinatus est, quousque per obedientiam voluntariam voluptate delinitum, nudauit eum gratia, quæ fortem illum reddebat, atque ita debilitatis viribus facilè eũ superauit, & in omnem voluptatem, & peccatum, & obedientiæ repulsam vnà cum posteris suis, induxit. deinde Deus eum, qui mandatum suum improbauerat, & reiecerat, & ad inimicum accurrerat, eique obedierat, iuste permisit tyrannide eius opprimi, *cui enim quis obedit, huius se seruum facit,* inquit Apostolus, *serui enim estis eius, cui obeditis.* vendidit ergo se homo, qui liber erat, voluptati, & inimico.

*Rom. 5.* *Rom. 6.* *2. Pet. 2.*

B. καὶ πῶς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν μετανοήσας ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἠδυνήθη ἑαυτὸν ἀνακαλέσασθαι, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ διαβόλου ἀποσείσασθαι; A. ὅτι τὸ μὲν πιπράσαι ἑαυτὸν ἐν ἡμῖν ἐστιν. τὸ δὲ μετὰ τὴν πρᾶσιν, καὶ τὴν δουλείαν ἑαυτὸν ἐλευθερῶσαι, οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. καὶ οὐχ οὕτως λέγομεν κύριον ἡμῶν γεγονέναι τὸν διάβολον, ὡς βίᾳ κρατοῦντα παντελῶς ἡμῶν, ἀλλ᾽ ὅτι ἀσθενήσαντες διὰ τῆς ἁμαρτίας, λοιπὸν, ὡς νοσεροὶ, καὶ εὐχείρωτοι τῷ διαβόλῳ γεγόναμεν ῥᾳδίως, καὶ εὐχερῶς εἰς τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ ἡδονὰς ἐναγόμενοι. ὥσπερ γὰρ εἴτις ἐχθρὸς τροπώσηται ποτίσαι δηλητήριον νοσοποιὸν τὸν ἑαυτοῦ δυσμενῆ, ἵν᾽ ὡς ἀσθενοῦς αὐτοῦ γεγονότος λοιπὸν ῥᾳδίως περιγένηται, οὕτως ἐδελέασεν ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ἀπηγορευμένης βρώσεως, καὶ ἀσθενοῦς γεγονότος ἀπεδράξατο. εἶχεν οὖν ἡμᾶς ὑποχειρίους. καὶ εἰ μὴ ὅτι ἐδελέασεν τὸν ἀντίπαλον ἡμῶν ὁ χριστὸς, ἕως ἂν αὐτὸν ἀνεῖλεν ἀδίκως, καὶ διὰ τῆς ἀδίκου ἀναιρέσεως αὐτόν τε τὸν διάβολον, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους αὐτοῦ δούλους ἔλαβεν. καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐρρύσατο ἡ αὐτοῦ τοῦ χριστοῦ δικαιοπραγία ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας· καὶ ἂν φέρε εἰπεῖν, καὶ τὸν θάνατον ἀφ᾽ ἡμῶν ἀπεσείσατο. κατεῖχεν γὰρ ἡμᾶς, ὡς ὑπακούσαντας ὁ σατανᾶς. B. θέλω δι᾽ ὑποδείγματος τοῦτο μαθεῖν τηλαυγέστερον. A. ἔστω βασιλεὺς ἐν χώρᾳ τινὶ ἔχων δούλους, περικυκλούτω δὲ τὴν χώραν ταύτην ποταμός. ἐπέκεινα δὲ τοῦ ποταμοῦ ὑποκείσθω πεφυτευμένος κῆπος καρποὺς ὡραίους, καὶ εὐηδόνους κεκτημένος. ἀπαγορευέτω δὲ ὁ βασιλεὺς πᾶσιν τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὸν κῆπον ἐκεῖνον τοῦ ποταμοῦ παραδιάβασιν, τὶς δὲ τῶν δούλων ἐκείνων θελχθεὶς τῇ θεωρίᾳ, καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν καρπῶν ἐκείνων, καὶ τῇ ἰδίᾳ χαυνωθεὶς ὀρέξει, καὶ ἡττηθεὶς ἀλογίστως τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν, καὶ τὸν ποταμὸν διαβάτω ἐπὶ τὸ ἐμφορεῖσθαι τῆς ἐπιθυμίας· καὶ μὴ μόνον τοῦτο ποιείτω. ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς συνδούλους ἐξαπατάτω δελεάζων διὰ τῆς τῶν ὑποδεικνυμένων καρπῶν ἡδονῆς τοῦ μὲν κοινοῦ δεσπότου παρακοῦσαι, καὶ τὸν ποταμὸν διαπεράσαι, καὶ ὑπὸ χεῖρα αὐτῷ γίνεσθαι· εἶτα τούτους τοὺς συνδούλους ὁ ἀρχέκακος ἐκεῖνος τυραννείτω, καὶ καταπονείτω. βοάτωσαν δὲ πρὸς οἰκεῖον δεσπότην οἱ τυραννούμενοι, καὶ ἐπικαλείτωσαν τὴν ἐκείνου ἐκ τῶν συνεχουσῶν κακώσεων λύτρωσιν.

εἶτα

B. Et quomodo post peccatum non potuit homo per pœnitentiam reuocare seipsum, & iugum diaboli excutere? A. Quoniam vendere nos ipsos, penes nos est; post venditionem verò, & seruitutem, vt nos ipsi liberemus, non est in nostra potestate. & non dicimus sic factum, esse diabolum nostrum Dominum, vt nos penitus per vim teneat; sed quod per peccatum debilitati, deinceps tanquam valetudinarij faciles facti sumus diabolo ad capiendum nos, nullo negotio, & facile in peccata eius & voluptates adducti, & illecti. Sicut enim si quis inimicus maleuolo suo potionem veneni adhibeat, vt potione debilitatum facile vincat, sic cibo illo vetito hominem decepit; & factum imbecillum arripuit. tenebat itaque nos seruituti subiectos, nisi quod Christus aduersarium nostrum decepit, quousque ipse aduersarius Christum iniquè occidit; & per iniquum interitum illum ipsum diabolum, & omnes eius seruos cepit: & sic nos à diaboli seruitute liberauit ipsa iustitia Christi; & mortem, vt ita dicã, à nobis excussit. tenebat enim nos satanas tanquam, qui ei obedissemus. B. Cupio intelligere hoc dilucidius per exemplũ. A. Sit rex, qui in regione quapiam habeat seruos. Circumfluat regionem istam amnis. vltra amnem verò sit hortus consitus, qui pulchros, & iucundos fructus ferat; interdicat rex seruis suis omnibus amnis ad illum hortum traiectionem. aliquis verò ex illis seruis delinitus, & illectus aspectu, & cupiditate illorum fructuum, & sua appetitione mollitus, ac victus, nulla ratione mandati domini habita, amnem traiiciat, vt cupiditatem suam expleat: ac non solùm hoc faciat, sed etiam reliquos conseruos fallat, voluptate fructuum, quos ostendit, eos decipiens, vt communis domini obedientiam abiiciant, & fluuium transmittant, & serui eius efficiantur. Deinde ille princeps malorum, exerceat in eos tyrannidem, & opprimat. illi verò tyrannide oppressi inclament dominum suum; & implorent illius opem, & è tantis malis liberationẽ. Postea horum misericordia

εἶτα τούτους οἰκτείρας ὁ ἱερώτατος βασιλεὺς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀποστελλάτω ἀμφιασάμενον τὸ τῶν δούλων σχῆμα καὶ πάντα αὐτοῖς ὁμοιωθέντα. ὁ δὲ εἰς μέσον παρελθὼν παραπορευέσθω τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ. ὃν θεασάμενος ὁ ἀρχέκακος τύραννος καὶ ἕνα τῶν δούλων * ὑπὸ τὸ πάσας αὐτὸν εἶναι, παρακαλείτω συνήθως ταῖς τῶν καρπῶν ἡδοναῖς ἐπὶ τὸ διαπεράσαι τὸν ποταμὸν καὶ ὑπ' ἐκείνῳ γενέσθαι, μὴ ὑπακούσαντα δὲ ἀλλὰ σφοδρῶς τὰς ἐκείνου τροπὰς ἀποτρεπόμενον, ζήλῳ, καὶ φθόνῳ πυρποληθεὶς ὁ τύραννος διαβάτω τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναιρείτω τὸν τοῦ βασιλέως υἱόν. τούτου δὲ δραξάμενος ὁ βασιλεὺς ἐταζέτω λέγων. εἰπὲ παμπόνηρε, ἡνίκα τοὺς ἄλλους δούλους ἀνέπειθες ἐμοῦ τοῦ φυσικοῦ δεσπότου αὐτῶν παρακοῦσαι, καὶ πρὸς σὲ διαβῆναι, μὴ τούτους ἀπέσπασα τῶν χειρῶν σου, καὶ τῆς δουλείας τῆς σῆς ἑκουσίως σοι ὑποταγέντας. καίπερ δυνάμενος καὶ ἰσχύων τοῦτο ποιῆσαι. ἀλλ' οὐκ ἠθέλησα παραχαράξαι τὸ δίκαιον. τοῦτον δὲ ἐμὸν υἱὸν ὑπάρχοντα, καὶ ταῖς σαῖς παντάπασιν προτροπαῖς οὐχ ὑπείξαντα, τίνος ἕνεκεν ἀνεῖλες, καὶ ἀδίκως ἀπέκτεινας; ἐπειδὴ οὖν τοῦτο τετόλμηκας, δικαίως καὶ σὲ, καὶ πάντας τοὺς σοὺς δούλους λήψομαι, καὶ ὑποχειρίους αὐτῷ θήσομαι, καὶ εἰ μυρίους τοσούτους ἐκέκτησο, οὐδ' οὕτως τὸ πολλοστὸν τοῦ χρέους ἀπολήψομαι. τί γὰρ ἂν ἰσχύσῃ ποτε μιᾶς τοῦ βασιλικοῦ αἵματος ῥανίδος ἀντάξιον; τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος ἡμᾶς ἐρρύσατο δικαίῳ λόγῳ, καὶ οὐχ ἁπλῶς κράτει, καὶ δυναστείᾳ χρησάμενος.

B. ἀρκούντως περὶ τούτου εἴρηται, φράσον δὲ τοὺς πέντε ἐχθροὺς, ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ χριστὸς ἐλυτρώσατο. A. ὁ θάνατος. ὁ διάβολος. ἡ τοῦ νόμου κατάρα, καὶ καταδίκη. ἡ ἁμαρτία. ὁ ᾅδης. B. περὶ μὲν τοῦ θανάτου, ὅτι διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ χριστοῦ λέλυται, εἴρηκας. ὁμοίως δὲ, καὶ ὅπως ἡμᾶς ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου ἐπικρατείας ἐξείλατο. φράσον δὴ ὅπως ἐξηγόρασεν ἡμᾶς τῆς κατάρας τοῦ νόμου γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. A. ἀναμνήσθητι τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι λόγων εἰρημένων. ὅτι μυριάκις τὸν τοῦ θεοῦ νόμον παραβεβηκότες, μυριάκις ἀποθανεῖν ὀφείλομεν. εἰπὲ γάρ μοι, ὅπερ σοι, καὶ πρῶτος * ἠρώμην περὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ, ποιεῖ ὁ θεός, τι ματαίως, καὶ ὡς ἔτυχεν; B. μὴ γένοιτο. A. εἰ γάρ τις ἐχρεώστει τινὶ χιλιάδας νομισμάτων, ἃς ἀποδοῦναι οὐχ οἷός τε ἦν.

οὐκ

* sic C. B. lege ὑποτοπάσας

* ἠρωτησάμην

commotus mansuetisſimus rex mittat propriũ filium veſtitu ſeruorum indutum, in omnibus aſsimilatum eis (excepto peccato) ille autem in medium prodiens deambulet iuxta ripas fluminis. quem cùm tyrannus ille viderit, & arbitratus, eſſe vnum è ſeruis, hortetur, vt ſolet, voluptatibus fructuum propoſitis, & oſtenſis, ad traiiciendum fluuium, & vt ſub imperio ſuo ſit, videat tamen non obedire, quin potius ipſius hortationes vehementer repellere, vnde zelo, & inuidia incenſus tyrãnus tranſeat fluuium, & filium regis occidat: hunc verò rex præhenſum percontetur in hunc modum: age iam peſsime & nequiſsime, cum aliis ſeruis ſuadebas, vt mihi eorum natura Domino non parerent, & ad te tranſirent, an eos è manibus tuis eripui? & à ſeruitute tua tibi ſubiectos liberaui? cum id alioqui facere potuiſſem, nolui tamen ius immutare. Hunc verò filium meum, qui hortationibus tuis nequaquam ceſsit, quare interfeciſti, & iniuſte occidiſti? igitur quoniam hoc auſus es, iure optimo & te, & omnes tuos ſeruos capiam, & poteſtati eius ſubiiciam. & ſi tot millia acquiſiuiſti, tamen neque multeſimam partem debiti recuperabo. Quid enim vnquam tu efficere poſsis vni guttæ ſanguinis regij par? hoc modo à tyrannide dæmonis nos liberauit, iuſta ratione, & non robore, & poteſtate ſolum vſus.

B. Satis de hac re dictum eſt. dic quinque illos inimicos, ex quibus nos Chriſtus liberauit. A. Mors, diabolus, maledictum legis & damnatio, peccatum, infernus. B. De morte quidem quòd per obedientiam Chriſti deleta eſt, dixiſti. ſimiliter etiam, quomodo nos ab imperio diaboli liberauit. explica nunc, quomodo nos redemit à maledicto legis factus pro nobis maledictũ. A. Memineris eorum, quæ prius à me dicta ſunt quod qui millies *legem mortis tranſiuimus, millies interire debemus. reſponde enim mihi, quod te primum de morte Adam rogabam. Facit ne Deus quicquã fruſtra, & caſu? B. Abſit. A. Siquis alicui deberet mille nummos, quos nullo modo ſoluere

*illam legẽ dicit de qua Paulus in epiſt. ad Hebr. c.10. meminit; irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur, Deuter.17.

οὐκ ἠβούλετο δὲ ἀπαιτῆσαι αὐτὸν ὁ τοῦ χρέους κύριος τὴν τοῦ χρυσίου πο-
σότητα. ἔγραψεν δὲ τὴν ἄλλως κατ' αὐτοῦ χειρόγραφον, καὶ λαβὼν ἐν
φυλακῇ ἔθετο, καὶ ἐλύπησεν, καὶ ἐστένωσεν παντοίως, μὴ βουλόμενος,
ὡς προέφην, παρ' αὐτοῦ τὸ ποσὸν λαβεῖν, ἀλλ' ὕστερον ἀπαιτῶν αὐτὸν
ἀπολύσαι, οὐχὶ μάταιον τὸν τοιοῦτον ὑπολαμβάνομεν; Β. πῶς γὰρ οὔ;
Α. εἰ οὖν ὁ θεὸς οὐκ ἠβούλετο παρ' ἡμῶν ἀπαιτῆσαι τὰ τοῦ νόμου δικαιώ-
ματα, τίνος χάριν τοῦτον καθ' ἡμῶν ἔγραψεν; ἀλλ' οὐχ οὕτως τοῦτο,
μὴ γένοιτο. οὐ γὰρ περίεργος, καὶ οἷα παίζων ὁ θεός, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ δικαιο-
κρισίᾳ πάντα παρ' ἡμῶν τὰ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένα ἀπῄτει. καὶ ἐπει-
δὴ οὐκ ἰσχύομεν ἀποτίσαι, τούτου χάριν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ δεσπότης ἡμῶν
Χριστὸς ἀπέδωκεν, καὶ τὴν κατάραν, καὶ καταδίκην τὴν καθ' ἡμῶν
χρεωστουμένην ἀνέλαβεν, καὶ ἑκουσίως ἀνεδέξατο. καὶ ἅπερ ἡμᾶς ἐχρῆν
παθεῖν, αὐτὸς πέπονθεν. καὶ ἐμαστίχθη, καὶ ἐνεπτύσθη, καὶ ἐρραπίσθη, καὶ
ἐκολαφίσθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν. καίπερ, ὡς ἔφα-
μεν καὶ πρώην, διὰ τῆς ὑπακοῆς λῦσαι τὸν θάνατον δυνάμενος,
ἀλλ' ἐκ περιουσίας, ἵνα καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου ἡμᾶς ἐξέληται, καὶ ἐκ τῆς
κατάρας τοῦ νόμου, καὶ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίας, ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν,
ἵνα ἐξῇ τῷ θεῷ ἐλεῆσαι ἡμᾶς, καὶ μήτε τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ἀκυρῶ-
σαι, καὶ καταργῆσαι. ἀλλὰ ταύτην περιγράψαι ἀπολαβοῦσαν τὰ ἴδια
δικαιώματα. μήτε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἄπρακτον παρεᾶσαι.

Β. Καὶ περὶ τούτου ἀρκούντως λέλεκται, φράσον δὴ πῶς ἡμᾶς ἐκ
τῆς ἁμαρτίας ἐρρύσατο. Α. τί ἐστιν ἁμαρτία; οὐχὶ ἀποτυχία τις, καὶ ἀστο-
χία τοῦ σκοποῦ; ὥσπερ γὰρ εἴ τις ὑγιὴς ὢν ἐν τῷ βαδίζειν, ὅπου θέλει, τὸν
πόδα τίθησιν, ἡνίκα δὲ ἐξ ἀσθενείας τινὸς ἀρρωστήσας τρομικὸς γένηται.
μὴ δυνηθείη τὸν πόδα θεῖναι, ὅπου βούλεται. ἀλλὰ σκοπήσας εἰς τόπον τι-
νὰ πῆξαι τὸ ἴχνος, ὑπὸ τῆς ἐνοικούσης ἀρρωστίας ὠθούμενος, ἀλλοῦ
τὸ βῆμα περιστρέψειεν. οὕτω καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐνοικησάσης τῇ ἡμετέ-
ρᾳ ψυχῇ, ἀσθενῆ αὐτὴν, καὶ ἄρρωστον πεποίηκεν ἀστοχοῦσαν, καὶ ἁμαρ-
τάνουσαν τῶν οἰκείων σκοπῶν, καὶ προθέσεων. ὁ δὲ Χριστὸς βαπτίζει ἡμᾶς
ἐν ὕδατι, καὶ πνεύματι, καὶ ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος ῥώννυσιν
ἡμᾶς, παῦσαν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὴν ἀρρωστίαν, καὶ νόσον ἀποξύει, καὶ
ἀνανεοῖ, καὶ ἀνακαινίζει, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον σθένος, καὶ κάλλος, τὸ, πρὸ

ſoluere poſſet, nollet autem exigere Dominus, cui debetur, ſummam auri, ſcripſiſſet autem aliâs contra illum debitorem chirographum, & in carcerem coniiceret, & malè omnibus modis afficeret, affligeret, & premeret, qui nollet, vt antè dixi, ſummam repetere, ſed potius poſtularet, vt dimitteretur liber & ſolutus, nonne ſtultum hunc eſſe exiſtimaremus? B. Quomodo non? A. Si igitur Deus nolebat exigere à nobis iuſtificationes legis, quare hanc contra nos ſcripſit? at non ſic eſt, abſit. non enim otioſè, & tanquam ludens, quin potius iuſto iudicio ſuo, omnia quæ in lege ſcripta erant, à nobis exigebat, & quia non poteramus ſoluere debitum, pro nobis Dominus noſter Chriſtus perſoluit, maledictum & condemnationem nobis debitam volens aſſumpſit, atque in ſe ſuſcepit: & quæ nos pati oportebat, ipſe paſſus eſt; verberatus, ſputis, pugnis, colaphis affectus, crucifixus, & ꝓ nobis mortuus: quamuis, vt paulò antè diximus, per obedientiam mortem delere potuiſſet, ſed tamen ἐκ περιουσίας, id eſt, vt abundaret, & ſuperflueret, quo nos ex diabolo eriperet, & ex maledicto legis, iuſtoq; Dei iudicio; pro nobis mortuus eſt, vt liceret Deo miſericordiam nobis tribuere; & non iuſtitiam propriam improbaret, & ſuperuacuam, atque irritam redderet; ſed potius hanc circumſcriberet, & terminaret receptis, & recuperatis propriis iuſtificationibus; neque miſericordia eius ἄπρακτος, id eſt, ſine opere iuſtitiæ tranſmitteretur.

B. Sed de his ſatis hactenus. explica modò, quo modo ex peccato nos liberauit. A. Quid eſt peccatum? nonne eſt aberratio ab ſcopo? vt enim ſiquis valet, cum ambulat, vbi vult, pedem ponit; cum verò ex quapiam imbecillitate laborat, effectus tremulus, non poteſt veſtigium figere, vbi vult, ſed potius animaduerſo loco, in quo veſtigium ponat, ab infirmitate ſua detruſus, alibi ponit. Sic cum in anima noſtra peccatũ habitare cœpit, infirmam, & imbecillem eam facit, & aberrantem à ſuo ſcopo ac propoſito, Chriſtus autem baptizat nos in aqua, & Spiritus ſancto, & gratia Spiritus ſancti roborat nos, & omne peccatum, atque infirmitatem detrahit; ac renouat, & robur priſtinum, & pulchritudinem, quę ante tranſgreſsio-

τῆς παραβάσεως ἀποκαθίστησιν. Β. πέμπτον ὑπολέλειπται τὸ τοῦ ᾅδου. Α. ἐπειδὴ ἀδύνατον μετὰ σαρκὸς ἐνδημῆσαι τοῖς ἐν ᾅδου, τῷ θανάτῳ διαιρεθείσης ἐκ τῆς σαρκὸς τῆς τοῦ κυρίου ψυχῆς, γυμνὴ ταῖς ἐν σκότει ψυχαῖς ἐνδημήσασα, καὶ φῶς αὐταῖς τὸ τῆς θεότητος ἀπαστράψασα, καὶ εἰς αὐτὸν πιστευσάσας εἰς τὸν παράδεισον μετατέθηκεν, καὶ τὸ τοῦ ᾅδου βασίλειον καταλέλυκεν. ὥσπερ γὰρ πύλη, καὶ εἴσοδος τῆς εἰς τὸν κόσμον ἐπιδημίας τοῦ θεοῦ λόγου ἡ παναγία παρθένος γέγονεν, οὕτως καὶ ὁ θάνατος πύλη καὶ εἴσοδος τῆς εἰς ᾅδην καταφοιτήσεως.

---

II.

## Διάκρισίς τε, καὶ διασάφησις τῶν περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι καταγίνονται φωνῶν, καὶ ἔλεγχος τῆς τῶν ἀκηφαλῶν σευεριανῶν, ἤτουν Ἰακωβιτῶν ψυχοφθόρου αἱρέσεως, τοῦ αὐτοῦ Ἀβουκαρᾶ.

Τοῖς τῶν ἀληθινῶν δογμάτων ἐρασταῖς τε, καὶ ὑπερασπισταῖς ἀναγκαῖα καθέστηκεν ἡ τῶν φωνῶν, περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι μάλιστα καταγίνονται, διάκρισίς τε, καὶ διασάφησις. τὴν γὰρ τούτων ἀκριβῆ γνῶσιν πολλοὶ τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν ἀγνοήσαντες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, καὶ εἰς ἀτοπίας, καὶ βλασφημίας ἐξώκειλαν, καὶ τῆς εἰς τὸ θεῖον ὀρθῆς πίστεως ἐξέπεσον ἠγνοηκότες μὲν, ἑκόντες δὲ τὰς τῆς διανοίας ὄψεις ἀποκλίναντες τοῦ τῆς σωτηρίας φωτὸς, καὶ πρὸς τὸ ὀλέθριον σκότος αὐτομολήσαντες, εἰς ἀπωλείας κατώλισθον βάραθρον. διὸ περὶ μὲν ἀσήμων φωνῶν ἐνάρθρων, ἢ ἀνάρθρων, ἢ περισημαντικῶν ἀνάρθρως, οὐδὲν εἰς ἀποδεικτικὴν συντελουσῶν μέθοδον λέγειν, τανῦν ἐάσαντες, περὶ αὐτῶν, ὡς οἷοί τε τυγχάνομεν ὄντες, βραχέα διαληψόμεθα. σὺν τοῖς τῆς ἐκκλησίας τροφίμοις κατὰ τῶν φρενοβλαβῶν τῆς ἐκκλησίας ἀντιπάλων ἀκεφάλων αἱρετικῶν καθοπλίζοντες καὶ τὴν ἐκείνων ἄνοιάν τε, καὶ ἀδρανίαν ἐλέγχοντές τε, καὶ στηλιτεύοντες. *

** Sequebatur hic in Bauarico codice assumentum satis prolixum. Quod omisimus, quia Turrianus suo in exemplari non reperit; & clarum videtur, non ab auctore, sed ab alio quopiam prodiisse.*

Τῶν φωνῶν, περὶ ἃς οἱ φιλόσοφοι καταγίνονται, αἱ μέν εἰσι φιλόσοφοι, οἷον οὐσία, ζῶον, ἄνθρωπος, Πέτρος. αἱ δὲ λογικαὶ, οἷον γενι-

κώτατον

nem Adæ erat, restituit. B. Quintus inimicus relinquitur, id est, infernus. A. Quia fieri non poterat, vt cum carne in inferis peregrinaretur, anima à carne Domini per mortem separata ad animas, quæ in tenebris erant, profecta & lumine diuinitatis illis illato, eas, quæ in eum crediderunt, in paradisum transtulit, & regiam inferni demolitus est. Sicut enim ianua & aditus peregrinationis verbi Dei in mundum facta est sanctissima virgo, sic mors facta est ianua, & introitus descensus Christi in infernum.

## Eiusdem Theodori Abucaræ explanatio vocum, quibus Philosophi vtuntur, & confutatio hæresis Acephalorum Seuerianorum, id est, Iacobitarum. II.

*Interprete Francisco Turriano Societatis IESV.*

IIs, qui verorum dogmatum studiosi sunt, & defensores, necessaria est vocum, in quibus philosophi versantur, explanatio, & distinctio. Harum enim cognitionem perfectam quia multi ex iis, qui sapientes esse videbantur, ignorauerunt, à veritate aberrarunt, & in absurditates, ac blasphemias impegerunt; & à recta in Deum fide nescientes quidem exciderunt, sed quia oculos mentis à lumine salutis deflectere voluerunt, & ad pestiferas tenebras sponte declinare, in profundum interitus deciderunt. Quamobrem omissis nunc vocibus nihil significantibus tum articulatis, tum non articulatis; aut significantibus non articulatis, quæ ad conclusiones rationum nihil prodesse possunt, de illis, quas principio dixi, pauca pro viribus nostris tractabimus, quibus alumnos Ecclesiæ contra hæreticos, & Ecclesiæ aduersarios Acephalos dementes instruamus, & armemus.

Ex vocibus igitur quibus vtuntur philosophi, aliæ quidem sunt Philosophicæ, vt substantia animal, homo, Petrus.

κώτατον γένος, εἶδος, φύσις, οὐσία, ἄτομον, ὑπόστασις, πρόσωπον.
διοριστέον καὶ τὴν τούτων ἀπ' ἀλλήλων διαφοράν. πᾶν κοινὸν ἐν μὲν ταῖς
φιλοσόφοις φωναῖς μεταδίδωσι τοῖς ὑπ' αὐτὸ τοῦ τε ὀνόματος, καὶ τοῦ
ὁρισμοῦ. οἷον, τὸ ζῶον μεταδίδωσι τοῖς ὑπ' αὐτὸ, ἀνθρώπῳ τε, καὶ ἵπ-
πῳ, καὶ βοΐ, καὶ λέοντι, τοῦ τε ὀνόματος, καὶ τοῦ ὁρισμοῦ. ὅτε γὰρ ἄνθρω-
πος, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ζῶον ἂν λέγοιτο, καὶ οὐσία ἔμψυχος αἰσθη-
τικὴ, καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι ὡσαύτως. ἐν ταῖς λογικαῖς φωναῖς τὸ
κοινὸν οὐ μεταδίδωσι παντάπασιν, οὔτε τοῦ ὀνόματος, οὔτε τοῦ ὁρισμοῦ, οὔτε
γὰρ ἂν τὸ λεγόμενον γένος, τὸ αὐτὸ καὶ εἶδος ὑπάλληλον καλοῖτό ποτε
γενικώτατον γένος, οὔτε τὸν ὁρισμὸν τοῦ γενικωτάτου γένους παντελῶς ἐπι-
δέχοιτο, οὔτε τὸ εἰδικώτατον εἶδος ὀνομάζοιτο γένος, οὔτε τὸ ἄτομον
εἶδος, οὔτε μὴν τι τὸ παράπαν ἐν ταῖς λογικαῖς φωναῖς τῶν ὑποκάτω
δέχεσθαι δύναται, οὔτε τὴν προσηγορίαν, οὔτε τὸν ὅρον τῶν ἐπάνω. ἔτι πᾶν
ὁριζόμενον ἐν φιλοσόφοις φωναῖς, αὐτίκα δείνυσιν ἐν ἑαυτῷ τῶν αὐ-
τὸν ὁρίσαντα ὁρισμὸν ἀληθεύοντα. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὁριζόμενος
ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ, καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. παρίστησιν εὐθέως ἐν
ἑαυτῷ τοῦτον τῶν ὁρισμὸν ἀληθῆ τυγχάνοντα. ἐν δὲ ταῖς λογικαῖς οὐχ οὕ-
τως. ἀλλὰ πᾶν ἐν ταύταις ὁριζόμενον ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν ψεύδεται. ἐπὶ δὲ τοῦ
φιλοσοφικοῦ ἀληθεύει. οἷον τὸ εἶδος ὄνομα ἤγουν ἡ δυσύλλαβος αὕτη
λέξις, ὁριζόμενόν τι, κατὰ πλειόνων, καὶ διαφορόντων τῷ ἀριθμῷ, ἐν τῷ
τί ἐστιν κατηγορούμενον. ἐφ' ἑαυτοῦ μὲν ψεύδεται. ἐπὶ δὲ τοῦ φιλοσοφικοῦ,
καθ' οὗ τάττεται, σαφῶς ἀληθεύει, καθὼς ἔφημεν. τὸ γὰρ εἶδος τοῦτ'
ἔστιν, ἡ δισύλλαβος αὕτη λέξις, οὐκ ἂν ἐν τῷ τί ἐστι κατηγοροῖτο κατὰ
πλειόνων, καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ, ὡς ὁ ὁρισμὸς διαγορεύει.
ἀλλ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ δειχθήσεται οὕτως ἀληθεύων. ὁ γὰρ ἄνθρωπος κατὰ
Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστάρχου, καὶ Φαίδωνος, καὶ τῶν κατὰ μέ-
ρος ἀνθρώπων, οἵτινες ἄπειροί τε καθεστήκασιν, καὶ ἀριθμῷ διαφέ-
ρουσιν, κατηγορεῖται, καὶ τὸν ὅρον ὅλον ἐν ἑαυτῷ σώζει ἀληθεύοντα.

Πᾶν πρᾶγμα καθ' οὗ τάττεται τὸ εἰδικώτατον εἶδος, μετὰ τὸ λέ-
γεσθαι εἶδος, φύσις τε ὀνομάζεται, καὶ οὐσία. διὸ καὶ πάντα ὅσα ἐπίσης
αὐτοῦ μετέχουσι, ὁμοφυῆ τε λέγεται, καὶ ὁμοούσια. οἷον ὁ ἄνθρωπος.
τάττεται γὰρ κατ' αὐτοῦ τὸ εἰδικώτατον εἶδος. ὅθεν σὺν τῷ λέγεσθαι
εἶδος,

Aliæ verò Logicæ, vt genus generaliſsimum, ſpecies, natura, ſubſtantia, indiuiduum, hypoſtaſis, perſona. notanda verò eſt horum ab aliis inter ſe differentia. Omne commune in vocibus quidem philoſophicis, communicat nomen, & definitionem, cum iis, quæ ſunt infra ipſum commune, vt animal communicat homini, equo, boui & leoni, quæ ſub ipſo ſunt, tum nomen, tum definitionem. homo enim, eademque eſt ratio aliorum, animal & ſubſtantia animata, & ſentiens dicitur, & vnuſquiſque ſingularis homo ſimiliter. in logicis verò quod commune eſt, omnino non communicat nomen, neque definitionem. nec enim quod dicitur genus, idemque ſpecies ſubalterna, dicitur vnquam genus generaliſsimum. neque definitionem generis generaliſsimi penitus recipiet, neque ſpecies ſpecialiſsima genus appellabitur, nec indiuiduum ſpecies, neque aliquid prorſus in vocibus logicis eorum, quæ inferiora ſunt nomen, vel definitionem ſuperiorum poteſt ſuſcipere. Præterea, omne quod in vocibus philoſophicis definitur, ſtatim oſtendit in ſeipſo definitionem, qua definitur, veram eſſe. homo enim, quem definiunt eſſe animal particeps rationis mortale, & mentis, ac ſcientiæ capax, ſtatim in ſeipſo demonſtrat eſſe hanc veram definitionem hominis, in vocibus verò logicis non ſic. Sed contra potius, omne quod in his definitur, in ſe quidem falſum eſt, in voce verò philoſophica verum eſt, verbi gratia, hoc nomen ſpecies, id eſt, hæc dictio trium ſyllabarum, ſic definita, quod de pluribus differentibus numero in eo, quod quid eſt, prædicatur, in ſe quidem falſum eſſe hoc demonſtrat, in philoſophica verò voce, de qua prædicatur, planè verum, vt diximus. Species enim, id eſt, hæc dictio trium ſyllabarum non prædicatur de pluribus differentibus in eo, quod quid eſt, quod definitio dicit, ſed in homine oſtenditur, verum eſſe. homo enim de Socrate, Platone, Ariſtarcho, Phædone, & de ſingulis hominibus, qui ſunt infiniti, & numero differentes, prædicatur, & definitionem totam in ſe veram ſeruat.

Præterea, omnis res, de qua dicitur ſpecies ſpecialiſsima, poſtquam dicitur ſpecies, natura etiam, & ſubſtantia nominatur. ex quo fit, vt quæcunque æqualiter eam ſpeciem partici-

εἶδος, καὶ φύσις λέγεται, καὶ οὐσία πᾶσιν τοῖς καθ' ὧν κατηγορεῖται. κατηγορεῖται γὰρ Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ Ἰωάννου, καὶ τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων. οἱ καὶ ἐπίσης αὐτοῦ μετέχουσιν· ὅθεν * ἅτε κατ' αὐτοῦ ὄντες * ἴσοι ὁμοφυεῖς τε, καὶ ὁμοούσιοι· πάντα ὅσα κατὰ πρᾶγμά ἐστιν ἴσα καθ' ἃ τάττεται τὸ γένος, οὐ πάντως καὶ ὁμοφυῆ ὑπάρχει, οὐδὲ ὁμοούσια, τὰ δὲ ὄντα ἐκ τῶν καθ' ὧν κατηγορεῖται, ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια, οὐ διὰ τὸ εἶναι κατ' * αὐτῶν ἴσα ὁμοφυῆ ἐστι καὶ ὁμοούσια. ἀλλὰ ἐπειδὴ κατὰ τὸ ὑπ' αὐτῶν εἰδικώτατον εἶδος ἴσα, διὸ πᾶν πρᾶγμα, * καθ' ὧν τάττεται τὸ γένος, οὐκ ἔστιν φύσις, οὐδὲ οὐσία * τὰς ὑπ' αὐτῷ, οἷον, κατὰ τὸ ζῶόν εἰσιν ἴσοι, ἄνθρωπος, ἵππος, βοῦς, λέων. εἴπερ ὄντες ὁμογενεῖς, οὐκ εἰσὶν ὁμοφυεῖς, οὐδὲ ὁμοούσιοι. ὅθεν τὸ ζῶον ἐστὶ μὲν γένος, οὐκ ἔστι δὲ * φύσις, οὐδὲ οὐσία, ἡ οὐσία ἡ μετὰ τῶν φιλοσόφων φωνῶν ταττομένη. ἧς ὁ ὅρος πρᾶγμα αὐθύπαρκτον μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν, ἔστι μὲν γένος πᾶσιν τοῖς ὑπ' αὐτὴν, ἐπειδήπερ ὅσα κατ' αὐτῆς ἐστιν ἴσα, ὁμογενῆ πάντως ἐστι, καὶ λέγεται. οὐ μὴν αὐτὴ ἐστιν οὐσία, οὔτε φύσις. οὐ πάντα γὰρ τὰ κατ' αὐτὴν ἴσα καὶ ὁμοούσιά ἐστι, καὶ ὁμοφυῆ, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. ἰδοὺ γὰρ ἄνθρωπος, καὶ ἡ ῥυά, καὶ ὁ λίθος, κατ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν, εἰσὶν ἴσα. δέχεται γὰρ ἕκαστον τούτων τότε ὄνομα, καὶ τὸν ὅρον τῆς οὐσίας. οὐκ εἰσὶ δὲ ταῦτα ὁμοούσια, οὐδὲ ὁμοφυῆ. διὸ ἡ προειρημένη οὐσία γένος μέν ἐστι τούτων, μᾶλλον δὲ γενικώτατον γένος. οὐκ ἔστι δὲ φύσις αὐτῶν, οὐδὲ οὐσία.

*Margin:* * οἵτε. * εἰσὶν. * αὐτοῦ. * καθ' οὗ *sed ferri potest etiam altera lectio.* * τῶν.

*Margin:* * *Accipit Theodorus nomen naturæ & substantiæ strictius pro gradu nimirum specifico infimo; quo pacto duo homines sunt eiusdem naturæ & consubstantiales, non autem homo & canis.*

Ὡμολόγηται τοίνυν διχῶς λέγεσθαι τὸ ὄνομα τῆς οὐσίας. λογικῶς ἅμα, καὶ φιλοσοφικῶς. ἁπλῶς δὲ φάναι πᾶν ὄνομα φιλοσοφικὸν ἅμα τὸ λέγεσθαι, παρέχει τῷ ἀκούοντι τῶν ὄντων τι νοεῖν ὁρισμένως, ἀφαιρουμένης ἀπ' αὐτοῦ, δῆλον ὅτι τῆς ὁμωνυμίας, ὥστε μηδὲν ἕτερον ἐξ αὐτοῦ νοεῖσθαι δύνασθαι παρὰ τὸ πρᾶγμα, τὸ ὁριζόμενον· οἷον, εἴτις τὸ ἄνθρωπος ὄνομα φαίη, θᾶττον ὁ ἀκροώμενος ὁριστὸν πρᾶγμα νοεῖ, τουτ' ἔστι ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ, καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. οὐδὲν ἄλλο δυνάμενος, ἐκ τοῦ ἄνθρωπος ὀνόματος καταλαβέσθαι πλὴν τοῦ ὁρισθέντος πράγματος. ἅπαν δὲ λογικὸν ὄνομα λεγόμενον. οὐ δίδωσι τῷ ἀκούοντι νοεῖν τι τῶν ὄντων ἀορίστως, ἅτε δὴ ἐπὶ πολλῶν, καὶ διαφόρων πραγμάτων τιθέμενον.

pant,eiuſdem naturæ, & eiuſdem ſubſtantiæ eſſe dicantur, vt homo,prędicatur enim de illo ſpecies infima. Quocirca ſimul atq; ſpecies vocatur, vocatur & natura & ſubſtantia reſpectu omnium,de quibus prædicatur;prędicatur aũt de Petro,Paulo,Ioanne,& de ſingulis hominibus,qui ſpeciẽ æqualiter participant.Vnde qui ſpeciei ſubiiciuntur,eiuſdẽ naturæ ſunt ac ſubſtantiæ. quæ verò ſecundũ rem ſunt æqualia,de quibus genus dicitur,non neceſſe eſt eſſe eiuſdem naturæ,& ſubſtantiæ. quæ autem ſunt eiuſdem naturæ,& ſubſtantiæ,de quibus prædicatur genus,non quia ſunt æqualia ſecundum genus, idcircò ſunt eiuſdẽ naturæ, & ſubſtantiæ,ſed quia ſecũdum ſpeciẽ, quæ infra genus ipſum eſt, ſunt æqualia. Quocirca de quibus dicitur genus,non eſt genus eorum natura, & ſubſtantia, verbi gratia,ſecundum animal, quod eſt,genus, æquales ſunt homo, equus, bos, leo, quæ quidem ſunt eiuſdẽ generis, ſed non eiuſdem naturæ,neq; ſubſtantiæ.vnde animal eſt quidem genus,non autem natura,neq; ſubſtantia. ſubſtantia illa quæ ad voces philoſophicas pertinet, quam definiunt, rem per ſe exiſtentem, non indigentem alio, vt exiſtat, eſt quidem genus eorum omnium,quæ infra eam ſunt, ſiquidem quæcunq; ſecundũ ipſam æqualia ſunt,omnino eiuſdem generis dicuntur,& ſunt; non tamen eſt eorũ natura,& ſubſtantia, quia non omnia, quæ ſecundum ipſam æqualia ſunt, eiuſdem naturæ, & ſubſtantiæ ſunt,vt omnibus eſt manifeſtum, homo enim,& malus punicá,& lapis ſecundum ipſam ſubſtantiam æqualia ſunt; quia vtrunq; recipit nomen,& definitionem ſubſtantiæ; non ſunt tamen eiuſdẽ naturæ & ſubſtantiæ.Quare ſubſtantia propoſita genus quidem horum eſt,immò genus generaliſsimum,non tamen eſt natura eorum,neque ſubſtantia.

Quare omnes cõcedunt,dupliciter dici nomẽ ſubſtantiæ, logicè,& philoſophicè.& vt ſimpliciter dicam, omne nomen philoſophicũ,ſtatim vt dicitur,facit,vt qui audit,aliquid certi & definiti intelligat,remota ſcilicet ab eo homonymia,quę æquiuocatio dici ſolet; ita vt nihil aliud intelligi ex eo poſsit præter rem definitã,vt ſi quis dicat hoc nomen *homo*, cõtinuo qui audit,rem certã intelligit, animal ſcilicet rationis particeps,

νον. οἷον, τὸ εἶδος ὄνομα λογικὸν ὑπάρχον, πολλαχοῦ περιφερόμε-
νον, καὶ ἐπιπίπτον ἐπὶ ἀνθρώπου, καὶ ἵππου, καὶ βοὸς, καὶ χρυσοῦ, καὶ
κύκλου, καὶ γραμματικῆς, καὶ ἐπὶ πλειόνων, καὶ διαφερόντων οὐ συγ-
χωρεῖ τὸν ἀκροατὴν ὡρισμένον τι κατανοεῖν. ὡσαύτως εἰ μὲν λέγοι
τις τὸ Παῦλος ὄνομα, τῆς ὁμωνυμίας ἐκκεκαθαρμένον παραχρῆ-
μα νοεῖσθαι δίδωσιν, ὡς φέρε εἰπεῖν, τὸν μέγαν ἀπόστολον, τόν ποτε τῆς
ἐκκλησίας διώκτην, καὶ τὰς ἄλλας ἰδιότητας, αἷς χαρακτηρίζεται
περὶ οὗ ὁ σκοπός. αἵτινες οὐκ ἄν ποτε ἐπί τινος ἄλλου γένοιντο. εἰ δέ τις
ἄτομον εἴποι ὄνομα περιθέον, καὶ περιφερόμενον, ἀορίστως παραδείκ-
νυται ἐπὶ Παύλου, καὶ Πέτρου, καὶ τοῦδε τοῦ ἵππου, καὶ τοῦδε τοῦ λύ-
κου, καὶ τοῦδε τοῦ κύκλου, καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως, τῶν μὴ τεμνομένων
παντάπασιν, ἤγουν τῶν ἄλλων κατηγορουμένων· ἐντεῦθεν τοίνυν τὸ
φύσις ὄνομα, καὶ τὸ οὐσία λογικῶς λαμβανόμενον. καὶ τὸ ὑπόστα-
σις ἐκ τῶν περιφερομένων, καὶ ἐπὶ πολλῶν ἀορίστως τιθεμένων ἤτουν
τῶν λογικῶν ἐναργῶς εἶναι φαίνεται. καθὼς καὶ τὸ εἶδος ὄνομα,
καὶ τὸ ἄτομον, ὡς ἀπεδείξαμεν. τὸ γὰρ φύσις ὄνομα, καὶ ἐπὶ ἀνθρώ-
που, καὶ ἵππου, καὶ χρυσοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν τίθεται, πολλαχοῦ περι-
φερόμενον παραπλησίως τῷ εἶδος ὀνόματι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ
τὸ ὑπόστασις ὄνομα ἐπὶ Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τοῦδε τοῦ ἵππου, καὶ
τοῦδε τοῦ βοὸς τίθεται, ὡς καὶ τὸ ἄτομον.

Ἐντεῦθεν τοιγαροῦν ἡ ἄγνοια τοῦ παράφρονος αἱρετικοῦ Σευή-
ρου διαρρήδην ἐλέγχεται. ἐκεῖνος γὰρ ἐπειδή φησιν, Παῦλος μὲν
ἐστιν ὑπόστασις, ἄνθρωπος δὲ φύσις, ὥσπερ Παῦλος ἄνθρωπος
εἶναι λέγεται, οὕτω λεγέσθω, καὶ ὑπόστασις φύσις. ἡμεῖς δὲ τὴν τοῦ
ἀνοήτου κακόνοιαν ἀνατρέποντες ἀντεροῦμεν. κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον,
ὃν παρήνεγκας ὦ χαλίφρον, ἐπειδὴ Παῦλος μὲν ἐστιν ἄτομον, ἄν-
θρωπος δὲ εἶδος, καθὼς τὸν Παῦλον ἄνθρωπον εἶναι φῂς, λέγε, καὶ
τὸ ἄτομον εἶδος, καὶ τηνικαῦτα καθὼς τῷ Παύλῳ δίδως τὸν τοῦ
ἀνθρώπου ὁρισμὸν, καὶ τοὔνομα, δώσεις καὶ τῷ ἀτόμῳ, τὸν τοῦ εἴδους
ὁρισμὸν ὁμοίως, καὶ τοὔνομα, καὶ οὕτω φήσεις τὸ ἄτομον εἶναι τὸ κατὰ
πλειόνων, καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον,
ὅπερ ἀκρότατον καθέστηκεν ἀφροσύνης, * οἱ παρὰ σοῦ ἄλλους αἱρετι-

* σοι.

ceps,& mortale;neq; poteſt aliud quippiā ex ipſo nomine hominis comprehēdere præter rem definitā. omne verò nomen logicū habet hoc proprium,vt cū dicitur,non ſubiiciat menti audiétis aliquid rei certæ,& definitæ,quia in multis, & diuerſis rebus ponitur. vt nomen logicum ſpecies, quod multipliciter circumfertur,& in hominem,equum,bouem,aurū, circulum, grammaticā,plurimaq; alia cadit, nō finit, vt auditor aliquid definitum intelligat. Similiter, ſi quis dicat nomen Paulus homonymia nudatū,ſtatim intelligimus,verbi gratia, magnum Paulum Eccleſiæ quondam perſecutorem,cum aliis proprietatibus,quibus ſignatur, de quo propoſitū eſt loqui, quæ quidem proprietates nunquam in alio inſint. Si quis verò dicat nomen hoc indiuiduum, infinitè fertur in multis, vt in Paulo,Petro,hoc equo,hoc albo,hoc circulo, & in reliquis ſimiliter indiuiduis de quibus dicitur.Hinc igitur nomen naturæ,& ſubſtātiæ logicè ſumpta,& nomen hypoſtaſis ex vocibus,quæ in multis infinitè ponuntur,id eſt,ex vocibus logicis perſpicuè ſunt,ſicut nomen ſpecies, & indiuiduum, vt demōſtratum eſt. nomen enim naturæ in homine, & in equo, & in auro,& in reliquis ponitur,& multipliciter fertur,ſicut nomē ſpecies. eodem modo nomen hypoſtaſis in Petro,& Paulo, & in hoc equo,& in hoc boue ponitur,ſicut & indiuiduum.

Hinc apertè ignorantia inſani Seueri redarguitur, ille enim,quia,inquit,Paulus eſt hypoſtaſis,homo verò natura; ſicut Paulus dicitur homo, ſic etiam dicatur hypoſtaſis eſſe natura. nos verò vt prauam intelligentiam ſtulti euertamus, ſic occurremus. Si hoc,quod prauè intuliſti,valet,ô delire,quando Paulus quidem eſt indiuiduū,homo verò eſt ſpecies, ſicut ais Paulum eſſe hominem,dic indiuiduum eſſe ſpeciem,& tūc vt Paulo tribuis hominis definitionem,& nomen,tribues etiā indiuiduo definitionem & nomē ſimiliter ſpeciei, atq; ita dices,indiuiduum eſſe, quod de pluribus differētibus numero in eo,quod quid eſt,prædicatur,quæ eſt ſumma inſipientia tibi,præter alios hæreticos,congruens. Et ſicut Paulum ais eſſe ſubſtātiam, quæ eſt genus generaliſsimū,& tribuis Paulo ſubſtantiæ definitionem,id eſt,eſſe rem per ſe exiſtentem,non in-

καὶ ἐξαιρέτως ἁρμόζουσι. εἶτα καθὼς τὸν Παῦλον εἶναι φῂς οὐσίαν, ἥτις ἐστὶ γενικώτατον γένος, καὶ δίδως τῷ Παύλῳ τὸν τῆς οὐσίας ὁρισμὸν, τοῦτ' ἔστι τὸ εἶναι πρᾶγμα αὐθύπαρκτον μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν, λέγεται καὶ τὸ ἄτομον εἶναι γενικώτατον γένος. καὶ δὸς τῷ ἀτόμῳ τὸν τοῦ γενικωτάτου γένους ὅρον, καὶ τοὔνομα, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὲρ ὃ οὐκ ἂν εἴη ἄλλο ἐπαναβεβηκὸς γένος, καὶ τὸ ἀεὶ γένος ὄν. τοῦτο δὲ τίνι φίλον ἂν εἴη, εἰ μὴ πάντη τῷ τῆς θείας ἀπηλλοτριωμένῳ χάριτος; ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων ἀναγκαστικώτατα συνάγεται τῷ νοῦν ἔχοντι, μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν, φύσιν, μήτε μὴν οὐσίαν τὴν κατὰ πάντα τρόπον φερομένην τε, καὶ περιθέουσαν, ὡς ἡ φύσις, τοῦτ' ἔστι, τὴν λογικήν. πάντα γὰρ ὅσα ἐστὶν ὁμοφυῆ, πάντως ἐστὶ καὶ ὁμοούσια, καὶ τοὔμπαλιν πάντα τὰ τῇ οὐσίᾳ διενηνοχότα, καὶ τῇ φύσει διενήνοχεν, ὥστε ταυτόν ἐστι φύσις, καὶ οὐσία.

Δέον δὲ εἰδέναι ὡς τὰ πράγματα τοῖς ἑαυτῶν φιλοσοφικοῖς ὀνόμασιν οὐκ ἀριθμοῦνται κατὰ σύνθεσιν, ἀλλὰ τίνες ἐφαρμόζουσιν αὐτοῖς λογικοῖς, οἱονεὶ βουλοίμεθα Πέτρον ἀριθμῆσαι, καὶ Παῦλον, καὶ Ἰωάννην, οὐ φαμὲν γὰρ ἀνθρώπους. ἐπειδὴ ἕκαστος μὲν αὐτῶν ἐστιν ἄνθρωπος. ἄνθρωπος δὲ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς τούτων. τὰ γὰρ ἐλάττω τῶν μειζόνων οὐ κατηγορεῖται, ἀλλὰ τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων. οὐκ ἔστι γὰρ ἂν εἴποις τὸν ἄνθρωπον εἶναι Πέτρον. ἀλλὰ τὸν Πέτρον εἴποις ἂν εἶναι ἄνθρωπον. εἰ τοίνυν Πέτρον, καὶ Παῦλον, καὶ Ἰωάννην εἴποις εἶναι τρεῖς ἀνθρώπους, ἠριθμηκὼς ἔσῃ ὃ μὴ προέθου καθυποβάλλειν ἀριθμῷ. προέφημεν γὰρ * τὸν ἄνθρωπον μὴ εἶναι μηδένα τούτων. εἰ δὲ καὶ αὐτοὺς τούτους εἶναι τρεῖς λέγοις, ἕκαστον αὐτῶν τρεῖς ἀριθμήσεις, ὥστε τοὺς τρεῖς εἰς ἐννέα πολυπλασιασθῆναι, ὅπερ ἀδύνατον. ἐντεῦθεν ἀναγκαίως εἰσφέρεται τὸ ἐφαρμόζον αὐτῶν ἑκάστῳ λογικὸν ὄνομα, ὅ ἐστιν, ὑπόστασις, ἄτομόν τε, καὶ πρόσωπον. καθ' ὃ οἱ προτεθέντες ἀριθμηθῆναι ἀριθμῷ καθυποβληθήσονται, τρεῖς ὑποστάσεις, ἢ ἄτομα, ἢ πρόσωπα λεγόμενοι κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἀποδείκνυται μὴ εἶναι τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τρεῖς θεοὺς, εἰ καὶ τούτων ἕκαστον θεός ἐστι τέλειος, ὥσπερ ἕκαστος ἐκείνων ἄνθρωπος τέλειος, ἀλλ' οὐ λέγονται τρεῖς ἄνθρωποι. ὁ πατὴρ τοίνυν, καὶ ὁ υἱὸς,

καὶ

* *In suppositione simplici, ut vocant Logici.*

digentem alio, ad existendum, dic etiam indiuiduum esse generalissimum genus; & tribue indiuiduo definitionem, & nomen generis generalissimi, id est, quo non est aliud genus superius; & quod semper est genus; hoc autem cuinam placeat, & probetur nisi ei, qui omnibus modis à diuina gratia alienatus est? Ex his omnibus necessariò apud eum, qui mente præditus est, infertur, non esse hypostasim naturam, neq; substantiam quæ omnimodis circumfertur, & circumfert, sicut natura logicè sumpta, omnia enim, quæ sunt eiusdem naturæ, omnino sunt eiusdem substantiæ & contra, omnia, quæ substantia differunt, & natura differunt. quare idem est natura, & substantia.

Sciendum autem est, quod res non numerantur cum nominibus suis philosophicis secundum compositionem, sed cum logicis congruentibus, vt si velimus numerare Petrum, & Paulum, & Ioannem, non dicimus tres homines (propriè scilicet) quia vnusquisque quidem ipsorum est homo; homo verò nullus horum est, superiora enim dicuntur de inferioribus; non inferiora de superioribus, non enim dices hominem esse Petrum; sed potius Petrum esse hominem. Si igitur dicas Petrum, & Paulum, & Ioannem esse tres homines, numerabis, quos non erat propositum subiicere numero. diximus enim antea hominem nullum horum esse. Si autem hos ipsos dicas tres esse, vnumquemque horum numerabis tres; vt tres in nouem multiplicentur, quod fieri non potest. hinc necessariò infertur nomen, quod cuiq; horum congruit, logicum esse, quod est hypostasis, indiuiduum, persona, quatenus propositi erant, vt numerarentur, ita vt dicantur tres hypostases, vel indiuidua, vel personæ. in hunc modum demonstratum est, non esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum tres deos. & si vnusquisque horum est Deus perfectus, sicut vnusquisque illorum est homo perfectus, non tamen dicuntur tres homines. Pater igitur, & Filius, & Spiritus sanctus tres hypostases sunt, sicut illi * ex his cognoscemus manifestè confitendum esse Christum esse vnã hypostasim in duabus naturis. est enim Christus æternus Dei Filius, qui incarnatus

*Est dispar ratio, qui in diuinis est vna numero natura in tribus personis. In proposito autem sunt tres numero distinctæ naturæ humanæ in tribus personis.

καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τρεῖς εἰσὶν ὑποστάσεις, ὥσπερ κἀκεῖνοι. ἐκ
δὴ τούτου γνωσόμεθα σαφῶς, δεῖν ὁμολογεῖσθαι τὸν χριστὸν εἶναι μί-
αν ὑπόστασιν ἐν δυσὶ φύσεσιν. ἔστι γὰρ ὁ χριστὸς ὁ τοῦ θεοῦ ἀΐδιος υἱὸς
ὁ σαρκωθεὶς, τοῦτ᾽ ἔστιν, ἡ μία τῆς ἁγίας τριάδος ὑπόστασις σεσαρ-
κωμένη. καὶ αὕτη ἡ ὑπόστασις, ἤγουν ἀΐδιος υἱός ἐστιν ὁ αὐτὸς θεὸς ὁ-
μοῦ, καὶ ἄνθρωπος. βουλόμενος τοίνυν ἀριθμῆσαι θεὸν, καὶ ἄνθρω-
πον, ἃ ἐστιν ἀΐδιος θεὸς, τοῦτ᾽ ἔστιν ἡ μία ὑπόστασις, οὐ δυνάσαι τούτου
εἰπεῖν ὑποστάσεις εἶναι δύο. οὔτε γὰρ ὁ θεὸς ὄνομα, οὔτε τὸ ἄνθρωπος
ὑπόστασιν σημαίνει· ἡ μὲν ὑπόστασις οὐδενὸς ὅλως κατηγορεῖται, ὥστε
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τούτων ὑπόστασις. οὔτε μὴν ἔοικεν εἰπεῖν τὸν θεὸν, καὶ
*κατ᾽ εἴδους. τὸν ἄνθρωπον δύο γένη. ἐπειδήπερ ἕκαστον γένος * ἴδιον κατηγορεῖ-
ται· τούτων δὲ οὐδὲν κατηγορεῖται ἴδιον. ἀλλ᾽ οὐδὲ δύο εἴδη ἁρμόζει
αὐτοῦ λέγεσθαι. ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ὑπὸ γένος τάττεται. θεὸς δὲ οὐχ
εἰς γένος ὑποταχθήσεται, ὡς ἔχει ἄνθρωπος, διὸ κυριώτερόν ἐστιν
ἀριθμῆσαι ταῦτα δύο φύσεις, καὶ δύο οὐσίας. ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν,
καὶ φύσις ἐστὶν, καὶ οὐσία τοῖς ὧν κατηγορεῖται. οὐκ ἔχει γὰρ οὐδὲν τῶν
ὑφ᾽ ἑκατέρων τούτων συστατικὰς διαφορὰς, ἤγουν οὐσιώδεις, καὶ φυ-
* τό. σικὰς, ὥστε φύσις, καὶ οὐσία * τῶν καθ᾽ ὧν κατηγορεῖται, ἑκάτερον
εἶναι.

Διὰ πολλῶν οὖν ἀποδέδεικται, μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν φύσιν, μή-
τε μὴν οὐσίαν τὴν λογικὴν, τὴν κατὰ πάντα τρόπον περιθέουσαν, ὡς ἡ
φύσις. ἐπειδὴ δὲ ἡ ὀρθοδοξία φησὶν, μὴ εἶναι τὴν φύσιν ὑπόστασιν
μίαν τῶν καθ᾽ ὧν κατηγορεῖται. μήτε ὅλας τὰς ὑποστάσεις, ὅσαι ἂν
ὑπ᾽ αὐτὴν εἶεν, οἷον ἡ θεότης, ἤγουν ὁ θεὸς, οὐκ ἔστι πατήρ. εἰ γάρ ἐστι
πατὴρ, πάντως οὐκ ἦν ὁ υἱὸς θεός. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει ἡ κατηγορία,
ὡς πᾶσιν εὔδηλον. ὅτι ὁ πατὴρ μέν ἐστι θεός. θεὸς δὲ οὐ πάντως ἐστὶ
πατήρ. καὶ ὁ υἱὸς, θεός ἐστιν. ὡσαύτως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥστε θε-
ὸς οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν τριῶν τούτων. ἀλλ᾽ οὐδὲ ὅλα τὰ τρία ἐστὶ θεός. εἰ
γὰρ θεὸς πατήρ ἐστιν, υἱός τε, καὶ ἅγιον πνεῦμα, πάντως πᾶν ὂν θεός,
ἐστὶ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα. ἀλλ᾽ ἕκαστος τούτων θεὸς
ὑπάρχων τέλειος, οὐκ ἔστιν ἄλλα τὰ τρία. καὶ τοῦτο σαφές τε, καὶ
ἐναργὲς τοῖς γε νοῦν ἔχουσι.

Προ-

natus eſt, id eſt, vna hypoſtaſis ſanctæ Trinitatis incarnata, & hæc hypoſtaſis, ęternus ſcilicet filius eſt idem Deus ſimul & homo. quare qui vult numerare Deum & hominem, quæ ſunt æternus filius, id eſt, vna hypoſtaſis, non poteſt dicere eſſe hos duas hypoſtaſes. nec enim nomen Deus, neque nomen homo hypoſtaſin ſignificat. hypoſtaſis enim de nullo omnino prædicatur. quare nihil horum eſt hypoſtaſis. neque videtur licere dicere Deum & hominem duo genera, ſiquidem vnumquodq; genus de ſpeciebus prædicatur, quod hîc non fit. neque conuenit dicere eos duas ſpecies. vnaquæque enim ſpecies ſub genere collocatur. Deus autem non habet genus, ſub quo collocandus ſit, ſicut habet homo. quamobrem magis proprium eſt, numerare hęc duas naturas, & duas ſubſtantias. vtrumque enim eorum eſt & natura, & ſubſtantia iis, de quibus prædicatur. nihil enim ſub vtroque horum habet conſtitutiuas differentias, vel ſubſtantiales & naturales, vt ſit natura, & ſubſtantia vtrumque eorum, de quibus prædicatur.

Demonſtratum igitur eſt pluribus non eſſe hypoſtaſim naturam, neque ſubſtantiam logicam, quæ omnibus modis circuit, ſicut natura. * Quia verò orthodoxa doctrina dicit non eſſe naturam hypoſtaſim, vnam eorum, de quibus prædicatur, neque vniuerſas hypoſtaſes, quæ ſub ipſa ſunt, vt deitas, id eſt, Deus, non eſt Pater, ſi enim Deus eſt Pater, profecto non erit Filius Deus. non enim reciprocatur prædicatio, vt omnibus patet. quia Pater quidem eſt Deus, Deus autem non eſt omnino Pater. & Filius ſimiliter eſt Deus, & Spiritus ſanctus ſimiliter. quare Deus, nullus eſt horum trium. immo neque

** Quæ hoc loco Theodorus diſputat, ἀείστῃ γνώμῃ, candido animo, interpretari decet. nam Deitas tota eſt in Patre; & ſic perfectus Deus eſt: ſed quia in illo non eſt totaliter, hoc eſt, ita, vt in Filio & Spiritu ſancto non ſit; ideo dicit Theodor⁹, Patrē non eſſe Deum παντελῶς hoc eſt, ὁλικῶς, totaliter, ſiue ſolum, cum excluſione Filij & Spiritus ſancti. Et quod de Patre affirmat, idem de Filio & Spiritu ſancto aſſerit. Nam ſicut anima tota eſt in digito, ſed nō ὁλικῶς, quia ſimul eſt in capite aliiſque corporis membris, ita & natura diuina tota eſt in Patre; ſed non ὁλικῶς, hoc eſt, non ſolùm; & huic fundamento inædificat Theodorus totum hunc ſuum diſcurſum. Cui venia danda; quia boni ſenſûs capax eſt, ſi in bonam mentem incidat. Nam liuidas non morabitur Theodorus: cui perſuaſum fuit, neſcio ex qua phantaſia potius, quam Philoſophia, naturam, quæ ab vno ſolo non participaretur, non poſſe dare nominationem ſubiecto. Hinc ſuprà Petrum, Paulum, Ioannem tanquam tres homines numerari poſſe negauit: quæ ſenſu quodā vera ſunt; quia tres non ſunt, ſpectando naturam ſpecificè: Tres ſunt ſpectando eandem naturam ſecundum indiuiduam rationem prout ſpectari debet. Sic quando Theodorus dicit, neq; tres perſonas eſſe Deum, ὁλικῶς nimirum, totaliter & adæquatè, non loquitur collectiuè, ſed diſtributiuè: quia vt nec Pater, ita nec Filius, aut Spiritus ſanctus eſt Deus ὁλικῶς, id eſt, ſolus, excluſis aliis. Et hoc emplaſtro arbitror ſatis hunc duriorem & obſcuriorem Abucaræ loquendi modum mitigatum iri.*

Προβάλλονται δὲ καθ' ἡμῶν τῶν ὀρθοδόξων οἱ Σευηριανοὶ, οἱ λίαν ἄφρονες αἱρετικοὶ, αἱρετικά τινα προβλήματα, ἅτινα προσαγαγόντες εἰς μέσον, ἀνασκευάσωμεν σὺν θεῷ, ὡς σαθρὰ, καὶ εὐδιάλυτα. ἐροῦσιν οὖν ἡμῖν οἱ ματαιόφρονες, εἰ τὸν θεὸν φατὲ μὴ εἶναι τὰ τρία ταῦτα, εἴπατε λοιπὸν, θεὸς πρᾶγμά ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν; ἀποκρινομένων γὰρ ἡμῶν, τὸν θεὸν εἶναι πρᾶγμα, πάλιν ἐρωτῶσιν. αἱ τρεῖς ὑποστάσεις γὰρ οὐ τρία πράγματα; συγκατατιθεμένων οὖν ἡμῶν, καὶ αὐτὰ εἶναι πράγματα, συνάγουσι καθ' ἡμῶν λέγοντες. ἄρα καθ' ὑμᾶς θεὸς πατήρ τε, καὶ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τέσσαρα ἀριθμοῦνται πράγματα, καὶ οὕτως ἐλέγχεσθε, τὴν μὲν τριάδα ἀρνούμενοι, τετράδα δὲ εἰσφέροντες, ἡμεῖς δὲ τούτοις ἀνταποκρινόμεθα. μὴ εἰδότες, ὦ οὗτοι, τὴν ἀληθινὴν τῆς ἀποδείξεως ὁδὸν ἐμεῖτε τοὺς παραλογισμοὺς τούτους, ἀγνοοῦντες, ὡς πᾶν πρᾶγμα τελειωτικὸν ἑτέρου πράγματος οὐ συναριθμεῖται τῷ τελειοῖ πράγματι. οἷον ὁ χρυσὸς τοῦ νομίσματος, οὐκ αὐτὸ τὸ νόμισμά ἐστιν. ὁ γὰρ χρυσὸς, καθ' ὁ χρυσός ἐστιν, οὐκ ἔχει τὸν τοῦ νομίσματος χαρακτῆρα. καὶ ἰδοὺ πρᾶγμα καθέστηκεν ὁ χρυσὸς, καὶ τὸ νόμισμα πρᾶγμα πάλιν ἐστὶν ἕτερον. ὁ χρυσὸς τοίνυν πρᾶγμα πεφυκὼς παρὰ τὸ νόμισμα, οὐ συναριθμεῖται τῷ νομίσματι, ὅθεν οὐ λέγονται ταῦτα δύο πράγματα, ἀλλ' οὐδὲ χρὴ ταῦτα σὺν τῷ συμπλεκτικῷ συνδέσμῳ προφέρεσθαι. σκαιότης γὰρ, καὶ ἀμαθία πολλὴ τὸ λέγειν, νόμισμα, καὶ χρυσὸς. ταυτὸ δὲ νοεῖν ἔστι περὶ παύλου, καὶ τοῦ ἰδίου σώματος. οὔτε γὰρ παῦλός ἐστι τὸ σῶμα αὐτοῦ. οὔτε τὸ σῶμα παύλου, ἐστὶν παῦλος. παῦλος μέν τοι πρᾶγμά ἐστι. καὶ τὸ σῶμα παύλου πρᾶγμά ἐστιν. ἀλλ' οὐ συναριθμεῖται παῦλος τῷ ἰδίῳ σώματι, ὥστε εἶναι τὰ δύο, δύο πράγματα. τίνος ἕνεκεν; ἐπειδὴ τὸν παῦλον τὸ ἴδιον σῶμα τελειοῖ. * τῶν ὑποστάσεων, καθ' ὧν κατηγορεῖται, οὐ συναριθμεῖται ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν, ὥστε εἶναι αὐτὴν κἀκείνας τέσσαρα πράγματα, ὡς ὀνειρώττοντες φασὶν οἱ αἱρετίζοντες.

*Bauaricus codex hic est mutilus. Itaq; ex versione Turriani, & ex codice quo usus, cuius Graeca verba ad marginem suorum aduersariorum annotauit, lege. τοιγαροῦν, ὅτι ἡ θεότης ἑκάστην τελειοῖ.

Καὶ ἄλλο δὲ προσφέρουσι κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας οἱ αἱρετικοὶ πρόβλημα τοιοῦτο λέγοντες. τὸν ἀΐδιον υἱὸν φατὲ πρᾶγμα εἶναι, ἢ οὔ; εἶτα λεγόντων ἡμῶν, αὐτὸν εἶναι πρᾶγμα, ἐπερωτῶσιν αὖθις, καὶ τὸ τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ σῶμα τὸ ἔμψυχόν τε, καὶ νοερὸν, οὐ πρᾶγμα εἶναι λέγετε;

συνκα-

Deus vniuersa tria est. si enim Deus est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, omnino omne quod est Deus, erit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, immo vnusquisque horum Deus perfectus cùm sit, non est vniuersa tria, idq; manifestum est, & apertum omnibus, qui mentem habent.

Obiiciunt ante nobis orthodoxis Seueriani hæretici imprudentissimi quæstiones quasdam subuertentes, quas nos in medium producemus, & adiuuante Deo dissoluemus, & futiles esse demonstrabimus. dicunt ergo nobis illi, si Deum dicitis non esse hæc tria; dicite, Deus est res, an non? Si nos respondemus rem esse Deum, rursus dicunt, tres hypostases non sunt res? cum nos concedimus esse tres res, colligunt contra nos; igitur secundum vos, Deus, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quatuor res numerantur, atque ita conuicti estis negare trinitatem; & quaternitatem pro Trinitate introducere. Nos verò respondemus istis, ignorantes rectam viam demonstrationis, fallaces istas conclusiones vomitis. ignorant enim quod omnis res, quæ alteram perficit, non connumeratur cum ea, quam perficit, verbi gratia, aurum nummi, non est ipse nummus: aurum enim quatenus aurum est, non habet signum nummi, & res est aurum; & nummus, alia rursus res est. quare aurum, quod alioqui res est præter nummum, non numeratur cum nummo, ex quo fit, vt non dicantur hæc duæ res. nec oportet hæc cum coniunctione efferre. durum enim, & nimis inscitum est, dicere nummum & aurum. idem intelligendum est in Paulo, & corpore eius. nec enim Paulus corpus suum; neq; corpus Pauli est Paulus. tamen Paulus res est, & corpus Pauli res item est, sed non numeratur Paulus cum corpore suo, vt sint duæ res. Quare hoc? quia Paulum suum corpus perficit. igitur quia deitas vnamquamque hypostasim perficit, de qua prædicatur, non numeratur cum tribus hypostasibus, vt sit ipsa deitas & illæ hypostases quatuor res, vt hæretici somniant.

Aliam præterea quæstionem hæretici contra orthodoxã veritatem proferunt. sic enim aiunt, dicitis ne æternum Filium esse rem, an non? deinde cùm respondemus, rem esse, rursus interrogant. Corpus æterni Filij animatum, & intelligens, an

non

συγκατατιθεμένων οὖν ἡμῶν εἶναι καὶ αὐτὸ πρᾶγμα, εὐθέως συμπεραίνουσιν καθ' ἡμῶν. ἆρα συναριθμεῖτε, τὸν ἀΐδιον υἱὸν τῷ ἰδίῳ σώματι λέγοντες, ὅπως ἡμᾶς ἑκατέρωθεν, ὡς οἷόν τε, δήσωντες ἀραχνοῖς ἱμᾶσιν, ἤτοι βάλοιεν εἰς βλασφημίας ἀτόπημα, ἢ εἰς τὸ ἴδιον ἐφελκύσωνται φρόνημα. εἰ γὰρ δύο πράγματα, τὸν ἀΐδιον υἱὸν, καὶ τὸ ἔμψυχον αὐτοῦ, καὶ νοερὸν αὐτοῦ σῶμα φαμέν, αὐτίκα κατακρινοῦσιν ἡμᾶς ὡς τεσσάρων πραγμάτων ἐφίδρυσιν ἐν τῷ τῆς θείας ὑψηλῷ θρόνῳ τιθέντας, ὅπερ ἐστὶ τῆς τριάδος ἄρνησις. εἰ δὲ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα μὴ εἶναι δύο πράγματα λέγοιμεν, ἀνθυποφέρουσιν ὑμῖν φάσκοντες, μὴ ὄντων τούτων δύο πραγμάτων, πῶς ὑμεῖς τὸν χριστὸν λέγετε δύο φύσεις; οἷς ἐροῦμεν, ὡς ἡμεῖς τὸν ἀΐδιον υἱὸν οὐ συναριθμοῦμεν τῷ ἰδίῳ σώματι, ὥστε λέγειν ἐκεῖνα δύο πράγματα. ἐπειδὴ τὸ τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ σῶμα ὑποστατικὸν αὐτοῦ, καθέστηκεν τρόπον τινὰ τελειοῦν αὐτὸν, καθώς ἐστιν ἄνθρωπος. ἅπαν δὲ πρᾶγμα τελειοῦν ἕτερον πρᾶγμα, ἢ ὡς γένος, ἢ ὡς διαφορὰ, ἢ ὡς φύσις, ἤγουν οὐσία, ἢ ὡς ὂν ὑποστατικὸν τελειοῦν, καὶ ὑφιστάνον ἐκείνου ἐστίν. ὑποστατικὸν οὖν ὑπάρχον τὸ τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ σῶμα, εἰ καὶ μὴ τελειοῦν αὐτὸν ἁπλῶς ἤγουν κυρίως λέγεται), οὐδαμῶς αὐτῷ συναριθμεῖται παντάπασιν. ἀλλ' οὐκ ἐντεῦθεν ἀναιρετέον ἐν τῷ χριστῷ λέγεσθαι δύο φύσεις. ἡμεῖς γὰρ οἱ ὀρθόδοξοι, οὐ τὸν ἀΐδιον υἱὸν τῷ ἑαυτοῦ συναριθμοῦντες ὑποστατικῷ σώματι, δύο φύσεις φαμὲν, ἀλλὰ τὴν θεότητά τε, καὶ ἀνθρωπότητα δύο φύσεις ἀριθμοῦμεν. τάχα δέ τις ἔνθεν ἐπισκέψας φήσειεν. ἆρα οὖν καὶ ἡ τοῦ δεσπότου ἀνθρωπότης οὐκ αὐτὸ πέφυκεν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα τὸ ἔμψυχόν τε, καὶ νοερόν; πρὸς ὃν ἀντιφήσωμεν οὐκ εἶναι. ἐπειδὴ ἡ τοῦ χριστοῦ ἀνθρωπότης, πάντων ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων καθέστηκεν. τὸ δὲ ἔμψυχον αὐτοῦ, καὶ νοερὸν σῶμα αὐτοῦ μόνου διαφερόντως ἐστίν.

Εἰ δέ τις πρὸς ταῦτα διαμάχοιτο, εἰς τὸ δυοῖν θάτερα μέλλει ἀτοπίαν ὑποπεσεῖν. ἤτοι γὰρ εἰπεῖν ἀναγκασθήσεται, τὴν τοῦ χριστοῦ ἀνθρωπότητα, μὴ εἶναι τῶν πάντων ἡμῶν ἀνθρωπότητα. κἀντεῦθεν πολλὰς ἐπιδείξειν ἀνθρωπότητας, ἢ τὸ ἰδίου υἱοῦ σῶμα λέγειν ἑκάστου ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων εἶναι σῶμα. καὶ τηνικαῦτα φασκέτω ὁ τοιοῦτος ἐπίσης τὸ τοῦ χριστοῦ σῶμα, καὶ λῃστοῦ τινος, καὶ ἀθέου σῶμα. καὶ

πάλιν

non dicitis esse rem? cùm respondemus esse, statim contra nos concludunt, igitur numeratis æternum Filium cum proprio corpore. hoc dicunt, vt nos vtrinque, quoad fieri potest, hamis aranearum captos in absurdam blasphemiam compellant, aut in propriam sententiam trahant. Si enim dicamus, duas res esse Filium æternum, & corpus eius animatum, & mente præditum, continuo condemnabunt nos, tanquam qui quatuor res in alto throno diuinitatis fundemus, quod est negare Trinitatem. sin autem Filium, & corpus eius proprium non dicamus duas res esse, occurrunt nobis, si non sunt duæ res, quomodo, inquiunt, vos Christum duas naturas dicitis? quibus respondendum est, nos Filium æternum nõ numerare cum proprio corpore, vt dicamus esse duas res quia * corpus hypostaticum æterni Filij quodammodo perficit ipsum, quatenus est homo. omnis autem res, quæ alterum perficit, aut tanquam genus, aut tanquam differentia, aut tanquam natura, substantia scilicet, aut tanquam hypostaticum, illud perficit cuius est. corpus igitur æterni Filij cum sit hypostaticum quamuis non simpliciter, id est, propriè perficere illum dicitur, non tamen cum eo corpus numeratur. sed non propterea non est dicendum duas naturas esse in Christo. nos enim orthodoxi, non æternum Filium numerantes cum corpore eius hypostatico, duas naturas esse dicimus; sed diuinitatem & humanitatem duas naturas numeramus. fortassis aliquis hinc occasione occurrendi arrepta, dicit, an Christi humanitas nõ est ipsius naturale corpus animatum, & intelligentia præditum? cui respondebimus non esse. siquidem humanitas Christi omnium nostrum, qui homines sumus, est; corpus verò eius animatum, & intelligens, ipsius solius præcipuè est.

** corpus hypostaticum dicit, id est, corpus in hypostasi filij æterni.*

Si quis verò contra hæc pugnet, in alteram ex duobus absurdis incidet, aut cogetur dicere humanitatem Christi scilicet non esse nostram, & hinc multas humanitates introducere (id est, naturas;) aut corpus æterni Filij, vniuscuiusque nostrum, qui sumus homines, corpus esse. & tunc qui sic sentit, comedat corpus Christi ęque, atque corpus alicuius latronis,

πάλιν εἰ τὴν τοῦ χριστοῦ φασὶν ἀνθρωπότητα, μὴ εἶναι τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπότητα, βιασθήσεται φάναι, μὴ εἶναι τὴν χριστοῦ θεότητα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ ἐκ τούτου τρεῖς ἐπισυνάγειν θεότητας, ὃ δὴ τοῦ χριστιανισμοῦ παντελῶς ἐστι ἔκπτωσις. εἰ δὲ αὐτὸ ἕτερον φαίη, ἀρκεῖται τῷ ἀποφαινομένῳ τὸ παναίσχιστον παρακολούθημα, ὅπερ φθάσαντες εἰρήκαμεν. ἰστέον ὡς οἱ ἅγιοι πατέρες, πῇ μὲν τὸν ἀΐδιον υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς, πῇ δὲ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι φασίν. ἡμῶν οὖν τῶν ὀρθοδόξων, μὴ τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν αὐτὸν εἶναι τὸν πατέρα λεγόντων, ἀλλὰ, παρὰ τὸν πατέρα, παραχρῆμα καθ' ἡμῶν, ἅλλονται διαθρυλλοῦντες ἡμᾶς πεφωρᾶσθαι τὸν υἱὸν λέγοντες ἐκ δύο γεννηθῆναι πραγμάτων. εἶτα τὸν πατέρα συναριθμεῖσθαι τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ, καθὼς ἐν τοῖς προειρημένοις ἤδη προαποδέδεικται. πρὸς αὐτοὺς ἡμῶν ἀποκρινομένων, ἐροῦσιν οἱ φρενοβλαβεῖς, κἂν τοῦτο δῶμεν εἶναι, καθ' ἃ προέφητε, πῶς γοῦν ἀναγκάζεσθε τὸν υἱὸν εἰπεῖν οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φῦναι πράγματος. πρὸς οὓς ἀποκρινούμεθα τοὺς ἀνοήτους ἐντρέποντες, ὄντως πλανᾶσθε μὴ εἰδότες ὦ τάλανες, τὰ τῶν λεγομένων αἰνίγματα. οὐ γὰρ, ὅπερ ὑπετοπάζετε, λέγειν βιαζόμεθα. εἰ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἄλλο τί ἐστι, καὶ ἡ τοῦ πατρὸς οὐσία ἄλλο. ἀλλ' οὖν ἡμεῖς τὸν υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ἢ ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι λέγοντες, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φῦναι πράγματος σημαίνομεν, οὐκ ἐξ ἄλλου, καὶ ἄλλου, μὴ γένοιτο. ὥσπερ γὰρ σὺ λέγων, * ἔστησα τὸν τοῦ νομίσματος χρυσὸν, αὐτὸν ὑπαινίττῃ τὸν χρυσὸν ἐστάναι σταθμῷ, καὶ πάλιν λέγων, ἐστάθμισα τὸ νόμισμα, τὸν χρυσὸν σταθμίζεσθαι φῄς. ὁ γὰρ τοῦ νομίσματος χαρακτὴρ οὐ σταθμίζεται, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. οὕτω καὶ ἡμεῖς κἂν εἴποιμεν ἐκ τοῦ πατρὸς οὐσίας γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν, οὐκ ἀναγκαζόμεθα λέγειν αὐτὸν ἐκ δύο φῦναι πραγμάτων, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς, καὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος. ὥστε τὴν ὀρθοδοξίαν ἀεὶ τροπαιοῦχον φαίνεσθαι. καὶ τὰ τῆς νίκης βραβεῖα καθ' ἡμῶν τῶν αἱρετιζόντων κομίζεσθαι.

* fort. ἐστάθμισα

Πάλιν ἐπιφύεται παρ' αὐτῶν ἡμῖν ἐρώτημα λεγόντων. ὁ ἀΐδιος υἱὸς σαρκωθεὶς κοινὸν πρᾶγμα προσείληφεν, * εἰ εἴπωμεν, αὐτὸν πρᾶγμα προσειληφέναι μερικὸν, ἐναχθείημεν ἐν χριστῷ δύο λέγειν ὑποστάσεις, ὃν τρόπον λέγομεν δύο φύσεις. κἀντεῦθεν τῷ βδελυ-

* ἢ μερικόν;

ρωτάτῳ

&impij. &rursus si quis dicet humanitatem Christi non esse nostram humanitatem, cogetur dicere non esse diuinitatem Christi, diuinitatem Patris, & Spiritus sancti, atq; ita tres diuinitates, siue deitates introducere. quod est excidere penitus à Christianismo. sin autem illud alterũ dicat. sufficiat ei, qui id dicit, turpissima consecutio, quam diximus prius. Quamobrem scire oportet, sanctos Patres alias quidem æternum Filium ex Patre, alias verò ex substantia patris genitũ esse dicere. nos igitur orthodoxi, cùm non dicimus substantiam Patris esse ipsum Patrem, sed aliam rem * præter Patrem, continuo in nos prosiliunt iactantes nos esse deprehensos in eo, vt dicamus, ex duabus rebus genitum esse Filium; deinde Patrem numerari cũ sua substantia, sicut in superioribus iam demonstratum est. Hæc nobis respondentibus occurrunt insani illi dicentes; etiamsi demus rem ita se habere, vt prius asseruistis, interim necesse habetis affirmare Filium non nasci ex eadem re. Quibus respondemus pudore stultos afficientes; erratis profectò miseri, non intelligentes quæ significent ea quæ dicuntur. non enim sicut coniicitis, cogimur dicere. etsi enim * aliud quid est Pater; & aliud quid substãtia Patris. nos tamen Filium ex substantia Patris, vel ex Patre genitum esse cum dicimus, ex eadem re genitum esse significamus, non ex alia, & alia, absit. Sicut enim tu cum dicis, ponderaui aurum nummi; ipsum aurum ponderasse significas; & rursus, cum dicis, ponderaui nummum; aurum ponderasse dicis; character enim siue signum nummi non ponderatur, vt omnibus patet: sic & nos, etsi dicamus ex Patre, vel ex substantia Patris genitum esse Filium, non cogimur dicere, genitum esse ex duabus rebus, sed ex vna & eadem re. vt semper orthodoxa doctrina victrix appareat; & præmia victoriæ contra hæreticos reportentur.

Rursus exoritur nobis alia istorum percunctatio. æternus Filius assumpta carne, assumpsit communem rem, an particularem? vt si dicamus rem particularem assumpsisse, crimen nobis sit dicere in Christo duas hypostases, quomodo dici-

*Schol. Turrian.*

** id est, differre substantiam Patris ab actu notionali, qui est generare, qui vocatur à Dionysio res Patris, sicut res Filij est generari. Nec aliud vult quã essentiam Patris, & paternitatem, per quam Pater est Pater, ratione distingui.*

** non concedit aliud esse Patrem, & aliud substantiã Patris, in Trinitate enim non est aliud, & aliud, sed alius, & alius, immo negat potius, quia si non est alia, & alia res, non est aliud, & aliud. summa est: Patrẽ & substantiam Patris esse vnam eandemq; simplicissimam rem, sed propter infinitatẽ suam duabus realiter distinctis æquiualentem. Quæ æquiualentia fundans virtualem distinctionem, facit, vt aliquid de paternitate seu actu notionali Patris affirmari queat, quod non potest affirmari de substantia seu essentia Patris, & vice versa. Et huc respexit Theodorus, quamuis obscurius.*

ῥωτάτῳ τῶν νεστοριανῶν συνεμπεσεῖν φρονήματι. παρ' ἐκείνοις γὰρ ὑπόστασις ἐστὶ τὸ μερικὸν πρᾶγμα. ἢ μηδαμῶς ἐν χριστῷ δύο φύσεις ὁμολογεῖν, ὡς οὐδὲ δύο ὑποστάσεις. κἂν τούτῳ * σευηροῖ χρηματίσαι συνωσθείημεν, μίαν εἶναι φύσιν τὸν χριστὸν λέγοντες, ὃν τρόπον μίαν αὐτὸν φαμὲν ὑπόστασιν, ὅπερ ἐστὶ ψυχολεθρίας ἀνάμεστον. εἰ δὲ κοινὸν πρᾶγμα προσειληφέναι τὸν υἱὸν φαμὲν, ἐπεμβαίνουσιν ἡμῖν αὐτίκα φάσκοντες. πῶς ὁ υἱὸς σαρκοῦται τοῦτο προσειληφώς; τῶν ἀδυνάτων γάρ ἐστιν ἀσώματόν τι σωματωθῆναι ἑνωθὲν ἀσωμάτῳ. πρὸς οὓς ἀπαντήσωμεν, οὐ νενοήκατε λέγοντες, ὦ οὗτοι, τὸν τῶν φιλοσόφων σκοπὸν εἰρηκότων, ἀσώματον εἶναι τὸ κοινόν. ἐκεῖνοι γὰρ λέγοντες ἀσώματον εἶναι πᾶν γένος, καὶ εἶδος, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ αἰωτάτου, ἥτις λέγεται γενικώτατον γένος διαιρούμενον, ἀσώματον εἶναι λέγουσι. διὸ δέον ἐπίστασθαι, ὡς τὸ ἀσώματον ὄνομα κατὰ τοὺς φιλοσόφους ὁμωνύμως τε, καὶ ἀορίστως λέγεται, μᾶλλον δὲ συλλήβδην φάναι, ἐκεῖνοι τὴν ὕλην, καὶ τὸ εἶδος ἐξ ὧν τὰ σώματα, καὶ χρῶμα, καὶ πᾶν σχῆμα, ἤγουν πᾶσαν ποιότητα καλοῦσιν ἀσώματον τήν τε ψυχὴν, καὶ τοὺς ἀγγέλους, καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον, ὧν οὐ μία, καὶ ἡ αὐτὴ τῶν ἁπάντων ἡ φύσις, ἀλλὰ, πολλαὶ καὶ διάφοροι, ὡς ἐντεῦθεν πιστοῦσθαι σαφῶς ὁμωνύμως, καὶ ἀορίστως λέγεσθαι τὸ ἀσώματον ὄνομα, κατὰ πολλῶν * σημαινόμενον, καὶ τῇ φύσει διαφερόντων φερόμενον. * τὸ σῶμα τοίνυν, καὶ ὅσα ὑπὸ τὸ σῶμά ἐστι κοινὰ, οἷον ἔμψυχον, ζῶον, ἄνθρωπος, ἀσώματα καλοῦνται. ἐπειδὴ τούτων ἕκαστον αἰσθήσει μὲν οὐχ ὑποπίπτει, ἀλλὰ νοῒ καταλαμβάνεται. οὐ γάρ εἰσιν αὐτοῖς ἰδιότητες ὁριστικαὶ, καθ' ἃς αἰσθήσει καθυποβληθήσονται. τὰ μέν τοι ἄτομα, καθ' ὧν ταῦτα κατηγοροῦνται, σώματά ἐστιν, ὡς ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτοντα. ὁριστικὰ γὰρ ἔχουσιν ἰδιώματα. πλὴν εἰ καὶ τὸ κοινὸν σῶμα, καὶ ὅσον ἐστὶν ὑπὸ τὸ κοινὸν διὰ τὸ μηδαμῶς αἰσθήσει, ἀλλὰ νῷ μόνον εἶναι ληπτὸν, ἀσώματον λέγεται, ἀλλ' οὖν φύσει σῶμα καθέστηκεν. παραπλήσιον δ' ἂν εἴη τοῦτο τῷ ἁπλῶς λεγομένῳ κύκλῳ. τῷ γραμμὰς ὁριστικὰς οὐκ ἔχοντι. ὁ γὰρ τοιοῦτος κύκλος φύσει μὲν μετρητὸς, καθ' ὃ δὲ γραμμὰς ὁριστικὰς οὐκ ἔχει, οὐδαμῶς ὑποπίπτει μετρήσει. οὐκ ἔχει γὰρ ὁριστικὸν σταυρὸν, δι' οὗ, πόσος ἐστι, γνωσθῆναι δυνήσεται. ἐπὰν δὲ κύκλος γένηται μερικῶς,

* σευηριανοί

* σημαινομένων

* In Bauarico codice seiungebatur hæc à superioribus, interposito hoc titulo: τοῦ ἀβουκαρᾶ, quasi esset nouum opusculum. Sed hæc distinctio non fuit in Turriani exemplari, vt patet ex eiusdem versione.

mũs duas naturas, atque ita incidamus in execrabilem opinionem Neſtorianorum, apud illos enim hypoſtaſis eſt res particularis; aut nullo modo in Chriſto duas naturas confiteamur, ſicut neque duas hypoſtaſes, atque ita Seueriani dici compellamur, dicentes Chriſtum eſſe vnam naturam, ſicut dicimus eſſe eum vnam hypoſtaſim, quod eſt plenum interitus animæ. Sin autem communem rem filium aſſumpſiſſe dixerimus, inſultant ſtatim nobis dicentes, quomodo filius incarnatur communi re aſſumpta? impoſsibile enim eſt, aliquid incorporeum corporatum fieri copulatum incorporeo. quibus occurrendum eſt, non intellexiſtis, ô boni, propoſitum philoſophorum, cùm dixerunt, Incorporeum eſſe cõmune. Nam cum dicunt, incorporeũ eſſe omne genus, & ſpeciem, etiam ipſum corpus ex ſubſtantia generaliſsima, quæ dicitur genus generaliſsimum, diuiſum, incorporeum eſſe dicunt. quamobrem ſcire oportet nomen incorporeum ſecundum philoſophos homonymè, & infinitè dici, immò vt paucis rem complectar, illi materiam, & ſpeciem, ex quibus corpora, & omnem colorem, atque figuram, id eſt, omnem qualitatem vocant incorporeum, & animam, atque angelos, & ipſum Deum, quorum omnium non eſt vna & eadem natura, ſed multæ, & variæ, vt hinc planè probetur homonymè, & infinitè dici nomen incorporeum de multis ſignificatis, & natura differentibus. quare corpus, & quæcunque ſunt ſub corpore communia vt animatum, animal, homo incorporea vocantur, quia vnumquodque horum non eſt ſubiectum ſenſui, ſed mente comprehenditur: non enim ſunt eis proprietates ὁριστικαὶ, (id eſt, indiuiduantes) quibus ſenſui ſubiicientur. indiuidua tamen, de quibus hæc prædicantur, corpora ſunt, vtpote ſub ſenſu cadentia, proprietates enim habent definientes, ſiue terminantes. verùm etſi commune Corpus, & quodcunque eſt ſub ipſo commune incorporeum dicitur, quia non poteſt ſenſu, ſed mente percipi, tamen natura corpus conſiſtit; ſimile eſt hoc circulo ſimpliciter dicto, non habenti lineas *ὁριστικάς. huiuſmodi enim circulus natura quidem mẽſuratus, quatenus verò non

* *definientes.*

* f. μερικῶς, εἰδικῶς τε καὶ ὁριστικῶς.

* μερικῶς, εἰδικῶς τε, καὶ ὁριστικῶς, εὐθέως ὁπόσον ἔχει μέγεθος με-
τρήσει καὶ περιορισθήσεται. οὐκοῦν ὁ λεγόμενος ἁπλῶς κύκλος φύ-
σει μὲν ἀορίστως μετρεῖται. ὁριστικῶς οὐχ ὑποπίπτει μετρήσει. οὕτω
τὸ παρὰ τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ προσληφθὲν ἀνθρώπινον σῶμα, σῶμα μέν ἐστι
φύσει. καθ' ὃ δὲ κοινὸν ὄν, οὐδαμῶς ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτει, ἀ-
σώματον καλεῖται. ἐπ' ἂν δὲ χαρακτηρίζεται ὁριστικοῖς ἰδιώμα-
σιν, ὁριστικῶς αὐτίκα τῇ αἰσθήσει ὑποπίπτει χρηματίσαν αἰσθητόν
τε, καὶ ἅπτωτον.

Οὐ δὲ μὴν ὁ χαρακτὴρ τῶν ἰδιωμάτων μερικὸν πρᾶγμά ἐ-
στιν, ἤγουν ὑπόστασις. ὁ χαρακτὴρ γὰρ οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, ἤγουν οὐκ
ἄλλης ὑποστάσεως ἐν Χριστῷ, εἰ μὴ τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ. ὃν τρόπον ἡμῶν
ἑκάστου τῶν ἰδιωμάτων ὁ χαρακτὴρ, οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, ἢ ἐκείνου,
οὗπέρ ἐστιν ὁ χαρακτήρ. ὅθεν ὁ ἀΐδιος υἱὸς, ὁ αὐτός ἐστι θεός τε, καὶ
ἄνθρωπος, τοῦτ' ἔστιν, ὁ αὐτός ἐστιν ὁ πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ πα-
τρὸς γεγεννημένος. καὶ Ιησοῦς ὁ ἐκ παρθένου Μαρίας ἐπὶ τέλει
τῶν αἰώνων ἀπόρως τεχθεὶς, ὑπόστασις μία τῆς τριάδος ὑπάρ-
χων. διὸ κυρίως, καὶ ἀληθῶς ἡ πάναγνος, καὶ πανάμωμος
Δαυϊδικὴ νεᾶνις θεοτόκος ὁμολογεῖται. αὐτὸν γὰρ τὸν ἀΐδιον τέτοκεν
υἱὸν ἄνθρωπον γεγονότα καθ' ἡμᾶς, κατὰ πάντα, δίχα τῆς ἁμαρτίας,
καὶ Ιησοῦν προσαγορευθέντα καθὼς ἡμῶν προσαγορεύεται Πέτρος
τυχὸν, ἢ Παῦλος, ἢ ὅ, τι οὖν κύριον ὄνομα. τηλαυγέστατα τοίνυν ἀπο-
δέδεικται, ὅτι περ εἰ καὶ κοινὸν πρᾶγμα προσείληφεν ὁ ἀΐδιος υἱὸς,
ὅπερ ἐστὶν ἀσώματον, ἤγουν τὴν ἀνθρωπίνην οὐσίαν, ἀλλ' οὖν οὐκ ἀπα-
γορεύεται σωματωθῆναι, ἤγουν σαρκωθῆναί τε, καὶ ἐνανθρωπῆσαι,
καθώς φησιν ὁ παράφρων αἱρετικός. καὶ τοῦτο δὲ πάλιν εἰδέναι
χρὴ, ὡς οἱ αἱρετίζοντες τοῦτο δὴ χάριν παραδοῦσι συστῆσαι τὴν φύσιν
εἶναι κοινήν τε, καὶ μερικήν. τὴν μὲν κοινὴν· πάσας εἶναι τὰς ὑπο-
στάσεις· τὴν δὲ μερικὴν μίαν ὑπόστασιν λέγοντες, ὅπως ὁμολο-
γηθὲν τοῦτο, καὶ ὀχυρωθὲν αὐτοῖς, ὅπλον γένηται πρὸς καθαίρεσιν
τοῦ ἀληθινοῦ, καὶ ἀκαθαιρέτου δόγματος. εἰ γὰρ τοῦτο τὸ παρ' ἐ-
κείνοις ὡμολογημένον ἀληθείας εἴχετο, ἔμελλεν ἄν τις πρὸς τὴν
ἐν Χαλκηδόνι συγκροτηθεῖσαν ἁγιωτάτην φάναι σύνοδον. εἰπέ

μοι,

habet lineas definientes, nequaquam ſubiicitur menſurationi, non enim habet ὁριστικὸν σταυρὸν, id eſt, lineam partientem in modum crucis, qua poſsit cognoſci, quantus ſit; poſtquam autẽ factus fuerit circulus particularis, ſpecialis, & definitus; ſtatim menſura circumſcribetur, quãtam habeat magnitudinem. igitur circulus, qui ſimpliciter dicitur, natura quidem indefinite menſuratur. definitè verò non ſubiicitur menſuræ. Sic humanum corpus ab æterno filio aſſumptum, corpus quidem eſt natura, quatenus verò commune, nequaquã ſub ſenſum cadens, incorporeum vocatur; poſtquam verò ſignatur proprietatibus definitis, continuò definitè ſub ſenſum cadit, vocaturque ſenſile, & tactile.

Neque character proprietatum res particularis eſt, id eſt, hypoſtaſis, character enim non eſt alterius, id eſt, alterius hypoſtaſis in Chriſto, niſi æterni filij, ſicut character proprietatũ cuiuſque, non eſt alterius character, quàm eius, cuius eſt character. Vnde æternus filius idem eſt Deus & homo, id eſt, idem eſt ante omnia ſæcula ex Patre genitus, & Ieſus ex Virgine Maria in fine ſæculorum ſine virili ſemine natus, qui eſt vna hypoſtaſis Trinitatis. quocirca propriè & verè caſtiſsima, & omnis maculæ expers virgo ſtirpis Dauidicæ Deipara, id eſt, mater Dei prædicatur. hæc enim æternum peperit filium factum hominem, ſicut nos in omnibus excepto peccato, Ieſum appellatum, ſicut vnuſquiſque noſtrum appellatur Petrus, verbi gratia, aut Paulus, aut alio quocunque nomine proprio. Clariſsimè igitur demonſtratum eſt, quod etſi communem rem aſſumpſit æternus filius, quæ quidem incorporea eſt, ſcilicet ſubſtantiam humanam, non tamẽ negatur corporatum eſſe, id eſt, incarnatum, factumque eſſe hominem, vt aiunt hæretici amentes. atq; hoc rurſus ſcire oportet, quod hæretici ea de cauſa properant ad conſtituendum, eſſe naturam communẽ, & particularem, communem quidem omnes hypoſtaſes, particularem verò vnam hypoſtaſim, vt hoc conceſſum, & confirmatũ, telum ipſis efficiatur ad labefactãdum verum, & inuiolabile dogma. Si enim hoc, quod illi profitentur, verum eſſet, eſſet aliquid dicendum contra ſanctiſsimam Synodum Chalcedo-

μοι, αἱ δύο φύσεις αὗται, ἃς ἐν Χριστῷ κηρύττεις κοιναί εἰσιν, ἢ μερικαί; εἰ μὲν οὖν ἀποκρίνοιτο, κοινὰς εἶναι, εὐθὺς συλλογίζεται κατ' αὐτῆς λέγων, ὁ Χριστὸς ἄρα κατά σε, πᾶσαι αἱ τῆς θεότητος ὑποστάσεις ἐστὶν, ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ μερικὰς εἶναι φήσειεν. ἐμπεσεῖται τῷ τοῦ Νεστορίου βλασφημήματι, ὡς δύο ἐν Χριστῷ ὑποστάσεις * ὁμολογοῦσα. διὸ τοῖς τῆς ἁγίας συνόδου προμάχοις, καὶ ὑπερασπισταῖς, ἀναγκαῖον ἀποδεῖξαι τὴν φύσιν, μήτε κοινὴν, μήτε μερικὴν λέγεσθαι, ὡς ἐκεῖνοι φασίν. ἀλλὰ κοινὸν πρᾶγμα, φεῦγον τὴν ἀτοπίαν ἑκατέρων, ὅπερ οὐκ ἔστιν, οὔτε πᾶσαι αἱ ὑποστάσεις, οὔτε μία ὑπόστασις, ἀλλὰ τὸ θεωρούμενόν τε, καὶ εὑρισκόμενον ὁλικῶς ἐν ἑκάστῃ τῶν ἑαυτοῦ ὑποστάσεων.

* f. ὁμολογήσας.

Ἀποδείκνυται δὲ σὺν θεῷ τῷ φωτολογοῦντι τοιαύταις ἀποδείξεσιν. πᾶν πρᾶγμα κοινὸν πολλῶν ἐστι κατηγορούμενον. εἰ μὲν οὖν ἡ φύσις κοινῶς λεγομένη πᾶσαι αἱ ὑποστάσεις, ἄρα πᾶσαι πασῶν ἑαυτῶν κατηγορηθήσονται. τὸ δὲ πολλῶν κατηγορούμενον, ὅλον ἐν ἑκάστῳ τῶν πολλῶν εὑρίσκεται, ὧν κατηγορεῖται· κἀντεῦθεν συναχθήσεται πάσας τὰς ὑποστάσεις, καθ' ἑκάστην ἑαυτῶν ὑπόστασιν εὑρίσκεσθαι, ὅπερ ἀδύνατον. ὥστε μὴ εἶναι τὴν φύσιν πάσας τὰς ὑποστάσεις. τὴν γὰρ φύσιν κατ' ἐκείνους κοινῶς νοουμένην, δεῖ κατηγορεῖσθαι τῶν ὑποστάσεων, μὴ λέγεσθαι μερικὴν τὴν φύσιν, ὡς ἐκεῖνοι φασὶν, ὡς ἐντεῦθεν ἀποδειχθήσεται. εἰ γὰρ ἡ φύσις μερικὴ, κατ' ἐκείνους νοουμένη, ὑπόστασίς ἐστιν, ἀνάγκη πᾶσα κατ' αὐτοὺς τόν τε πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τρεῖς μερικὰς ἀριθμεῖσθαι φύσεις, καὶ τρεῖς ὁμολογεῖσθαι θεοὺς, καὶ τρεῖς θεότητας, ὃ δὴ βλασφημιῶν ἐστιν ἁπασῶν ἀκροτάτη, μᾶλλον δὲ τοῦ χριστιανισμοῦ παντελὴς ἄρνησις. ὥστε δῆλοι πεφήνασιν ἀνοήτως λέγοντες, μερικὴν εἶναι φύσιν, οἱ παράφρονες αἱρετικοί. καὶ πάντοθεν στεφανοῦνται κατ' αὐτῶν βασιλικῷ διαδήματι τῶν ὀρθοδόξων ἡ πίστις, ἡ τὸν Χριστὸν ἤγουν τὸν ἀΐδιον υἱὸν ἐνανθρωπηκότα μίαν ὑπόστασιν εἶναι, καὶ δύο φύσεις ὁμολογοῦσα τὸν αὐτὸν ὁμοῦ θεόν τε, καὶ ἄνθρωπον, ὑποκείμενον τὸν αὐτὸν ταῖς δύο φύσεσιν πρὸς κατηγορίαν.

cedonenſem. Dic mihi, hæ duæ naturæ, quas in Chriſto prædicas, communes ſunt, an particulares? Si igitur reſpondeat, communes eſſe, ſtatim ratiocinatur, qui ſecundum eos loquitur, Chriſtus igitur ſecundum te eſt omnes hypoſtaſes diuinitatis, quod quidem abſurdum eſt; Sin verò dicat particulares eſſe, incidet in blaſphemiam Neſtorij, tanquam qui confiteatur duas in Chriſto hypoſtaſes. Quamobrem patronis, & defenſoribus Synodi Chalcedonenſis neceſſe eſt demonſtrare, naturam neque communem, neque particularem dici, ſicut illi dicunt; ſed communem rem, quæ abſurditatem vtrorumque fugit; quæ quidem communis res, nec eſt omnes hypoſtaſes; nec vna hypoſtaſis; ſed quæ ſpectatur, & reperitur ὁλικῶς, id eſt, tota, in vnaquaque hypoſtaſe.

Demonſtratur autem (adiuuante Deo, qui illuminat) huiuſmodi ratiocinationibus. Omnis res communis de multis prædicatur, quare ſi natura communiter dicta, eſt omnes hypoſtaſes, igitur omnes hypoſtaſes de ſe ipſis omnibus prædicabuntur. quod autem de multis prædicatur, totum in vnoquoque multorum, de quibus prædicatur, reperitur. ex quo inferendum erit. vnamquamque hypoſtaſim eſſe ſui hypoſtaſim, quod eſt impoſsibile. vt natura non ſit omnes hypoſtaſes. naturam enim ſecundum illos communiter cogitatam oportet prædicari de multis hypoſtaſibus, non autem dici naturam particularem, vt illi dicunt, quemadmodum, ex his demonſtrabitur. Si enim natura particularis, vt illi intelligunt, hypoſtaſis eſt, neceſſe omnino eſt ſecundum eos Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; tres particulares naturas numerari, & tres deos dici, & tres deitates, quæ eſt ſumma omnium blaſphemia; quin potius Chriſtianiſmum penitus negare, quamobrem manifeſtum eſt amentium hæreticorum eſſe, quod aiunt eſſe naturam particularem; & ex omni parte contra eos regia corona redimitur fides orthodoxa, quæ Chriſtum, æternum ſcilicet filium factum hominem vnam hypoſtaſim eſſe, & duas naturas confitetur eundem Deum ſimul & hominem, eundem ſubiectum duabus naturis vt de

γορίαν. καὶ γὰρ ἑκατέρα τῶν δύο φύσεων κατηγορεῖται αὐτοῦ, καὶ μεταδίδωσιν αὐτῷ τοῦτε ὀνόματος αὐτῆς, καὶ τοῦ ὁρισμοῦ. ὅθεν ὁ ἀΐδιος υἱός ἐστι θεὸς, ὡς ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ ὁρισμὸν ἐπιδέχεται, ὃν τρόπον ἐκείνων ἕκαστος, καί ἐστιν ὁ αὐτὸς ἀΐδιος υἱὸς ἄνθρωπος, ὡς καί ἐστιν ἡμῶν ἕκαστος. καὶ τὸν τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμὸν ἐπιδέχεται τοῦτ᾽ ἔστι τὸ εἶναι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. καθ᾽ ὃν τρόπον ἡμῶν ἕκαστος.

Ὁ δὲ λέγων τὸν χριστὸν μίαν εἶναι σύνθετον φύσιν, ὥς ἐστι μία σύνθετος ὑπόστασις, ὀνόματι φιλοσοφικῷ, τήν τε φύσιν ταύτην ὀνομάσαι, καὶ τὴν ὑπόστασιν, ὡσαύτως βιασθήσεται. τὴν μέν τοι ὑπόστασιν πάντως καλέσειεν ἀΐδιον υἱὸν σεσαρκωμένον. τῇ δὲ φύσει τίνα κλῆσιν ἄρα ἐφαρμόσειν δυνήσεται; εἰ γὰρ θεὸν ταύτην ὀνομάσειεν, ἀρνήσεται τὴν ἀνθρωπότητα. εἰ δὲ ταύτην ἄνθρωπον προσαγορεύσειεν, ἀνελεῖ τὴν τριάδα. εἰ δὲ μήτε θεὸν, μήτε ἄνθρωπον ταύτην ὀνομάσειεν, τὸν χριστὸν ἄρα παραστήσεται, μήτε θεὸν εἶναι μήτε ἄνθρωπον. καὶ πρὸς τῇ αἰσχύνῃ, καὶ μεγίστῳ περιπεσεῖται βλασφημήματι, καὶ ἀπωλείας χάσματι. ποῖον γὰρ ἐφεύροι ὁ δύστηνος, τῇ δε τῇ κενῇ, καὶ νωθεῖ φύσει ἁρμόδιον ὄνομα, ὅτι μὴ σκινδαψὸς, ἢ τραγέλαφος, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων.

Τοῦτο δὲ μάλιστα δεῖ γινώσκειν ὑμᾶς, ὦ φιλομαθέστατοι, ὡς ἡμεῖς οἱ ὀρθόδοξοι τὸν χριστὸν εἶναι μίαν σύνθετον ὑπόστασιν λέγοντες, οὐχ ἑτέραν παρὰ τὴν τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ νοοῦμεν, ὑπόστασιν τὴν μίαν οὖσαν τῆς τριάδος. οὐ γὰρ καινήν τινα συνεισφέρειν ἀνεχόμεθα, μὴ γένοιτο. ἀλλ᾽ οὖν ὁ τρόπος σαφηνιζέσθω τῆς ὑποστατικῆς συνθέσεως. σύνθετον δὴ διχῶς εἶναι τὴν τοῦ ἀϊδίου υἱοῦ λέγομεν ὑπόστασιν. λέγεται γὰρ σύνθετος ἐκ θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος. λέγεται πάλιν σύνθετος, ὡς ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος. ἀλλ᾽ ἐκ θεέτητος, καὶ ἀνθρωπότητος οὐ λέγεται κύριος σύνθετος, μεταφορικῶς δέ. πᾶν γὰρ κυρίως σύνθετον ὂν, οὐκ ἦν παντάπασιν πρὶν ἢ συναφθῆναι τὰ ἐξ ὧν συντέθηται. τὸν δὲ χριστὸν οὔ φαμεν ἁπλῶς μὴ εἶναι παντελῶς πρὸ τῆς συνόδου τῆς θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος ἐξ ὧν συνετέθη. ἀλλὰ τὸν χριστὸν λέγομεν

μὴ

eo prædicentur. vtraque enim natura de eo prædicatur, & communicat cum eo & nomen, & definitionem. vnde æternus Filius eſt Deus, ſicut Pater, & Spiritus ſanctus, & definitionem Dei recipit, ſicut vnuſquiſque illorum, eſtque idem æternus filius homo, ſicut eſt vnuſquiſque noſtrum; & definitionem hominis recipit, id eſt, animal rationale mortale, mentis & diſciplinæ capax, ſicut vnuſquiſque noſtrum.

Qui autem dicit, Chriſtum vnam naturam compoſitam eſſe, ſicut eſt vna compoſita hypoſtaſis, cogetur nominare nomine philoſophico hanc, naturam, & ſimiliter hypoſtaſim. atq; hypoſtaſim quidem omnino vocauerit æternum filium incarnatum. naturæ verò quam appellationem accommodare poterit? Si enim hanc appellet DEVM, negabit humanitatem: ſin autem hanc appellet hominem, tollet Trinitatem. Sin verò hanc neque Deum, neque hominem nominet, Chriſtum igitur ſtatuet neque Deum eſſe, neque hominem. incidetque in dedecus, & maximum crimen, & interitum. Quod enim nomen miſer inuenire poterit inani, & tardæ naturæ accommodatum? non enim nomen ſcindapſus, aut tragelaphus, aut aliud huiuſmodi.

Hoc autem maximè aduertendum eſt, vobis qui ſtudio diſcendi tenemini, quod nos orthodoxi cùm Chriſtum vnam hypoſtaſim compoſitam eſſe dicimus, non aliam hypoſtaſim, quàm hypoſtaſim æterni filij intelligimus, quæ vna eſt Trinitatis, non enim patimur aliquam communem induci, abſit. Sed declaremus modum hypoſtaticæ compoſitionis. Compoſitam quidem dupliciter eſſe æterni filij Dei hypoſtaſim dicimus. dicitur enim compoſita ex diuinitate, & humanitate: & dicitur rurſus compoſita ex anima & corpore, ſicut vnuſquiſque homo. Sed ex deitate & humanitate non dicitur propriè compoſita, ſed metaphoricè, ſiue translatè. omne enim quod propriè compoſitum eſt, non erat prius quàm copulata eſſent ea, ex quibus compoſitum eſt. Chriſtum verò non dicimus ſimpliciter, & abſolutè non eſſe Chriſtum ante diuinitatis cum humanitate à quibus componitur,

μὴ εἶναι χριστὸν μετὰ προδιορισμοῦ πρὶν ἢ συνελθεῖν ἐν αὐτῷ τὴν θεό-
τητά τε, καὶ ἀνθρωπότητα. ὧν καθ' ὑπόστασιν συνδραμουσῶν εἰς ἀ-
σύγχυτόν τε, καὶ ἄτρεπτον ἕνωσιν, μετενήνεκται ἐπ' αὐτὸν ἡ σύνθεσις
ἀπὸ τῆς ἀληθῶς οὔσης συνθέσεως, καὶ μεταφορικῷ τρόπῳ κέκλη-
ται σύνθετος ἐκ θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος. τὸ γὰρ κυρίως
ἐκ πραγμάτων συντιθέμενον, ἄλλῳ τινὶ κατονομάζεται παρὰ
τῶν πραγμάτων ὀνόματι, ἀφ' ὧν συνετέθη, ἅτε τρίτον ἀποτέλεσ-
μα γεγονὼς, παρὰ τὰ, ἀφ' ὧν συντέθειται. τοῦ γὰρ ἀνθρώπου συν-
τεθέντος ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, οὐ κατονομάζεται τὸ ἄνθρω-
πος ὀνόματι, οὔτε ἡ ψυχὴ, οὔτε τὸ σῶμα. ὁ μέντοι χριστὸς τρόπῳ τι-
νὶ συντεθειμένος ἐξ ἀϊδίου τε υἱοῦ, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸς ὁ ἀΐ-
διος υἱός ἐστι ὁ χριστὸς, εἰ καὶ μὴ χριστὸς κέκληται πρὸ τῆς αὐτοῦ σαρ-
κώσεως. ἐντεῦθεν αἱ ἅγιαι γραφαὶ πᾶσαι, καὶ ἡ κατὰ νικαίαν τῶν ἁ-
γίων τριακοσίων δεκαοκτὼ πατέρων θεόκλητος σύνοδος, τὸν
κύριον Ἰησοῦν χριστὸν κηρύττουσιν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι πρὸ πάν-
των τῶν αἰώνων, καὶ τοὺς αἰῶνας πεποιηκέναι· καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄν-
τος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα προσενηνοχέναι· σοφίαν τε τοῦ πατρὸς
εἶναι, καὶ λόγον, καὶ δύναμιν. εἰ δὲ ἦν τὸ συντεθὲν ἐκ θεότητός
τε, καὶ ἀνθρωπότητος, τοῦτ' ἔστι ὁ χριστὸς ὑπόστασις, καινὴ παρὰ
τὴν ἀΐδιον, οὐκ ἂν εἴη ὁ χριστὸς ἐκ πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων
γεγεννημένος, οὐδὲ ποιητὴς τῶν αἰώνων, οὔτε μὴν σοφία τοῦ πατρὸς,
καὶ λόγος, καὶ δύναμις. οὕτω τοίνυν λέγεται ὁ κύριος Ἰησοῦς Χρι-
στὸς, ἤγουν, ἡ μία σύνθετος ὑπόστασις, ἐκ θεότητός τε, καὶ ἀνθρω-
πότητος συντεθεῖσθαι, οὐχ, ὡς φαμὲν πᾶν σύνθετον συγκεῖσθαι, ἐξ
ὧν συνέστηκεν.

Κατὰ δεύτερον δὲ τρόπον ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, τοῦτ' ἔστι, ὁ
σεσαρκωμένος ἀΐδιος μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ λέγεται συντεθεῖσθαι
ἐκ ψυχῆς τε, καὶ σώματος, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἀΐ-
διος υἱὸς θεὸς ὢν φύσει γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, μεμενη-
κὼς θεὸς οἷος καὶ πρώην, λέγεται κατ' αὐτοῦ πάντως, ὅσα καθ' ἡ-
μῶν ἑκάστου. ὡς οὖν ἕκαστος ἡμῶν σύνθετός ἐστι ἐκ ψυχῆς, καὶ σώ-
ματος, καὶ αὐτὸς παραπλησίως ἡμῖν κεχρημάτικεν ἐκ ψυχῆς τε,

coniunctionem: sed dicimus non esse Christum, cùm determinatione, prius scilicet quàm in eo congressum haberent diuinitas, & humanitas, quibus congresis in vnionem confusionis, & mutationis expertem, translata est in eum compositio à vera compositione, & modo metaphorico vocata est composita ex deitate, & humanitate. Quod enim propriè ex re compositum est, alio quodam nomine, quàm nomine earum rerum, ex quibus compositum est, nominatur. homine enim composito ex anima & corpore, non nominatur nomine hominis anima, neque corpus. Christus tamen quodammodo compositus ex æterno Filio, & humanitate, ipse æternus Filius est Christus; tametsi non est appellatus Christus ante incarnationem suam. Hinc Scripturæ sanctæ, & sancta Nicæna CCC. XVIII. Patrum à Deo congregata Synodus Dominum IESVM CHRISTVM prædicat ex Patre genitum ante omnia sæcula, & sæcula fecisse; & omnia ex nihilo fecisse, vt essent; esseque sapientiam Patris, & verbum, & virtutem. Si autem esset compositum ex diuinitate, & humanitate, id est, Christus noua hypostasis præter æternam, non esset Christus ex Patre ante omnia sæcula genitus, nec auctor sæculorum, neque sapientia Patris, & verbum, & virtus. Sic igitur dicitur Dominus IESVS CHRISTVS vna scilicet composita hypostasis, ex diuinitate, & humanitate composita esse, non sicut dicimus compositum conflari ex quibus consistit.

Secundo modo IESVS CHRISTVS, id est, incarnatus, æternus, vnigenitus Filius Dei dicitur compositus esse ex anima, & corpore, sicut antea diximus, quia enim æternus Filius natura Deus factus est homo tanquam vnus nostrum, manens alioqui Deus, qualis antea, de eo dicuntur, quæcunque de vnoquoque nostrum. vt ergo quisque nostrum compositus est ex anima & corpore, similiter & ipse compositus

καὶ σώματος. διχῶς ἄρα σαφῶς ἀποδέδεικται τὸν Χριστὸν σύνθετον λέγεσθαι, καθ᾽ ἃ προειρήκαμεν, ἔκ τε θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος. καὶ ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, τὸν ἀΐδιον υἱὸν ὄντα. τοῦτ᾽ ἔστι τὴν μίαν τῆς τριάδος ὑπόστασιν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ αὐτοῦ πνεύματι εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

III.

*Genebr. vertit: cum Emeseno cursore. Malim cũ praefecto cursorum, seu Veredariorum, quẽ Germani vocant,* den Postmeister: *Graeci* λογοθέτην τοῦ δρόμου.

## Διάλογος Θεοδώρου τοῦ γεγονότος Ἐπισκόπου Καρῶν, τὸ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ. γινόμενος πρὸς * τὸν τοῦ δρόμου ἐμέσης, αἰτησάμενον ἀπόδειξιν ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπολογισμοῦ, ὅτι ἐστὶ θεός.

Πρόσκειται οὖν τῷ μὲν προσώπῳ τοῦ ὀρθοδόξου A. τῷ δὲ τοῦ ἀπίστου B.

B. Ἀπόδος, ὦ οὗτος, ἀπόδειξιν, ὅτι ἐστὶ θεός. A. ἅπας ἀριθμὸς προσδεχόμενος προσθήκην, καὶ πέρας ἐπιδέχεται. ὁ οὖν τῶν ἀνθρώπων ἀριθμὸς ἐπιδεχόμενος προσθήκην, πεπερασμένος ἐστὶν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἀγνοοῦμεν τὴν ποσότητα, ἀλλ᾽ ὑποθώμεθα συντομίας καὶ σαφηνείας ἕνεκεν, εἶναι τοὺς πάντας ἀνθρώπους ἑκατόν. ἀδύνατον δὲ τούτους ἅπαντας γεννητοὺς ὑπάρχειν, ἐξ ἀλλήλων μὲν γὰρ γενεαλογοῦνται, ἀλλὰ ἀναποδίζων ὁ νοῦς τὴν γενεαλογίαν ἐπὶ τὰ ἄνω εἰς ἕνα καταντᾷ πάντως ἀγέννητον. οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἐπὶ τὸν πρῶτον ἐλθόντας εἰπεῖν αὐτὸν ἐξ ἄλλου γεγεννῆσθαι· ἐπεὶ κἀκεῖνος ἐξ ἑτέρου γεγεννημένος ἂν εἴη. μέχρις ἂν ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀγέννητον τὸν νοῦν ἐπερείσωμεν. ἀνάγκη τοίνυν τοῦτον, ἢ ἐκ τῆς γῆς φῦναι, καθάπερ τὰ βλαστήματα. ἢ ἀΐδιον εἶναι, ἢ ὑπό τινος δημιουργοῦ πεποιῆσθαι. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐκ τῆς γῆς ἐβλάστηκε, καὶ εἰς ἔτι ἂν ἄχρι τοῦ παρόντος ἑτέρους ἐβλάστανεν, ὥσπερ καὶ τὰ τῶν δένδρων, καὶ βοτανῶν εἴδη. ἐπειδὴ δὲ οὐχ ὁρῶμεν τοῦτο γινόμενον, δῆλον, ὅτι οὐδὲ τὸν πρῶτον ἐβλάστησεν. οὐδὲ μὴν ἀΐδιος ἦν. εἰ γὰρ ἄναρχος, καὶ ἀΐδιος ὑπῆρχεν, οὐκ ἂν ἐτεθνήκει, οὐδ᾽ ἂν ἀπώλετο. τὸ γὰρ ἄναρχον, καὶ ἀτελεύτητον. λείπεται τοιγαροῦν * αὐτὸν πεποιῆσθαι, τὸ δὲ πεποιημένον ἔχει ποιητήν. ἄρα τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ κτίσης τε, καὶ ποιητής.

*αὐτὸ πεποίηται.

Δέχου

ex anima & corpore vocatus eſt. Demonſtratum igitur eſt, dupliciter Chriſtum compoſitum dici, ſicut prius diximus, ex diuinitate,& humanitate; & ex anima & corpore, æternum Filium, id eſt, vnam hypoſtaſim Trinitatis. cui gloria & imperium cum Patre ſine principio, & ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

## Beati Theodori Epiſcopi *Charran cognomento Abucara dialogos πρὸς τὸν τοῦ δρόμου ἐμέσης, qui petierat, vt ratiocinatione demonſtraret, Deum eſſe.

III.

** Lege Carum. Fuit enim Cariæ Epiſcopus, nō Charrarum in Meſopotamia.*

*Franciſco Turriano interprete.*

*A. Orthodoxus. B. Infidelis.*

B. Demonſtra eſſe Deum. A. Omnis numerus, qui recipit acceſsionem, finem quoq; recipit. numerus igitur hominum acceſsionem recipiens, finitus eſt, quamuis nos quantus ſit, ignoremus, ſed ponamus breuitatis, & declarationis gratia, omnes homines eſſe centum. fieri non poteſt, vt hi omnes fuerint geniti. alij quidem ex aliis ortum ducunt, ſed mens rationem ortus, & originis ſurſum reuocans, omnino ad vnum non genitum euadit, cùm enim ad primum deuenerit, non poteſt dicere, ex alio ortum eſſe, quia & ille alius ex alio item generatus eſſet, donec in primo mens conſiſtat fixa. neceſſe igitur eſt ex terra natum eſſe hunc inſtar arborum, aut æternum eſſe, aut ab aliquo creatore factum eſſe. Sed ſi è terra ortus fuiſſet, adhuc vſque in hodiernum diem alios terra procrearet, ſicut fit in genere arborum, & herbarum. at quia hoc fieri non videmus, manifeſtum eſt, neque primùm procreaſſe: ſed nec æternus erat. Si enim principio caruiſſet, eſſetque æternus, nunquam mortuus fuiſſet, neq; interiſſet. Quod enim principium non habet, neque finem habet. relinquitur igitur, vt factus fuerit. quod autem factum eſt, auctorem habet. eſt igitur creator, & auctor hominum Deus.

Accipe

Δέχου δὲ, καὶ ἄλλην ἀπόδειξιν εἰς θεογνωσίαν καθοδηγοῦσαν. εἰπέ μοι εἰ βῶλον ἐκ τῆς γῆς λαβὼν ἐφ' ὑψηλὸν ἀναβαίην δωμάτιον, κἀκεῖθεν τοῦτον ἀφείην, οὐχὶ φύσει κατωφερὴς ὢν ἐπὶ τὰ κάτω διηνεκῶς φέρεται μέχρις ἂν ἐπὶ στερεώτερον, καὶ ἀκίνητον ἐρεισθῇ; Β. ναί. Α. οὕτως καὶ ἡ γῆ. ἐκ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν καταλαμβάνεται. καὶ μὴ γὰρ κάτωθεν εἶχέν τι στερεώτερον ὑπερεῖδον αὐτὴν, οὐκ ἂν ἔληξεν κάτω φερομένη. νῦν δὲ ταύτην ὁρῶμεν ἀσάλευτον. ἔστιν ἄρα δύναμίς τις ἰσχυροτέρα ἡ ταύτην ὑπερείδουσα, καὶ βαστάζουσα, ἥτις ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. εἰ γὰρ ἕτερον ὑπεῖναι σῶμα φαίη τις ὑπερεῖδον αὐτὴν, τί τὸ κἀκεῖνο βαστάζον; καὶ οὕτω διατείνων τὴν ἔρευναν ὁ λογισμὸς, οὐ παύεται ἄχρις ἂν ἐπί τι πέρας στῇ βασταζομένων. οὐ γὰρ ἂν ἄπειρος κάτωθεν εἴη, ἄνωθεν πεπερασμένη. τὸ γὰρ ἐξ ἑνὸς μέρους πεπερασμένον, καὶ ἐκ τοῦ ἄλλου δῆλον, ὅτι πέρας ἕξει. εἰ γὰρ σπαρτίον καθ' ὑπόθεσιν ἦν ἐκ τοῦδε τοῦ μέρους τῆς γῆς, ἕως τοῦ ἑτέρου διῆκον μέρους. ἐπιλαβόμενος δὲ τοῦ ἐπιφαινομένου ἄκρου τοῦ σπαρτίου, ἐξείλκυσα δύο, ἢ τρεῖς πήχεις, οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου ἀφανοῦς μέρους, ἀνάγκη ἀποσπασθῆναι τὸ ἄκρον τοῦ σπαρτίου, ἐξελκόμενον ἐπὶ τὰ ἄνω τοσοῦτον, καθόσον ἐξείλκυσα μέτρον; ἐντεῦθέν ἐστι σαφῶς εἰδέναι τὴν γῆν τὸ πέρας ἔχειν κάτωθεν. ὥστε ἐκ τούτων ἀποδέδεικται, ὅτι τῶν ὄντων ἐστὶ ποιητής.

Β. Καλῶς πάνυ ἀπέδειξας. καὶ χάριν ἔχω σοι τῆς ὠφελείας. πόθεν δὲ τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀποδείξεις, υἱὸν ἔχειν; Α. οὐκ οἶσθα, ὅτι, ἄλλο ἐστὶ, τὸ τύπτον, καὶ ἄλλο, τὸ τυπτόμενον, καὶ ἄλλο, τὸ βλέπον, καὶ ἄλλο, τὸ βλεπόμενον; καὶ ἄλλο, τὸ γινῶσκον, καὶ ἄλλο, τὸ γινωσκόμενον; Β. ναὶ τοῦτο πάντως οὕτως ἔχει. οὐ γὰρ δύναται τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ἐνεργοῦν, καὶ τὸ πάσχον. Α. ὁ δὲ θεὸς οὐχὶ ἁπλοῦν ἐστι, καὶ παντελῶς ἄκρατον, καὶ ἀμιγὲς, καὶ ἀσύνθετον; Β. οὕτως ὤφειλεν εἶναι. Α. τὸ οὖν πάντη ἁπλοῦν, καὶ ἓν κατὰ πάντα πῶς ἑαυτὸ γινώσκει; δέδοται γὰρ ἄλλο εἶναι τὸ γινῶσκον, καὶ ἄλλο, τὸ γινωσκόμενον. καὶ τοῦτο μάλιστα θεωρεῖται ἐπὶ τῶν μονομερῶν, καὶ ἁπλῶν. τῶν γὰρ ἐκ μερῶν συγκειμένων τάχα δυνήσεται μέρος μὲν ὁρᾶν, μέρος δέ τι ὁρᾶσθαι, καί τι μὲν γινώσκειν, τὶ δὲ γινώσκεσθαι. τὸ τοιοῦτον δὲ σύνθεσιν ἐξ ἀνάγκης εἰσάγει. ὁ δὲ θεὸς, συνθέσεως πάσης ἀνεπίδεκτος, ὁ πάσης ἀϋλίας, καὶ ἁπλότητος ἐπέκεινα. ἀνάγκη τοίνυν δυοῖν θάτερον εἰπεῖν,

Accipe aliam demonſtrationem, quę ad cognitionem Dei deducit. Dic mihi, ſi glebam è terra acciperem, & in altum tectum aſcenderem, & inde hanc dimitterem, an non natura perpetuo deorſum ferretur, quouſque in firmiore quopiam, & immobili firmaretur? B. Maxime. A. Sic etiam terra, ex parte enim intelligitur totum. niſi enim haberet aliquid firmius, quod ipſam fulciret, nunquam deſineret ferri deorſum. nunc autem videmus hanc immotam, eſt igitur vis aliqua fortior, quæ hanc ſuſtinet, & portat, quæ eſt verbum Dei. Si enim dicas aliud corpus ſubeſſe, quod eam ſuſtineat, quid erit, quod illud ipſum corpus portat, & ſuſtinet? atque ita cogitatio ſcrutari pergens, non ceſſabit quouſque quieſcat in aliquo termino, & extremo, quod ſuſtinetur. non enim eſt inferne infinitum, quod eſt ſuperne terminatum. quod enim eſt ex vna parte terminatum, etiam ex alia terminum habebit. nam ſi funis, vt ita ponamus, ex hac parte terræ vſque ad alteram partem pertingat, ipſe vero ſummã partem funis, qui videtur, apprehendam, & duobus aut tribus cubitis eum protendam, annon neceſſe erit, ex altera parte, quæ non apparet, auelli ſummam partem funis tanto ſpatio ſurſum attractam, quanto ex altera parte attraxi? hinc licet perſpicuè cognoſcere habere terram finem inferne. Quare ex his demonſtratum eſt, eſſe Deum omnium rerum auctorem.

B. Pulcherrimè demonſtraſti. & gratiam habeo pro vtilitate mihi allata. Vnde autem demonſtrabis hunc auctorem habere filium? A. Nonne ſcis aliud eſſe percuſſum, aliud percutiens? aliud videns, aliud quod videtur? aliud cognoſcens, aliud, quod cognoſcitur? B. Maximè. ſic enim omnino habet. non enim poteſt idem eſſe agens, & patiens. A. Deus verò an non eſt quiddam ſimplex, & penitus purum, immixtum, & à compoſitione alienum? B. Sic oportet eſſe. A. Quod igitur eſt ex toto ſimplex, & per omnia vnum, quomodo ſeipſum cognoſcit? conceſſum eſt enim aliud eſſe, quod cognoſcit; & aliud quod cognóſcitur. & hoc maximè ſpectatur, & cernitur, in ſimplicibus, & μονομερῆς, id eſt, vnius modi. Quod enim ex partib. compoſitũ eſt, poterit forte vna pãrte videre, & alia videri, quod autem eiuſmodi eſt, neceſſario compoſi-

εἰπεῖν, ἢ ὅτι ἑαυτὸν γινώσκει ὁ θεὸς, καὶ οὕτως ἐστὶ σύνθετος, καὶ πά-
λιν, ἡ πρώτη σύνθεσις, καὶ ὁμολογία ἀνατραπήσεται, ἄλλο μὲν τιθε-
μένη, τὸ γινῶσκον εἶναι, ἄλλο δὲ, τὸ γινωσκόμενον. ἢ ἐν ἀγνοίᾳ ἑαυ-
τοῦ τὸν θεὸν καθεστάναι, ὅπερ καὶ αὐτὸ λίαν ἄτοπον. Β. ἀναντίῤῥη-
τος ὁ λόγος. Α. ἐπεὶ οὖν ἄμφω πεφύκασιν ἄτοπα, πῶς ἑαυ-
τὸν ὁ θεὸς εἴσεται μένων ἐν τῇ ἁπλότητι; Β. οὐ συνορῶ πῶς. Α. πᾶσα
γνῶσις καθ' ἕνα τρόπον γίνεται. ἢ γὰρ ἐκ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως γινώσκε-
ται, ὡς ὅτ' ἂν ἴδω τινὰ, γινώσκω ἢ λευκός ἐστιν, ἢ μέλας, ἢ οὐλόθριξ,
ἢ ἁπλόθριξ, ἢ εὐειδὴς, ἢ δυσειδὴς, μακρὸς ἢ κολοβὸς, ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου,
ἤγουν ὁμοουσίου, καὶ ὁμοφυοῦς, οἷον πόθεν γινώσκεις, ὅτι καρδίαν ἔ-
χεις. καὶ ἧπαρ, καὶ σπλῆνα, καὶ τὴν ἔνδον λοιπὴν διάπλασιν, καὶ
οἰκονομίαν, ἣν οὐχ ἑώρακας πώποτε. εἰ μὴ ἐξ ἄλλου ὁμοφυοῦς ἐξ οὗ σε
αὐτὸν τοιοῦτον ὑπάρχειν ἐπέγνωκας. ἐκ γὰρ τῶν ὁμοίων τὰ ὅμοια
καταλαμβάνεται. τρίτον, ἐξ ἴχνους τινὸς πολλάκις γνωρίζεται τὸ
πρᾶγμα. οἷον, εἰ παρέλθοιμι διά τινος ἀρούρας ἠροτριασμένης, καὶ
εἰργασμένης ὑπό τινος εἰργάσθαι ταύτην γινώσκω ἐκ τοῦ ἴχνους,
εἰ καὶ τοὺς ἀρόσαντας οὐ τεθέαμαι. καὶ πάλιν, εἰ ἀπό τινος πύργου
τετειχισμένου πάντοθεν ἴδω βέλος, ἢ λίθον εἰς ὕψος ἀκοντιζόμενον
ὑπό τινος ἐξηκοντίσθαι καταλαμβάνομαι. τέταρτον ἐξ ἰνδάλμα-
τος πολλάκις γινώσκεταί τις. εἰ γὰρ κατέχων ἔσοπτρον μορφήν τι-
νος ὄπισθέν μου ἱσταμένου, καὶ ἐνατενίζοντος εἰκονισθεῖσαν ἐν αὐτῷ
κατοπτρίσομαι. γινώσκω εἰ φαλακρός ἐστιν, ἢ σιμὸς, ἢ γρύπος, ἢ με-
γαλόφθαλμος, ἀπὸ τοῦ ἐντυπωθέντος τῷ ἐσόπτρῳ ὁμοιώματος.
πέμπτον, ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία γινώσκεται πολλάκις. ὡς, ὅτι
τῷ Ἀδὰμ εἶπεν ὁ θεὸς, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ
ἀποθανῇ. πόθεν ᾔδει ὁ Ἀδὰμ τί ἐστι θάνατος, μὴ δέ ποτε αὐτὸν ἑω-
ρακώς; οὐ γὰρ προεῖδεν ἀποθνήσκοντά τινα, εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἐναντίου,
ἤγουν ἐκ τῆς ζωῆς. ἡ γὰρ στέρησις τῆς ζωῆς δῆλον ὅτι θάνατος.
οὕτως καὶ ὁ πλούσιος τὴν πενίαν, καὶ ὁ ὑγιὴς τὴν νόσον ἐπίστα-
ται.

Κατὰ ποῖον οὖν τῶν πέντε τρόπων τούτων ἑαυτὸν ὁ θεὸς οἶδεν; ἐξ

αὐτοῦ

tionem secum infert; Deus autem non potest esse compositus, qui est supra omnem simplicitatem, & omnem vacationem * materiæ, quare necesse est alterum duorum dicere, aut quod se ipsum cognoscit Deus, & ita erit compositus, & rursus primũ, quod posuisti, & concessisti, euertetur. Posuisti enim aliud esse quod cognoscit; & aliud, quod cognoscitur. aut quod se ipsum ignorat, quod est valde absurdũ. B. Non potest contradici. A. Igitur quandoquidem vtrumque est absurdum, Quomodo seipsum cognoscit Deus manens in simplicitate? B. Non intelligo, quomodo. A. Omnis cognitio fit vno quopiam ex quinque modis, aut enim cognoscitur ἐκ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως, id est, ex propria essentia, vt cum videns aliquem, cognosco esse album vel nigrum, capillo crispo, vel non crispo, formosum vel deformem, longum aut curtum, aut cognoscitur ex simili, id est, ex eadem substantia, & natura, verbi gratia, vnde cognoscis, quod habes cor, & hepar, & splenem, & reliquã interiorem formationem, & dispositionem, quam nunquam vidisti, nisi ex alio eiusdem naturæ, ex quo te cognouisti talem esse. ex similibus enim similia comprehenduntur. tertius modus, ex vestigio quodam sæpe res cognoscitur, vt si transeam per agrum aliquem aratum, & cultum, ab aliquo, excultum esse ex vestigio cognosco, quamuis non viderim aratores. & rursus, si ex aliqua arce vndique muris cincta videam telum, aut lapidem in sublime emissum, intelligo ab aliquo emissum esse. quartus modus, cùm aliquis cognoscitur ex imagine. Si enim teneam speculum, & formam in eo apparentem alicuius retro stantis, & in speculum intuentis spectem, cognosco, vtrum ille caluitiem habeat, aut sit simus, aut naso adunco, vel magnis oculis, à similitudine in speculo expressa. Quintus modus, sæpenumero contraria ex contrariis cognoscuntur, vt cum dixit Deus Adæ, quocunque die ex ligno comederis, morte morieris. vnde cognouit Adam, quid esset mors, cùm nunquam eam vidisset? non enim prius viderat aliquem mortuum. Cognouit scilicet ex contrario, id est, ex vita; priuatio enim vitæ mors est. sic diues paupertatem cognoscit; & sanus morbum.

*ἀϋλίαν*

*cognitio ex propria essentia*

*ex simili*

*ex vestigio*

*ex imagine*

*ex contrario*

Quo igitur modo ex his quinq; cognoscit Deus se ipsum?

αὐτοῦ γινώσκειν, ἑαυτὸν οὐδύναται. τοῦτο γὰρ δέδοται, ἄλλον εἶναι τὸν γινώσκοντα, καὶ ἄλλο, τὸ γινωσκόμενον, οὐδὲ μὴν ἐξ ἰχνοῦς τινός. τὰ γὰρ ποιήματα πολλῷ δεύτερα, καὶ κατώτερα. ἀλλ᾽ οὔτε δι᾽ ἐσόπτρου, οὔτε διά τινος τῶν τεσσάρων τρόπων. ἀνάγκη τοίνυν εἶναί τινα κατὰ πάντα ὅμοιον, ἤγουν ὁμοούσιον, καὶ συναΐδιον τῷ θεῷ ἐξ οὗ γνοίη ἑαυτόν. ἵνα μὴ ἀγνοῶν ἑαυτὸν καταλείποιτο. ὁρῶν γὰρ ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, ὅμοιον ἑαυτῷ, κατὰ πάντα, ἑαυτὸν ἐν ἐκείνῳ ὁρᾷ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. B. ἔστω δὴ, τὸν θεὸν ἔχειν τινὰ συναΐδιον, ὅμοιον, ὅπως ἑαυτὸν ἀπ᾽ ἐκείνου γινώσκοι. πόθεν ἀποδείξεις, ὅτι υἱός ἐστιν; A. ἔοικεν τοῖς τῆς δικαιοσύνης ἐρασταῖς τῷ αὐτῷ μέτρῳ, καὶ ζυγῷ, ᾧ μετροῦνταί τε, καὶ σταθμῶνται ἀντιμετρεῖν τε, καὶ ἀντισταθμίζειν. εἰ γὰρ εἴην εἰληφὼς παρά σου χρυσίνους ἑκατὸν, ἐθέλοιμι δέ σοι τούτους ἀποδοῦναι τῷ ζυγῷ, ᾧ σταθμισάμενος εἴληφα. ἐκείνῳ, καὶ σὺ παρ᾽ ἐμοῦ οὐχ ἑτέρῳ ἀπολαβεῖν ὀφείλεις. στάθμιον γὰρ μικρὸν, καὶ μέγα ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου, φησὶν ὁ θεός. πόθεν ἐπιστάμεθα, ὅτι ἐστὶν θεὸς, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ ἰδιώματα; οὐχὶ ἐκ τῶν παρ᾽ ἡμῖν; εἰ γὰρ αὐτὸν οὐχ᾽ ἑωράκαμεν πώποτε, οὐδ᾽ ἐκ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων αὐτὸν καταλαμβανόμεθα, ἀνάγκη πᾶσα ἐν παντελεῖ διαρκεῖν ἡμᾶς ἀγνωσίᾳ τοῦ θεοῦ. ἐκ τῶν οὖν παρ᾽ ἡμῖν τιμιωτέρων τὸν θεὸν διαγράφομεν, τὰ ἡμῖν ἐπισυμβαίνοντα συμπτώματα παντελῶς ὑπεξαιροῦντες ἀπὸ τῶν ὑπὸ θεοῦ λεγομένων. οἷόν ἐστι παρ᾽ ἡμῖν ζωὴ, καὶ θάνατος. τίνι πρέπει ἡμῖν τὸν θεὸν χαρακτηρίσαι, τῇ ζωῇ, ἢ τῷ θανάτῳ; B. δηλονότι τῇ ζωῇ. A. λέγομεν οὖν, ὅτι ὁ θεὸς ζωὴ, καὶ ζῶν ἐστιν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ παρ᾽ ἡμῖν ἡ ζωὴ, καὶ ἀρχὴν ἔχει, καὶ τέλος, καὶ ἐνδεής ἐστι. χρήζει γὰρ τῆς ἔξωθεν ἐπιρροῆς, βρώσεώς τε, καὶ πόσεως, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ἀναπνοῆς, καὶ τῶν τοιούτων, ἐξ ὧν ἡ σύστασις τῆς ἡμετέρας ζωῆς. ταῦτα πάντα τὰ συμπτώματα, καὶ ἐλαττώματα κάτω θέντες, καὶ ἀφελόντες, λέγομεν τὸν θεὸν ζῆν ζωὴν, καὶ τοιαύτην ζωὴν, τὴν μήτε ἀρχὴν, μήτε τέλος ἔχουσαν. μήτε τινὸς παντελῶς τῶν ἔξωθεν χρήζουσαν. ἢ οὐχ᾽ οὕτως ἔχειν σοι δοκεῖ; B. καὶ πάνυ θαυμασίως, καὶ εὐστοχώτατα ἐκ τῶν παρ᾽ ἡμῖν τὸν θεὸν διαγράφεις, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὸν ἄλλοθεν εἰδέναι, ἢ ἄλλως εἰπεῖν. A. οὕτως * ὦ φίλος, ἐπὶ τῶν λοιπῶν μοι νόει· ἔστι παρ᾽ ἡμῖν ὅρασις, καὶ

* Turrian. legit, ὀφείλεις ἐπὶ τῶν λοιπῶν μοι νοεῖν.

cognoſcere ſeipſum è ſe ſcilicet non poteſt. hoc enim datũ eſt, alium eſſe qui cognoſcit; & alium, qui cognoſcitur. nec ex veſtigio aliquo, quæ enim facta ſunt, multò ſunt inferiora. neq; per ſpeculũ; nec alio ex quatuor modis. neceſſe igitur eſt eſſe aliquem per omnia ſimilem, id eſt, homouſion, & coæternum Deo, ex quo cognoſcat ſeipſum, ne reliquum ſit ignorare ſeipſum. videns enim Deus filium ſuum ſibi per omnia ſimilem, ſeipſe in illo videt, ipſe enim filius eſt imago Dei inuiſibilis, & figura ſubſtantiæ eius. B. Eſto, habeat Deus aliquem coæternũ ſimilem, vt ex illo ſe ipſe cognoſcat. Vndè demõſtrabis filium eſſe? A. Decet iuſtitiæ amatores eadem menſura, & lance, qua metiuntur, & ponderant, remetiri, & rependere. Si enim à te accepiſſem centum aureos nummos, vellemq; hos tibi reddere ea lance, qua appenſos accepi, & non alia à me recipere debes. pondus enim paruum, & magnum odiuit anima mea, ait Deus. vnde ſcimus ſi Deus eſt, eiuſq; proprietates? an non ex iis, quæ apud nos ſunt? Etenim ſi nunquam eum vidimus, nec ex creaturis eius eum cognoſcimus, neceſſe omnino eſt nos Deum ignorare. igitur ex iis, quæ apud nos ſunt, nobiliora, Deũ deſcribimus, eas penitus, quæ nobis accidunt aberrationes eximentes è numero eorum, quæ de Deo dicuntur. verbi gratia, apud nos eſt vita & mors, quo decet nos ſignare Deum, vita? an morte? B. Vita ſcilicet. A. Dicimus igitur Deũ viuere, & viuentẽ eſſe. Sed quia apud nos vita & principium habet, & finem, & indiget, indiget enim iis, quę extrinſecus influunt, vt cibo, & potu, & reſpiratione aëris, & aliis huiuſmodi, ex quibus vita noſtra conſtat. his omnibus, quæ accidunt, ſepoſitis, ac remotis, dicimus Deum viuere vitam, quæ neque principium habet, neque finem, nec vlla prorſus re extrinſecus indiget. an non videtur tibi ſic eſſe? B. Admirabiliter, & quàm optimè coniici poteſt, Deum deſcribis, neque poteſt aliunde cognoſci, nec aliter poſſumus de eo loqui. A. Ad eundem modum debes intelligere de reliquis. eſt apud nos aſpectus & cæcitas, relicta cæcitate, Deum dicimus videntem ἀπαθῶς, id eſt,

τύφλωσις. τὴν τύφλωσιν ἀφέντες, τὸν θεὸν λέγομεν ὁρατικὸν ἀπα-
θῶς, ἤτοι, τὰ τῆς ὁράσεως ἐξορίζοντες πάθη ἀπ' αὐτοῦ. ἐν πᾶσι γάρ ἐ-
στιν ὁ θεὸς ἀπαθής. ὡς αὔτως ἀκοὴ καὶ κώφωσις παρ' ἡμῖν. ἀκουστικὸν, οὐ
κωφὸν ἐροῦμεν τὸν θεόν. ὡς αὔτως δὲ, καὶ τὰ λοιπά. * εἰ γὰρ μή ποτε
γραφὴν ἐδεξάμεθα τοῖς τοιούτοις ἴχνεσί τε, καὶ τρόποις τὸν θεὸν ἰχνηλα-
τοῦμεν. B. πάνυγε καλῶς, καὶ ἀποδέκτως εἴρηκας. τῷ αὐτῷ οὖν ζυγῷ, ὦ
δικαιότατε, τὴν τοῦ λόγου ἀκολουθίαν ἀντάπόδος μοι. A. τί παρ' ἡμῖν
τιμαλφέστερον, τὸ γόνιμον, ἢ τὸ ἄγονον; γέννεσις, ἢ στέρωσις; εἰ γὰρ ἐν τού-
τῳ φιλονεικοίης, καὶ ἀδικοίης, φιλονεικήσω κἀγὼ, ὅτι καὶ ὁ θάνατος τῆς
ζωῆς κρείσσων, καὶ ἡ τύφλωσις, καὶ ἡ κώφωσις τῆς ὁράσεως καὶ ἀκοῆς τι-
μιωτέρα. καὶ τί αὖ τῆσδε τῆς φιλονεικίας ἐκτοπώτερόν τε, ἢ καταγε-
λαστότερον; B. ὄντως ἀπέδειξας, ὅτι γόνιμος ὁ θεὸς, καὶ γεννητικός. πά-
σης γὰρ ἀντιλογίας ἀργούσης τιμιώτερον, τὸ γεννᾷν, τῆς στερώσεως, καὶ
ἀκαρπίας. ἀλλὰ τῇ γεννήσει παρέπεται πάθη. A. ἀλλ' ἀγαθὲ, καὶ σοφὲ,
προδιεστάλμεθα τὸ θεῖον κεκτῆσθαι τὰ παρ' ἡμῖν τιμιώτατα, ἄνευ τῆς
ἐπακολουθούσης αὐτοῖς τῶν παθημάτων, καὶ συμπτωμάτων συμβάσε-
ως. B ἀρκούντως περὶ τούτου, καὶ σαφῶς, καὶ ἀληθῶς διεξῆλθες, ὅτι θε-
ός ἐστι. καὶ υἱὸν ἔχει. ἀλλὰ διὰ τί μὴ πλείους ὁ θεὸς ἐγέννησεν, ἵνα πλειό-
νων ἄρχῃ, καὶ βασιλεύῃ; A. ἐπειδὴ ἀνάγκη ἓν τῶν τριῶν τούτων γενέσθαι·
ἢ ἀπείρους γεννῆσαι, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ ἀπελευτήτως, ἢ ὡρισ-
μένον ἀριθμὸν, ἤτοι ἑκατὸν, ἢ ἕνα φέρε εἰπεῖν. εἰ μὲν οὖν ἀπείρους, καὶ
ἀναριθμήτους ἐγέννησεν, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἐγέννα, οὐκ αὖ αὐτοῦ ἡ ἔφε-
σίς ἐστι, οὔτε ἡ εὐδοκία αὐτοῦ ποτὲ ἐπληροῦτο. εἰ δὲ ὡρισμένους τινὰς, οἷον
ἑκατὸν ἐγέννησεν. ὅτου χάριν ἐποίει τοῦτο; πάντως ὡς μὴ οὐχὶ τοῦ ἑνὸς ἐ-
παρκοῦντος πᾶσαν αὐτοῦ πληρῶσαι τὴν εὐδοκίαν, καὶ ἔφεσιν. διὰ τοῦτο γὰρ
τῶν πλειόνων ἡ χρεία. εἰ γὰρ τοῦτο δοίημεν, ἀτελὴς αὖ, καὶ ἐνδεὴς, καὶ οὐκ αὐτάρ-
κης ὁ υἱός. εἰ δὲ ὁ υἱὸς ἐνδεὴς, ἴσος δὲ. καὶ ὅμοιος τῷ πατρὶ πέφυκεν εἶναι
ἀποδέδεικται, ἔσται ἄρα καὶ ὁ θεὸς, καὶ πατὴρ ἀτελής τε καὶ ἐνδεὴς, (ἵλε-
ως γένοιο κύριε,) καὶ οὐκ αὐτάρκης, ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ τέλειός ἐστιν ὁ
υἱὸς, ὡς καὶ ὁ πατὴρ. οὐκ ἔστιν ἑτέρων χρεία. εἰπέ μοι, οὐχὶ φῂς; B ναί.
A τὰ δὲ λοιπὰ ζῶα, λόγου τε, καὶ αὐτεξουσιότητος ἄμοιρα; B. οὕτως
ἔχει. A εἰ οὖν ὁ θεὸς ἠβουλήθη πρὸς ἡμᾶς, ἤγουν εἰς τὸν κόσμον ἀποστει-
λόν τι.

*Desideratur in versione Turriani.

non patiendo, id eſt, remouentes ab eo paſsiones viſionis. eſt enim Deus in omnibus ἀπαθὴς, id eſt, alienus à paſsione. Similiter auditus, & ſurditas eſt apud nos, Deum dicemus audientem, & non ſurdum. Similiter in reliquis. B. Pulchrè, & demonſtranter dixiſti. eadem lance iuſtiſsimè, quæ conſectaria ſunt in hoc ſermone, redde mihi. A. Quid apud nos eſt illuſtrius, ac maioris dignitatis, fœcunditas, an infœcunditas? generatio, an ſterilitas? Si enim in hoc contendis, & iniuſtus ſis, ego etiam contendam mortem eſſe vita meliorem, & cæcitatem ac ſurditatem aſpectu, & auditu honoratiora. ecquid iſta contentione abſurdius, & magis ridendum eſſe poſsit? B. Sanè demonſtraſti Deum eſſe fœcundum, & generantem; idque eſſe citra vllam controuerſiam nobilius. gignere enim præſtantius eſt, quàm ſterilem & infrugiferum eſſe. at generationem ſequuntur paſsiones. A. Bone & ſapiens vir, iam prius conſtituimus, habere Deum nobiliſsima eorum quæ apud nos ſunt abſque iis, quæ conſequuntur, quæ παθήματα & συμπτώματα dicuntur. B. Et ſatis, & planè, ac verè de hoc tractaſti, quod Deus ſit, & filium habeat. Sed quare nõ multos genuit, vt per plures princeps, & regnator eſſet? A. Quia oporteret vt vnũ ex tribus fieret, aut genuiſſe infinitos, & in ſæculũ ſæculi, & perpetuò; aut certo numero, verbi gratia, centum aut vnum. Si infinitos genuiſſet, & perpetuò; nunquam quieſceret eius deſiderium, neq; eius voluntas vnquam impleta eſſet. Sin verò certos, & finitos vt centum generaſſet, qua de cauſſa hoc faceret? profectò quia vnus non ſatis eſſet ad implendum omne deſiderium eius, omnemque voluntatem. idcirco enim opus eſſet pluribus. quod quidem ſi dederimus, ſequitur imperfectum, & indigentẽ eſſe filium, neq; ſibi ſufficere. quod ſi filius ſit indigens, eſt autem æqualis, & ſimilis Patri, vt demonſtratũ eſt, erit igitur etiam Deus Pater imperfectus, & indigens, (ſed propitius ſis mihi Domine) & non per ſe ſufficiens, quod quidem abſurdum eſt. Sin verò perfectus eſt Filius ſicut Pater, nõ opus eſt aliis, dic mihi, nónne tibi ita videtur? B. Sane quidẽ. A. Age. reliqua animalia ſunt ne rationis, & liberi arbitrij expertia? B. Sic eſt. A. Si igitur voluiſſet Deus mittere ad nos, ad

λόν τινα πέμψαι, τίς τοῦ τάγματος ἀποστέλλειν ἔμελλε, ἐξ ἀγγέλων πάντως, ἢ ἀνθρώπων; οὐ γὰρ ἐκ τῶν ἀλόγων ζώων. Β. οὕτως ἔχει. Α. Αὐτεξουσίων οὖν ὄντων, ἐν τῷ ἀποστελλομένῳ ἦν ὑπακοῦσαι τοῦ θεοῦ, ἢ μὴ ὑπακοῦσαι εἰς τὴν ἀποστολήν, καὶ εἰπεῖν, ὡς ἐκελεύσθη, ἢ παρατρέψαι τινά, * ἢ οὐκ; οἶδα ὅτι καὶ Μωσῆς, καὶ Ἱερεμίας, καὶ ἕτεροι ἀποστελλόμενοι παρὰ τοῦ θεοῦ, τὰ πρῶτα παρῃτοῦντο, καὶ ἀνένευον. καὶ διὰ τῆς λειτουργίας, ἢ ἑτέρῳ πάθει κρατούμενοι προεφασίζοντο, μέχρις ἂν αὐτοὺς ὁ θεὸς πλείοσι λόγοις, καὶ παραινέσεσιν ἀνέπειθεν. εἰ δὲ καὶ ἕως τέλους εἵλοντο διαρκέσαι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς μὴν αὐτεξουσίοις ἔκειτο τοῦτο. Β. οὕτως ἔχει. Α. Ὁ δὲ Ἰωνᾶς, καὶ φυγῇ ἐχρήσατο ἀπὸ προσώπου κυρίου εἰς θαρσεῖς, ἀποσταλεὶς παρ' αὐτοῦ εἰς Νινευΐ; Β. οὕτως ἀναγινώσκομεν. Α. εἰ τοίνυν ἀποστελλόμενοι, ἢ παρῃτοῦντο τὴν ἀποστολήν, ἢ ἀνθ' ἑτέρων ἀπήγγελον ἕτερα, ἀνάγκη πᾶσα τῶν δύο, τὸ ἕτερον ἦν γενέσθαι, ἢ τὴν τοῦ θεοῦ βουλὴν ἀργῆσαι τὸ μὴ εὑρίσκειν ἀπόστολον, ἢ αὐτὸν ἀπαναστάντα τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἀπόστολον ἑαυτοῦ, καὶ αὐτάγγελον χρηματίσαι, καὶ διάκονον τῆς ἑαυτοῦ βουλῆς, καὶ αὐτουργόν, καὶ ὑπηρέτην. ὅπερ, ὡς ἀπέδειξεν ὁ λόγος, ἀλλότριον πάντη, καὶ ἀπεξενωμένον τοῦ βασιλικοῦ ἀξιώματος, τὸ δι' ἑαυτοῦ αὐτουργικῶς περαιοῦντι τῶν οἰκείων βουλημάτων τε, καὶ πραγμάτων, ἀποστεῖλαι δὲ πρὸς ἡμᾶς τι τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ τὸ λέγειν ἠλίθιον. οὐκοῦν ἀνάγκη πᾶσα τὸν θεὸν ἔχειν τινὰ ὁμοούσιον ἑαυτοῦ τὸ αὐτεξούσιον ἔχοντα, καὶ τὸ θέλημα, οὐ παρηλλαγμένον, καὶ ἀπάδον παντελῶς τῆς ἰδίας βουλήσεως εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν θείων αὐτοῦ ἐφέσεων, ὅς ἐστιν ὁ υἱὸς συναΐδιος, καὶ ταυτοτελής, καὶ ὁμόβουλος. ὁ καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς τῆς μεγάλης βουλῆς καλούμενος ἄγγελος. * καὶ τοῖς πρώτην χρηματίσας πατράσιν Ἀβραάμ τε, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Μωυσῇ, καὶ τοῖς λοιποῖς, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ἀκριβέστερον ἐντυγχάνων μαθήσῃ.

*aliter hic distinctus est codex Turr.*

*Hæc desunt in versione Turriani.*

Β. Τί δὲ εἰπεῖν ἔχεις περὶ τοῦ πνεύματος, τίς τούτου χρεία ἦν, αὐτάρκους ὄντος τοῦ υἱοῦ, ὡς εἴρηκας, εἰς τελείωσιν τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς βασιλείας τοῦ πατρός; Α. ἰδίωμά ἐστιν τῆς ἐννομωτάτης βασιλείας, τὸ μηδὲν δήποτε ἑαυτοῦ τὸν βασιλέα ποιεῖν. ἀλλά, τὰ δοκοῦντα αὐτῷ διὰ κελεύσεως πληροῦν. εἰ γάρ τι δι' ἑαυτοῦ ποιήσει, ἐλάττωμα, καὶ ὕφεσις, καὶ

ad mundum, inquam, nuncium, ex quo ordine missurus erat? ex angelis, aut ex hominibus? non enim ex animantibus ratione carentibus. B. Ita est. A. Cùm igitur hi essent suæ voluntatis compotes, in potestate eius, qui mitteretur, erat obedire, aut non obedire mittenti; item dicere, vt ei iussum esset; aut aliqua inuertere. an ignoras Moysem, & Hieremiam, & alios à Deo missos recusasse, & detrectasse, ac metu ministerij obeundi, aut alia affectione captos excusasse, quousque Deus multis verbis, & hortationibus eis suasit? quid si vsque ad finem voluissent perseuerare? penes eos tanquam libero arbitrio præditos erat hoc. B. Sic est. A. Ionas autem fugit à facie Domini in Tharsis, cùm ab eo missus est Niniuem. B. Sic legimus. A. Si igitur qui mitterentur, aut recusarent missionem; aut alia pro aliis nunciarent, alterum duorum omnino fieri necesse erat, aut vacare; ac frustra esse consilium Dei; quia non inueniretur nuncius, aut ipsum à regali solio discedentem, fieri sibi nuncium, & ἀυτάγγελον vocari, & sui consilij administrum, & per se confectorem, & famulum, quod quidem, vt ratio demonstrauit, alienum omnino, & extrarium à regali dignitate erat, per seipsum ministrantem sermones facere apud nos de nostris voluntatibus & rebus. mittere autem ad nos aliquid animalium ratione carentium, vel hoc ipsum dicere, mortiferum est. quare necesse omnino erat, vt Deus haberet aliquem homousion, id est, suæ essentiæ, qui liberum arbitrium haberet, & voluntatem penitus à sua voluntate non dissidentem, neque discordantem ad explendum omnia sua desideria, qui est filius eius, coæternus, & per se perfectus, &* eiusdem consilij, qui in sanctis Scripturis vocatur magni consilij angelus.

* ὁμόβουλος.

B. Quid habes ad dicendum de Spiritu sancto? quid hoc opus est? Cum satis sit filius, vt dixisti, ad perfectionem principatus, & regni Patris? A. Proprietas regni optimè legibus instituti est, vt nihil qualecunque sit, per se faciat rex, sed quæ ei videantur, iubendo perficiat. Si quid enim per se faciat, imminutio est & deiectio, & regni depressio; & non dignitatis regiæ. quamobrem filius est * medius. rursus valde necessa-

* μεσιτεύς.

κατάπλωσις ἐστι τῆς βασιλείας, καὶ οὐ βασιλικόν. διὸ μεσιτεύει ὁ υἱός. πάλιν τῶν ἀναγκαιοτάτων, καὶ συμπληρωτικῶν τῆς βασιλείας ἐστὶ τὸ, ἔχειν πλοῦτον ἀπέραντον, καὶ ἀδαπάνητον, καὶ θησαυροὺς, καὶ ταμιεῖα. ὁ γὰρ μὴ φιλοτιμούμενος, καὶ πλουτίζων, καὶ δωρεὰς διανέμων, πένης, καὶ πτωχὸς βασιλεὺς, μᾶλλον δὲ οὐδὲ βασιλεύς. ὁ πλοῦτος τοίνυν ὁ βασιλικὸς τοῦ πατρός ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὰ χαρίσματα βρύον. ὁ πατὴρ οὖν δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤγουν, τὰς ἐνεργείας, καὶ χάριτας τοῦ πνεύματος δίδωσι. Β. καὶ διὰ τί μὴ ὁ υἱὸς εἴη ὁ διδοὺς ἑαυτὸν, ἵνα γένηται αὐτὸς ὁ πλοῦτος; Α. οὐκοῦν ὁ υἱὸς ἐγίνετο αὐτὸς ὢν ὁ διδοὺς, καὶ τὸ διδόμενον, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἀσύστατον, καὶ παρ' ὑμῶν ὡμολόγηται, ἡνίκα ἐλέγετο, ἄλλος τὸ γινώσκον, καὶ ἄλλο, τὸ γινωσκόμενον. τὸ ἐνεργοῦν καὶ τὸ ἐνεργούμενον· οὐκοῦν ὁ πατὴρ κελεύει βασιλικῶς. ὁ υἱὸς περαίνει τὴν πατρικὴν εὐδοκίαν, καὶ δίδωσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ ἐστὶν ὁ πλοῦτος, καὶ τὸ ταμιεῖον τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων δωρημάτων. καὶ οὕτως ἀνελλειπὴς, καὶ τελεία ἡ βασιλεία, καὶ εὔτακτος εὑρεθήσεται. Β. ἀλλὰ πρὸ τῶν κτισμάτων οὐκ ἦσαν οἱ πλουτιζόμενοι, καὶ φιλοτιμούμενοι· οὐκ ἔδει οὖν εἶναι τὸ πνεῦμα. τίς γὰρ αὐτοῦ ἦν χρεία; Α. ἀλλ', ὦ βέλτιστε, τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ τελείαν ἐξ ἀϊδίου εἶναι χρὴ, ἵνα μὴ χρόνῳ καὶ ὕστερον τελειοῦται, κἂν μηδεὶς ὁ μετέχων ταύτης εἴη, ὥσπερ ὁ φιλόσοφος, καὶ ἰατρὸς ἔχειν θέλει τὴν τέχνην, καὶ τὴν γνῶσιν τελείαν, κἂν μὴ ὦσιν οἱ μανθάνοντες, ἢ οἱ ἰατρευόμενοι. καὶ σὺ γὰρ ὁρατικὸς εἶ, καὶ καθεύδων, καὶ ἐν νυκτὶ ἀνακείμενος, κἂν μὴ ὦσιν, οὓς ὁρᾷς. ἐπειδὴ καὶ τέλειος ἄνθρωπος εἶ. ἵν' ὅταν θελήσῃς ὁρᾶν, πάρεστί σοι ἡ ὅρασις. καὶ οὐχὶ τότε ἐπίκτητος προσέρχοιτο. ἐρῶ γάρ σοι περὶ τοῦ πνεύματος, ὅπερ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἔλεγον. ὅτι ὁ πλοῦτος τοῦ θεοῦ, ἢ μείζων, ἢ ἴσος, ἢ ἐλάττων. καὶ μείζων αὐτοῦ οὐκ ἔστιν. οὐδὲν γὰρ τοῦ θεοῦ μεῖζον. ἔλαττον δὲ οὐκ αὐτοῦ. ἐπιθήσεις * αὐτὸν μετὰ τῶν κτισμάτων, τὸ γὰρ ἔλαττον τοῦ θεοῦ, κτίσμα, καὶ ἔσται ποτὲ οὕτως ὁ θεὸς πένης, καὶ ἐνδεὴς, καὶ ἐλλειπὴς, ὅπερ ἐστὶν ἀνεπίδεκτον, καὶ ἄτοπον. ἀνάγκη τοίνυν ἴσον εἶναι, καὶ συναΐδιον. ἵνα τέλειος εἶ, ὁ θεὸς, καὶ βασιλεὺς αἰώνιος, ᾧ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

* *videtur addendum* γὰρ.

Επισυ-

rium eſt, & quod regnum complet, habere infinitas diuitias, & quæ conſumi nequeant, & theſauros, ac multa recondita. qui enim non eſt ſplendidus, & copioſus, & munificus, inops, & pauper, imò rex non eſt. diuitiæ igitur regales Patris, ſunt ipſe Spiritus ſanctus, qui chariſmatibus ſcatet. Pater igitur per Filium dat Spiritum ſanctum, id eſt, operationes, & gratias Spiritus ſancti. B. & quare Filius non tribuit ſeipſum, vt fiat ipſe diuitiæ? A. Quia ſic Filius eſſet dator, & datum, quod non poſſe fieri, à principio cõſtitutum eſt, cùm diximus aliud eſſe cognoſcens, & aliud, quod cognoſcitur; aliud efficiens, & aliud, quod efficitur. Pater igitur iubet regaliter; Filius perficit, quod Patri placet, & dat Spiritum ſanctum, qui eſt diuitiæ, & penus bonorum donorum. atque ita reperietur regnum perfectum, benè compoſitum, & nulla re defectum. B. At antequã creaturæ eſſent, non fiebant diuites, nec erant, qui honores cuperent, ac proinde non opus erat, vt adeſſet Spiritus ſanctus, quid enim eo opus erat? A. Verum ô bone vir, oportebat, vt regnum Dei eſſet ex æternitate, ne in tempore, & poſtea perficeretur, quamuis nullus participaret. Sicut Philoſophus, & medicus cognitionem, & artem perfectam habere vult, quamuis non ſint, qui diſcant, & quibus medicina fiat. etenim & tu viſum habes etiam cum nocte dormis, & in lecto cubas, quamuis non ſint, quos videas, quia perfectus homo es, vt cùm videre volueris, præſto ſit tibi aſpectus, & non tunc foris accedat. dicam autem tibi de Spiritu ſancto quod de filio dicebam, opulentia Dei aut eſt maior, aut æqualis, aut minor. maior eo non eſt, quia nihil poteſt eſſe Deo maius, minor non eſt, alioqui pones eam inter creaturas. quod enim minus Deo eſt, creatura eſt, atque ita fiet, vt Deus aliquando ſit pauper, & indigens, & cui aliquid deſit. quod non eſt concedendum, & eſt abſurdum. neceſſe ergo eſt æqualem eſſe opulentiam, & ex eadem æternitate, vt perfectus ſit Deus, & rex æternus, cui gloria, & honor, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

παραδοξολογία.

## Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν, καὶ ἀμώμητον πίστιν, πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα Θωμᾶ πατριάρχου Ἱεροσολύμων, πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν αἱρετίζοντας, Ἀραβιστὶ μὲν ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ τὸ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ τοῦ Καρῶν ἐπισκόπου γεγονότος, ἀπαγορευθεῖσα, διὰ δὲ Μιχαὴλ πρεσβυτέρου, καὶ συγγέλου ἀποστολικοῦ θρόνου μεταφρασθεῖσα, μεθ' οὗ, καὶ ἀπέσταλται, μόνην, ἀληθινὴν, καὶ κατὰ τὸν ὅρον ἐν Χαλκηδόνι οὔσαν συγκεκροτημένης συνόδου τὸν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν πίστεως ὁρισθέντα λόγον.

Χριστὸς ὁ κύριος, καὶ θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν Ἀποστόλων ἔφη κορυφαίῳ Πέτρῳ· σὺ εἶ Πέτρος, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσί σε. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ὁ κύριος ἔφησε τῷ Πέτρῳ, ἡνίκα Πέτρος τὸν κύριον, ἑαυτὸν υἱὸν ἀνθρώπου κεκληκότα, εἴρηκεν. σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. καὶ συνήχθησαν, ἐπὶ τοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀμφότεροι οἱ λόγοι, καὶ πεπίστωται ὅτι θεός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος. Χρὴ τοίνυν ἀγαπητοὶ πάντα τὸν χριστιανισμὸν οἰκειούμενον τὴν ἑαυτοῦ δοκιμάζειν, καὶ διασκέπτεσθαι πίστιν. καὶ εἰ μὲν βεβαιοῦσαν αὐτὴν εὕροι χριστὸν εἶναι θεόν τε, καὶ ἄνθρωπον, ὀφείλει στέργειν, καὶ ἀντέχεσθαι, καὶ ὑπερμαχεῖν αὐτῆς, ἄχρις ἀποβιώσεως. εἰ δὲ καὶ ἐκβαίη τὸ πέρας εἰς ἄλλο, δεῖ μυσάττεσθαι, καὶ φεύγειν, καὶ ἀπεχθάνεσθαι, τήν τε τραχύτητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς προγόνους, ἀφ' ὧν ἐκείνην τὴν πίστιν ἐκληρονόμησεν, ἐξορίζειν τῆς ἑαυτοῦ καρδίας, καὶ τὴν προσπάθειαν, οἵαν φησὶν ὁ Δαυὶδ, ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου. καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· τηνικαῦτα γὰρ ὁ ἄνθρωπος τὸ ὄντως ἐφετὸν ἐπισπᾶται κάλλος πρὸς χριστοῦ ἀληθινοῦ νυμφίου τοῦ τῶν βασιλευόντων βασιλέως, ἡνίκα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας προσπάθειαν ἀπορρίψειεν, καὶ τὴν εἰς τὸ διαρκεῖν ἐν τοῖς ἀπ' ἐκείνων παραδεδομένοις πλησμονὴν ἀποτινάξειεν. ἐπεὶ οὖν

ὦ οὗτοι

# Epiſtola continens fidem orthodoxam, IV.

missa à B. Thoma Patriarcha Hieroſolymitano ad Hæreticos in Armenia, Arabice dictata à Theodoro, cognomento Abucara, Epiſcopo Carum, & à Michaële Presbytero, & Syncello Eccleſiæ Hieroſolymitanæ in græcum ſermonem tranſlata, per quem & miſſa eſt; continens inquam ſolam veramque fidem in Concilio Chalcedonenſi traditam de Chriſto Domino ac Deo noſtro.

CHRISTVS Dominus, & Deus noſter dixit Petro principi Apoſtolorum; *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Matth.16. Hæc verba dixit Dominus Petro, cùm Petrus Domino, qui ſe appellauerat filium hominis, dixit; *tu es Chriſtus filius Dei viui*; & copulata ſunt in Chriſto Domino noſtro vtraque verba, & confirmatum, quod eſſet Deus & homo. oportet igitur chariſsimi, vt quicunque Chriſtianam religionem amplectitur, fidem ſuam probet, & conſideret, & ſi quidem eam reperiat affirmare Chriſtum eſſe Deum, & hominem, debet eam complecti, & retinere, ac pro ea vſque ad mortem pugnare. Sin autem ad aliud quid declinet, debet abominari, & fugere, & odio proſequi. & duritiam fidei, & maiores, à quibus illam, tanquam hæreditatem accepit, eiicere ex corde ſuo, & illam affectionem, quam Dauid ait, cùm dicit, *audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui, & concupiſcet rex pulchritudinem tuam.* Pſal.44. tunc enim homo pulchritudinem verè concupiſcendam haurit & elicit à Chriſto vero ſponſo, & rege regum, quando affectionem erga parentes abiecerit; & ſatietatem perſeuerandi in iis, quæ ab illis tradita fuerunt, excuſſerit. quandoquidem igitur ſic ſe res habet, agite, omnes ſimul ad fidem, quam

 dixi,

ὦ οὗτοι οὕτως ἔχει ταῦτα, δεῦρο πάντες ἀμφότεροι προσδράμωμεν, τῇ προειρημένῃ πίστει τῆς ἀκλινοῦς ταύτης πέτρας τοῦ τῶν ἀποστόλων προηγήτορος, καὶ πιστεύσωμεν τὸν χριστὸν εἶναι θεόν τε, καὶ ἄνθρωπον.

Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐπειδὴ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει θεός τε, καὶ ἄνθρωπος, μία πάντως ἐστὶν ὑπόστασις. καὶ θεὸς ὢν, καὶ ἄνθρωπος, δύο φύσεις ἔχει, θείαν τε, καὶ ἀνθρωπίνην. διὰ γὰρ τὸ κυρίως εἶναι θεὸς, τὸ μὴ οὐχὶ θείαν ἐσχηκὼς φύσιν ἀδύνατον, καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπος εἶναι, τὸ μὴ πεφυκὼς ἔχειν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀδύνατον. ἔστι γὰρ αὕτη ἡ μία ὑπόστασις αὐτὸς ὁ προαιώνιος υἱὸς, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ πατρὸς ἀχρόνως, καὶ ἀπαθῶς γεγεννημένος. ὅς ἐστι θεὸς, ἴσος τῷ πατρὶ, κατὰ τὴν ἀϊδιότητα τὴν πατρικὴν οὐσίαν ἀϊδίως ἔχων. ἐπ᾽ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, ἐσαρκώθη, καὶ ἐνηνθρώπησεν οὗτος ὁ ἀΐδιος υἱὸς ἀτρέπτως, καὶ ἀναλλοιώτως γεγονὼς, ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων κατὰ πάντα, δίχα τῆς ἁμαρτίας προσειληφὼς τὴν ἡμετέραν, ἣν οὐκ εἶχε, φύσιν μεμενηκυίας αὐτῷ τῆς θείας, ἣν ἀϊδίως προεῖχε, φύσεως. οὗτος ὁ ἀΐδιος υἱὸς μετὰ τὴν ἑαυτοῦ σάρκωσιν, θεὸς ὁ αὐτός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος, μία ὑπάρχων τῆς τριάδος ὑπόστασις, τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φύσιν ἔχων, καὶ τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπείαν φύσιν, τῆς τριάδος προσθήκην οὐκ εἰσδεξαμένης. καὶ γὰρ, ὦ βέλτιστοι, σαφῶς ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας τῶνδε τῶν ἡμῖν εἰρημένων, ὅτι ἡ τριὰς οὐ προσείληφεν αὔξησιν. ἐπειδήπερ οὐδὲ φαμὲν μίαν ὑπόστασιν θεὸν εἶναι, ἑτέραν γὰρ ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὴν ὑπόστασιν, ἥτις ἐστὶ θεὸς, ταύτην ἐροῦμεν ὑπάρχειν ἄνθρωπον, οὐκ ἄλλην ὑπόστασιν. οὐκ ἀληθὲς δὲ φάναι τὸ, τὸν χριστὸν εἶναι μίαν ὑπόστασιν, διὰ τοῦτο δεῖν μὴ ἔχειν, εἰ μὴ μίαν φύσιν. ἐπεὶ πάντως ἕψεται ταύτην τὴν μίαν εἰπεῖν φύσιν, ἢ θείαν ἄκρατον, ἢ ἀνθρωπίνην ἄκρατον, ἢ θείαν, καὶ ἀνθρωπίνην ἅμα, ἢ μήτε θείαν, μήτε ἀνθρωπίνην.

Εἰ μὲν γάρ ἐστιν ἡ μία φύσις αὕτη θεία ἄκρατος, * ὁ χριστὸς ἄρα ἄνθρωπος, καὶ οὐ θεός. εἰ δέ ἐστιν ἡ μία φύσις αὕτη, θεία, καὶ ἀνθρωπίνη ἅμα. οὔτε τοῦ πατρὸς, οὔτε τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὔτε μὴν τῶν ἀνθρώπων ἄρα φύσις ἐστίν. καὶ ἀμφοτέρωθεν βλασφημίας ἔγκλημα τῷ τοῦτο φρονοῦντι προστριβήσεται, καὶ τῆς ἐρωμένης φύσεως ἐκστήσεται. εἰ δέ ἐστιν ἡ

*Alterũ membrum hîc desideratur.

μία

dixi, petræ huius ἀκλινοῦς, id eſt, quæ diſtorqueri, & inflecti non poteſt, Petri ſcilicet ducis Apoſtolorum accurramus, credamusque Chriſtum eſſe Deum, & hominem.

Sciendum autem eſt, quod quia idem ipſe eſt Deus & homo, vna omnino hypoſtaſis eſt, & cùm Deus, & homo ſit, duas habet naturas, diuinam & humanam, & quia Deus eſt, non poteſt non habere diuinam naturam; & quia homo, non poteſt non habere humanam. eſt autem hæc vna hypoſtaſis ipſe ante ſæcula filius, qui eſt Deus æqualis patri, ſecundum æternitatem, qui ex æternitate paternam ſubſtantiam habet, nouiſsimis verò diebus ex Maria virgine carnem aſſumpſit, & homo factus eſt. Sic æternus filius ſine mutatione, & variatione, factus ſicut vnus ex hominibus per omnia excepto peccato, aſſumpta noſtra natura, quam non habebat, remanente diuina, quam ex æternitate habebat. Hic æternus filius poſt incarnationem ſuam idem eſt Deus & homo vna hypoſtaſis ex Trinitate, habens naturam Patris, & Spiritus ſancti, & noſtram naturam, nulla ad Trinitatem acceſsione facta. Siquidem veritas eorum, quæ à nobis dicta ſunt, planè habet Trinitatem non eſſe auctam, quia non dicimus vnam hypoſtaſim Deum eſſe, aliam verò hominem; ſed hypoſtaſim, quæ eſt Deus, hanc dicimus eſſe hominem, non aliam, & aliam hypoſtaſim. non eſt autem verum, dicere Chriſtum eſſe vnam hypoſtaſim, & propterea non debere niſi vnam naturam habere: quia omnino, ſi non habeat niſi vnam naturam, ſequetur, vt dicendum ſit, hanc vnam naturam vel eſſe diuinam puram; vel humanam puram, vel diuinam, & humanam ſimul; vel neque diuinam, nec humanam.

Si enim eſt hæc vna natura purè diuina, Chriſtus igitur Deus eſt, & non homo. ſin verò eſt purè humana, Chriſtus igitur eſt homo, & non Deus. Si autem eſt hæc vna natura diuina ſimul & humana; ergo neque Patris, neque Spiritus ſancti, nec hominum natura eſt, & ex vtraque parte crimen blaſphemiæ inuretur ſic ſentienti, & à ſana natura excedet: ſin autem eſt hæc vna natura neque diuina neque humana, igitur

Chriſtus

μία φύσις αὕτη οὔτε θεία, οὔτε ἀνθρωπίνη. ὁ χριστὸς ἄρα οὔτε θεὸς, οὔτε ἄνθρωπος. ὅπου τοίνυν τοὺς λόγους περιστρέφωμεν, εἰς τὸ λέγειν ἀπαγόμεθα, ὅτι ὁ χριστὸς, μία ὑπόστασις ἐκ τῆς τριάδος, δύο φύσεις ἔχων, φύσιν τε θείαν, καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην, καὶ τούτου χάριν ἐπ' αὐτοῦ συνῆλθον ὁμοῦ ἀμφότεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ τε περὶ ἑαυτοῦ εἰρηκότος, εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ Πέτρου περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, τοῦ ζῶντος. ὁ δὲ λέγων τὸν χριστὸν ὑποστάσεις εἶναι δύο, τὸν ἅγιον Πέτρον ἀποκρινόμενον τῷ χριστῷ καθίστησιν ἀσκόπως ἀποκρίνεσθαι, περὶ οὗ ὁ χριστὸς οὐκ ἠρώτησεν. ὁ μὲν γὰρ ἠρώτησε περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ὁ δὲ τὸν αὐτὸν, δι' ὃν ἦν ἡ ἐρώτησις, τοῦ θεοῦ υἱὸν ὑπάρχειν, ἠμείψατο. εἰ τοίνυν ἡ ὑπόστασις, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἑτέρα καθέστηκε παρὰ τὴν ὑπόστασιν ἥ τις ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀπεπλανήθη τῆς κατανοήσεως ὁ Πέτρου νοῦς. καὶ γέγονεν αὐτοῦ ἡ ἀπόκρισις, ὑπὲρ οὗ οὐκ ἠρώτηται, ὡς ἔφημεν εἰπόντες. Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἦν (ἵλεως ὁ θεὸς) οὐκ ἂν ὁ κύριος ἐπήνεσεν αὐτοῦ τὸν λόγον. οὔτ' ἂν ἐμακάρισεν αὐτὸν τῆς ἀμοιβῆς, τῇ ἐκ τοῦ πατρὸς ἀποκαλύψει αὐτὴν ἐπιγραψάμενος.

Οὐκοῦν τὸ τῆς εἰς χριστὸν ὁμολογίας ἀληθινὸν δόγμα, ὁ τῆς ἐν χαλκηδόνι συγκεκροτημένης θείας συνόδου τῶν ἁγίων πατέρων ὅρος ὀρθοτομεῖ, τὸν χριστὸν ὁρίζων μίαν ὑπόστασιν ἐκ τῆς τριάδος εἶναι, δύο φύσεις ἔχοντα, φύσιν θείαν, καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην, ὡς ἤδη προείπομεν. καὶ σαφὲς τούτου παράδειγμα προκείσθωσαν χρύσινοι τρεῖς, ὧν ὁ εἷς ἐμβληθεὶς πυρὶ, καὶ πυρωθεὶς, ἐγένετο πῦρ, μεμενηκὼς χρυσὸς, οἷος ἦν. σὺ οὖν εἰ θείης ἐν μέρει μὲν τοὺς ἄλλους δύο χρυσίνους, ἐν μέρει δὲ πολλοὺς ἄνθρακας πυρίνους, εἶτα τὸν χρύσινον τὸν πυρωθέντα, καὶ πῦρ γενόμενον, μεταξύ τε τῶν ἄλλων δύο χρυσίνων καὶ τῶν ἀνθράκων τὸν μέσον ἂν θεάσαι τὸν χρύσινον ἔχοντα τῶν ἄλλων δύο χρυσίνων τῶν τελείων φύσιν, τουτέστιν ὄντα χρυσὸν, ὡς τοῖν δυοῖν ἐκείνοιν χρυσίνοιν ἑκατέροιν, καὶ τὴν τῶν ἀνθράκων φύσιν, ἐπειδὴ πῦρ ἐστιν ὥσπερ τῶν ἄλλων ἀνθράκων ἕκαστος. ὁ δὲ μέσος χρύσινος, ὑπόστασίς ἐστι μία τῆς τῶν χρυσίνων τριάδος. διότι τὴν τῶν ἀνθράκων φύσιν, τὴν οὖσαν πῦρ, οὐχ ἕνα προσείληφεν ἀπ' ἐκείνων τῶν ἀνθράκων ἄνθρακα. ἀλλὰ γέγονεν αὐτὸς, ὡς εἷς τῶν ἀνθράκων. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ ἀΐδιος υἱὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκὼς (ἐννοήτωσαν δὲ οἱ ἀκροαταὶ θεοπρεπῶς τὴν κατάβασιν)

Christus neque Deus, neque homo est. Quare quocunque sermonem circumuertamus, eo adducimur, vt dicamus Christum esse vnam hypostasim sanctæ Trinitatis naturas duas habentem diuinam scilicet & humanam. & ob hanc caussam in eo simul concurrerunt vtriq; sermones, & ipsius Christi, cùm dixit se esse Filium hominis; & Petri, cùm ipsum dixit esse Filium Dei viui. Qui verò dicit Christum esse duas hypostases, Petrum Christo respondentem facit respondere ἀσκόπως, id est, extra propositum de quo Christus non est percunctatus. Ille enim percunctatus est de Filio hominis; Petrus autem ipsum, per quem facta erat percunctatio, respondit esse filium Dei. Si igitur hypostasis, quæ est Filius hominis alia fuit præter hypostasim, quæ est Filius Dei, aberrauit ab intelligentia mens Petri; & respondit, de quo non fuit interrogatus, vt prius diximus. Si sic autem esset, (propitius sit mihi Deus) nunquam Dominus sermonem eius laudasset: neque beatum eum prædicasset propter responsionem, quam ad reuelationem à Patre profectam retulit.

διὰ τῆς κακῆς ἑρμηνείας σου, καὶ ἀσυνεσίας; οὐχὶ δὲ καὶ τῷ Ἰακὼβ φανεὶς ὁ θεὸς, ἡνίκα ἐπάλαισεν μετ' αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ. ὅτι ἀπὸ τοῦ νῦν, οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλὰ Ἰσραήλ. καὶ μυριάκις μετὰ ταῦτα καὶ ὁ θεὸς, καὶ ἡ γραφὴ, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Ἰακὼβ ἐκάλεσεν. τί οὖν οὐ διαπεπτώκασιν, καὶ οὕτως εἰσὶν ἀβέβαιοι οἱ λόγοι τοῦ θεοῦ; ὁ Ἰουδ. ἀλλ' ἐγώ, φησιν, εἰμὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐμοὶ αἱ ἐπαγγελίαι. ὁ Χριστιανός. οὐχί. ἀλλ' ἐγώ εἰμι ὁ τοῦ Ἰσραὴλ υἱός. ἐν τίνι γὰρ ἐπὶ τῷ Ἰσραὴλ ἐγκαυχᾶσαι; ὅτι τὴν τρίχα ἔχειν οὔλην, ἢ τὸ σῶμα μέγιστος παρὰ τοὺς ἄλλους εἶ, ἢ κράτιστος, ἢ παρηλλαγμένην ἔχειν μορφήν; ὁ Ἰουδ. οὐχὶ ἀλλ' ὅτι θεοσεβὴς εἶ. ὁ Χριστιαν. πᾶς οὖν θεοσεβὴς, καὶ θεοφιλὴς * τοὺς τρόπους Ἰσραὴλ σέβων, καὶ ἀγαπῶν λέγω, ὅτι υἱός εἰμι τοῦ Ἰσραὴλ ἐξομοιούμενος αὐτῷ τοῖς τρόποις, καὶ τῇ πίστει. ὥσπερ γὰρ αἱ εὐλογίαι ἦσαν τοῦ Ἡσαῦ τοῦ πρωτοτόκου. ἐλθὼν δὲ Ἰακὼβ, καὶ εἰπὼν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. ἐγώ εἰμι Ἡσαῦ, μὴ ὢν Ἡσαῦ, τὰς εὐλογίας ἔλαβεν, καὶ οὐ μετέτρεψεν αὐτὰς Ἰακὼβ οὐδὲ μετὰ τὸ νοῆσαι τὴν ἀπάτην, οὕτω κἀγώ σοι λαμβάνω τὰς ἐπαγγελίας λέγων, υἱὸς ὑπάρχειν τοῦ Ἰσραήλ.

* Cod. Bauar. mutilus.

XI.

## Θεοδώρου τοῦ Ἀβουκαρᾶ, πρὸς Νεστοριανόν.

Ὁ ὀρθόδοξος. Τίς εἶπεν, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, ὁ υἱὸς τῆς παρθένου, ἤγουν ὁ ἄνθρωπος, ἢ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; ὁ Νεστοριανός. ὁ ἄνθρωπος. ὁ ὀρθόδοξος. οὐκοῦν πάσης ἐξουσίας τῶν ἐπουρανίων, καὶ τῶν ἐπιγείων διδομένης τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ, κακῶς, καὶ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ ποιοῦσιν οἱ προσευχόμενοι τῷ θεῷ, ἢ αἰτοῦντές τι παρ' αὐτοῦ τί ποτ' οὖν. πάντα γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τούτου εἰσίν. καὶ ὅσα ἂν αἰτησώμεθα, ἢ ἐπιγείου βασιλείας, ἢ ἐπουρανίου ἐστί. ταῦτα δὲ πάντα τοῦ ἀνθρώπου εἰσίν. ἢ οὖν ἁμαρτάνουσιν οἱ παρὰ τοῦ θεοῦ τί αἰτοῦντες. οὗτος γὰρ ἔχει τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἀμεταμέλητα τοῦ θεοῦ τὰ χαρίσματα, ἢ εἴπερ δεῖ τῷ θεῷ δι' εὐχῆς προσιέναι, * ἠπάτησε οὗτος καὶ ἀλαζονεύεται μάτην λέγων. ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία. ἄλλου διοικοῦντος, καὶ κυριεύοντος, ἅπερ εἶπεν αὐτὸς ἔχειν.

* ἠπάτηται

Ερώτη-

cem facis? nonne cum Deus apparuit Iacob, & cum eo luctabatur, dixit, *iam deinceps non amplius vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israël?* & tamen millies & Deus, & Scriptura, & ipsemet se ipsum nominauit Iacob. Quid igitur? an non deciderunt, atque ita infirmi, & instabiles facti sunt sermones Dei? B. At ego, inquit, sum filius Israël; & mihi promissiones factæ sunt. A. Minime; immo ego sum filius Israël. qua enim re de Israël tu gloriaris? quod fuit capillo crispo, vel maximo corpore pre aliis, vel robustissimus, vel dissimili forma? B. Minime, sed quia erat pius in Deum. A. Omnis igitur cultor Dei, & Deo charus est Israël, & filius Israël, & filius Abraæ. Quid igitur miraris, si qui Deum Israël colo, & diligo, dico me esse filium Israël, si moribus, & fide similitudinem eius exprimo? sicut benedictiones Esau quidem, primogeniti erant, sed cum venisset Iacob, & dixisset patri suo, *ego sum Esau*, cum non esset, benedictiones tulit, & non mutauit eas Isaac neque postquam agnouit fallaciam. sic ego benedictiones tuas accipio, cum me dico esse filium Israël.

*Gen.32.* *Gen. 27.*

## Theodori Abucaræ Dialogus contra Nestorianum. XI.

*Francisco Turriano interprete.*

*A. Catho. B. Hær.*

A. Quis dixit, *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*, filius virginis, id est, homo, an filius Dei? B. Homo. A. Igitur cum data sit omnis potestas cœlestium, & omnium, quæ in terris sunt, huic homini, male, & præter voluntatem Dei faciunt, qui Deum orant, aut ab eo, aliquid quodcunque sit, petunt, siquidem omnia sunt huius hominis. & quæcunque petemus vel regni terreni, vel cœlestis, omnia hæc sunt hominis. vel igitur peccant, qui à Deo postulant, hic enim habet potestatem, & sine pœnitentia sunt dona Dei; vel si oportet adhibere Deo preces, deceptus est hic, & arroganter, & frustra dicit, *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra*, cum alius gubernet, & dominetur.

*Matth.28.*

## XII. Ἐρώτησις πρὸς Νεστοριανόν.

Ὁ ὀρθόδοξος. Τίς τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον χρεὸς ἀπέτισεν ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, δι' ἧς ἐκτίσεως τοῦ θανάτου, καὶ τῆς φθορᾶς, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἠλευθέρωσεν, ὁ θεὸς λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; Νεστορ. ὁ ἄνθρωπος. ὁ ὀρθόδοξος. τούτῳ καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῆς ἡμῶν σωτηρίας προσφέρειν ὀφείλομεν, ἐπειδὴ αὐτός ἐστιν ὁ εὐεργέτης τοῦ γένους ἡμῶν. ὁρῶμεν γὰρ ὡς ἡνίκα τοῦ θεοῦ τὸ χρέος ἦν καθ' ἡμῶν, ἔπνιγεν ἡμᾶς, καὶ ἀπώλλυεν. ὅτε δὲ τούτου ἐλεύθεροι γεγόναμεν, σεσώσμεθα, καὶ ἀνεζήσαμεν.

## XIII. Ἄλλη ἐρώτησις.

Ὁ ὀρθόδοξος. Τέσσαρά εἰσιν τὰ τοῦ Χριστοῦ, φέρε εἰπεῖν. ἡ γέννησις ἡ ἐκ γυναικὸς. τὰ φυσικὰ καὶ ἀδιάβλητα πάθη. ὁ σταυρὸς, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν πάθη. ὁ θάνατος. ταῦτα τὰ τέσσαρα, τὰ τοῦ Χριστοῦ ἴδια, μετέθηκεν αὐτὰ, ἤ τι ἐξ αὐτῶν ὁ θεὸς λόγος ἐφ' ἑαυτὸν, ἢ οὐδὲν αὐτῶν ἀνέλαβεν, καὶ ἀνεδέξατο, καὶ οἰκειώσατο; ὁ Νεστόρ. ναὶ πάντα, οὐ φυσικῶς, ἀλλὰ τρόπῳ οἰκονομίας. ὁ ὀρθόδ. καὶ ἔστω * φυσικῶς, ἀλλὰ καὶ οἰκονομικῶς, πλὴν ἀληθείᾳ, ἢ μόνον φαντασίᾳ, καὶ ἀπάτῃ; ὁ Νεστορ. οὐχὶ, ἀλλ' ἀληθῶς. ὁ ὀρθόδ. οὐκοῦν λέγομεν, ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἐγεννήθη ἀληθῶς ἐκ γυναικὸς, καὶ ἐπείνησεν, καὶ ἐδίψησεν, καὶ τὰ φυσικὰ ἔσχεν πάθη, καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανεν. ἐπὶ τούτοις δὲ θορυβούμενος, καὶ φοβούμενος ὁ αἱρετικὸς ἀνέκραξεν. ἔλεγεν δὲ ταῦτα, καὶ ἐδογμάτιζεν ὁ ἀβουκαρᾶ διὰ * ψήφων ἀφορίζων, καὶ διασαφῶν τὰ πράγματα, καὶ τὰ πρόσωπα, καθὼς καὶ τῷ ἀγαρηνῷ ὑποδεικνύων ἔλεγε, ὅτι ὁ θεὸς υἱὸν ἔχει.

*Turr. οὐ φυσικῶς,

*Turr. διὰ ψηφίδων. C.B. ψήδων. vitiosè.

Εἶτα πάλιν ἠρώτησε τὸν Νεστοριανὸν ὁ ὀρθόδοξος. ὁ Χριστὸς ἤτοι ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐγνώρισε τὸν θεὸν λόγον; ὁ Νεστορ. οὐχί. τότε οἱ συνόντες αὐτῷ Νεστοριανοὶ βλάσφημον ἡγησάμενοι τὸ ῥῆμα, ἐπετίμησαν τῷ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ὑπερασπίζοντι ἐξάρχῳ ἐπισίχῳ τάξιν ἐπέχοντι, καὶ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ.

## Interrogatio contra Nestorianum.

XII.

*Turriano interprete.*

A. Quis nostrum debitum soluit moriēs pro nobis, quo debito soluto, nos à morte, & corruptione peccati liberati sumus, Deus verbum? an homo? B. Homo. A. Huic igitur agere gratias pro salute nostra debemus; Si quidem ipse est auctor beneficij huius erga genus humanum. videmus enim quod dum debitū quod Deo debebamus, erat contra nos, interimebat nos, & perdebat, postquā verò hoc debito liberati sumus, salui facti sumus, & reuiximus.

## Alia interrogatio.

XIII.

*Turriano interprete..*

A. Quatuor sunt Christi. verbi gratia, ortus ex virgine, naturales & culpa vacantes passiones, crux, & passiones crucis, & mors. Hæc quatuor propria Christi, trāstulit ne in seipsum, aut aliquid ex ipsis Deus verbum? an nihil eorum assumpsit, suscepit, & sua fecit? B. Omnia profecto suscepit non naturaliter, sed œconomicè. A. Esto, non naturaliter, sed œconomicè; sed quæro vtrum verè, an falsò, an fallaciter? B. Minimè, immò verè. A. Igitur dicimus, quod Deus verbum verè ex virgine genitus est, esuriuit, sitiuit, naturalesq́; passiones habuit, & crucifixus, & mortuus est. his conturbatus, & tortus hæreticus, clamauit. dicebat autem hæc, & docebat Abucaras distinguens διὰ ψηφίδων, id est, minutè, & subtiliter, veluti ad calculum omnia reuocās, explicans res & personas; sicut contra Agarenos demonstrauit quod Deus haberet filium.

Rursus interrogauit Nestorianum. A. Christus, id est, homo in ventre matris suæ cognouit Deum verbum? B. Nequaquam. Tunc Nestoriani, qui aderant, arbitrati blasphemiam esse, quod responsum erat, reprehenderunt illum, qui hęresim Nestorij defendebat; & discesserunt ab eo.

XIV.

# Ἄλλος διάλογος πρὸς Νεστοριανόν.

Ὁ Νεστοριανός. Διὰ τί θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὀνομάζετε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον χριστοτόκον; ἀπόδειξον ἐκ τῆς γραφῆς τὴν θεοτόκου φωνήν. ὁ ὀρθόδ. ἀπόδειξον δέ μοι σὺ τήν, χριστοτόκος; ὁ Νεστορ. ναί. τοῦ γὰρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκοῦν ἡ τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν γεννήσασα, δῆλον, ὅτι χριστοτόκος ὀνομασθήσεται. ὁ ὀρθόδ. ἐγὼ τὴν φωνὴν αὐτὴν ῥητῶς λεγομένην ἀπῄτησα, ὅπερ καὶ σὺ τήν, θεοτόκος, παρ' ἐμοῦ ἐζήτησας. εἰ δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν ἀπόδειξιν ποιῇ, κἀγὼ διὰ μυρίων ἐκ τῆς γραφῆς χρήσεων ἀποδεικνύων θεὸν τὸν χριστόν, συναποδείκνυμι, ὅτι καὶ ἡ αὐτὸν τεκοῦσα θεοτόκος ὀφείλει ὀνομάζεσθαι. πῶς γὰρ οὐ θεοτόκος ἡ θεὸν υἱὸν ἔχουσα; ἢ εἰπὲ, εἴπερ τολμᾷς, τῇ τοῦ βασιλέως μητρί, ὅτι οὐκ ἐγέννησας βασιλέα; καὶ ὅτι οὐκ εἶ μήτηρ τοῦ βασιλέως; διὰ τί δὲ καλουμένου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐ καλεῖς τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἰησουτόκον; ἀλλὰ ὑπερβὰς τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, ὀνομάζεις αὐτὴν Χριστοτόκον. ὅπερ δὲ σὺ ἐποίησας ἐπὶ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος παραδραμὼν αὐτό, καὶ τό, Χριστός, ἐκλεξάμενος, τοῦτο κἀγὼ πεποίηκα παραδραμὼν τὸ Χριστὸς, ὄνομα, καὶ τὸ θεὸς ἐκλεξάμενος τὸ πρῶτον, καὶ κύριον, καὶ ἐξαίρετον. ἐκ γὰρ τοῦ κρείττονος μέρους, οὐκ ἐκ τοῦ χείρονος, αἱ προσηγορίαι τίθενται. καὶ μάλιστα παρὰ τῶν ἐπαινούντων, καὶ τιμᾶν βουλομένων.

Ὁ νεστορ. ἀλλ' ἐὰν εἴπω θεοτόκος, ἐμφαίνω τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐξ αὐτῆς γεγεννῆσθαι. ὁ γὰρ θεὸς ἀπολύτως λεγόμενος, μὴ ἐπιφέρων τὸ ὑποστατικὸν ἰδίωμα τῆς πατρότητος, ἢ υἱότητος, ἢ τοῦ πνεύματος, τὴν ἁγίαν ὅλην τριάδα ἐσήμανεν. ὁ ὀρθόδ. οὐκ εἴρηκας ἀληθὲς, ἀλλὰ προσφασίζεις προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις. ἐπεὶ ἀνάγνωθι τὴν ἀρχὴν τῆς πρὸς ῥωμαίους ἐπιστολῆς Παύλου. ὁ νεστορ. Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ κλητὸς ἀπόστολος ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ. ὁ ὀρθόδ. τί

## Dialogus cum Neſtoriano. XIV.

*Franciſco Turriano interprete.*

B. Quare Mariam Theotocon nominatis, & non potius Chriſtotocon? demonſtra ex ſcripturis vocem Theotocos. A. Demonſtra tu mihi vocem Chriſtotocos. B. Nónne Ieſu Chriſti generatio ſic erat? *Cum enim deſpõſata eſſet mater eius,* & quæ ſequuntur, igitur quæ genuit Ieſum Chriſtum, ſanè Chriſtotocos nominabitur. A. Ego hanc vocem, expreſſe dictam petiui, ſicut tu vocem Theotocos. quod ſi ad hunc modum demonſtras, ego etiam cum infinitis auctoritatibus ſcripturæ Chriſtum Deum eſſe probo, ſimul probo, quæ ipſum peperit, debere Theotocon nominari. & quomodo non Theotocos dicenda eſt, quæ Deum filium habet? aut dic, ſi audes, matri regis, non genuiſti regem, neque mater regis es? Quare cum vocetur Ieſus Chriſtus, non vocas matrem eius Ieſutocon? Sed potius prætermiſſo primo nomine Ieſus, vocas eam Chriſtotocon? quod igitur tu feciſti in nomine Ieſus, cum præterito nomine Ieſu, nomen Chriſti elegiſti, hoc ego etiam feci, prætermiſſo nomine Chriſtus, nomen Deus elegi primum, & proprium, & excellens. à meliore enim parte, non à minore appellationes fiunt, ac nomina imponuntur ab iis præſertim, qui laudant, & honorare volunt.

*Matth.1.*

B. At ſi dico Theotocon, ſignifico Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum ex ipſa genitos eſſe. qui enim abſoluté dicit Deus, & non indicat hypoſtaticam proprietatem paternitatis, aut filiationis, aut Spiritus ſancti, totam Trinitatem ſignificauit. A. Nequaquam, quod dicis, verum eſt, quin potius excuſas excuſationes in peccatis. Lege enim principium epiſtolæ ad Romanos. B. *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti ſegregatus in Euangelium Dei.* A. Quid eſt iſte Deus? & qualis perſona? B. Tota Trinitas. A. Rectè mentitus es in caput tuum. Lege quæ ſequun-

*Rom.1.*

ἐστιν. οὗτος ὁ θεὸς, ἤγουν, ποία ὑπόστασις; ὁ νεσ. ἡ τρίας ὅλη. ὁ ὀρθόδ. ὀρθῶς ἐψεύσω κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς· ἀνάγνωθι τὰ ἐχόμενα. ὁ νεσ. ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. ὁ ὀρθ. τί οὖν; ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι τῆς ἁγίας τριάδος; ὁρᾷς τὴν σὴν κακουργίαν ἐλεγχομένην; ἀνάγνωθι καὶ τὴν πρὸς ἑβραίους. καὶ αὐτὴ γὰρ ἐλέγχει σου τὴν κακόνοιαν. καὶ πολλαχοῦ τῆς θείας γραφῆς προφανὴς ὁ τῆς αἱρέσεως ἔλεγχος. πολλάκις γὰρ μονουπόστατος τὸ, θεὸς, ὄνομα, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ λέγεται· ὥσπερ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. καὶ πάλιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος φησὶν περὶ τοῦ υἱοῦ. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός. καὶ ἕτερα τοιαῦτα πλεῖστα. ἀλλ' οὐ σχολή μοι νῦν ἐπισωρεύειν τὰς χρήσεις, πλήν γε τοῖς τὴν ἀλήθειαν ἐκζητοῦσιν, καὶ οὐκ ἐριστικῶς ἀντιλέγουσιν, ἱκανούσθω ταῦτα.

XV.

## Πάλιν πρὸς νεστοριανόν.

Ὁ ὀρθόδ. διὰ τί λέγεται ὁ χριστὸς χριστός; ὁ νεστορ. ὅτι ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ. ὁ ὀρθ. τίς οὖν ἐστιν ὁ χρισθεὶς, ὁ θεὸς λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; ὁ νεστορ. μὴ γένοιτο λέγειν ἡμᾶς, ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἐχρίσθη, ἀλλὰ ὁ ἄνθρωπος. ὁ ὀρθ. ἄνθρωπος οὖν ἐστιν ὁ χριστός; εἰ γὰρ ὁ χρισθεὶς, αὐτός ἐστιν ὁ χριστὸς, ἄνθρωπος δὲ ὁ χρισθεὶς, καὶ ἕτερός ἐστιν ὁ θεὸς λόγος παρὰ τὸν ἄνθρωπον καθ' ὑμᾶς, ὁ ἄνθρωπος ἄρα ἐστὶν ἀνὰ μέρος ὁ χριστός. τί οὖν ἑαυτοὺς, καὶ ἄλλους ἀπατῶντες λέγετε, ὅτι ὁ χριστὸς θεὸς, καὶ ἄνθρωπός ἐστιν;

Ἐρώ-

sequuntur. B. *Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.* A. Quid igitur? Si Christus & filius vnus est sanctæ Trinitatis, non vides conuictam esse malitiã tuam? Lege etiam principium epistolæ ad Hebræos quod tuam quoque malam mentem redarguit. & in multis locis scripturæ planè hæc hæresis redarguitur, sæpenumero enim nomen Deus de vna persona filij dicitur. Sicut, *Deus erat verbum*, & rursus Paulus, de filio ait, *qui est super omnia Deus*, & alia eiusmodi plurima. Sed non est nunc mihi otium ad congerendum auctoritates. Sed iis, qui veritatem inquirunt, & non contentiose contradicunt, satis sint hæc.

*Ioan.1.*
*Rom.9.*

## Alius Dialogus contra Nestorium * eruditum.

XV.

** deest in nostro Græco codice.*

*Turriano interprete.*

A. Quare Christus dicitur Christus? B. Quia vnxit eum Deus Spiritu sancto. A. Quis igitur est vnctus, Deus verbum, an homo? B. Absit, vt dicamus, vnctum esse Deum verbum, & non hominem. A. Homo igitur est vnctus. Si igitur qui vnctus est, ipse est Christus, Christus autem est homo, & alius est Deus verbum præter hominẽ vestra opinione, Christus igitur * ἀνὰ μέρος, id est, secundum partem est homo. quomodo ergo & vos ipsi, & alios fallitis, cùm dicitis Christum esse Deum & hominem?

**hoc argumento redarguitur Nestorianus, cum non dicit Christum esse ἀνὰ μέρος Verbum, & ἀνὰ μέρος hominem, id est, ex parte Verbum, & ex parte hominẽ.*

XVI.

## Ἐρώτησις ἀπίστου πρὸς αὐτὸν γινομένη.

Ὁ Ἄπις. Οὐχὶ, φησὶ, ἐν πᾶσι, καὶ πανταχοῦ τὸν θεὸν εἶναι λέγετε; ὁ χριστιανός. ναί. ὁ ἄπις. ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ ἦν τῆς παρθένου, καὶ μητρὸς αὐτοῦ, τί οὖν τὸ περισσὸν ἐν ἐκείνῃ; ὁ χρισ. εἰπέ μοι. ὅτ' ἂν ἐννοῇς, καὶ ἀναλογίζῃ τὰ ἤδη σοι * γεγυμνημένα πράγματα, πῶς αὐτὰ ἐννοεῖς, τῶν πραγμάτων ἐκείνων ἐν τῷ σῷ νοῒ μεταχωρούντων, ἢ μᾶλλον τοῦ σοῦ νοὸς πρὸς ἐκεῖνα διαφοιτῶντος; ὁ ἄπις. τοῦ νοός μου διήκοντος εἰς ἐκεῖνα, καὶ τῇ πρὸς νοερότητος θεωρίᾳ κατοπτεύοντος δηλονότι. ὁ χριστιαν. λέγομεν οὖν τὸν σὸν νοῦν, καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν, ἐν οἷς ἀναστρέφεται καὶ ἀδολεσχεῖ, εἶναι, καὶ ἐν σοὶ, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἐν σοὶ, καὶ ἐν ἐκείνοις. ἐν σοὶ μὲν γὰρ οὐσιωδῶς ἡνωμένος ἐστὶν ἐν ἐκείνοις δὲ οὐχ οὕτως. οὕτω μοι ὡς ἐξ ὑποδείγματος νόει τὸν θεὸν λόγον ἐν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. καὶ ὁπηνίκα ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ ἦν, καὶ μετὰ τὸν τόκον οὐσιωδῶς καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένον, καὶ σεσαρκωμένον, καὶ πανταχοῦ τῇ προνοίᾳ, καὶ ἐνεργείᾳ τὸ πᾶν διέποντα, καὶ διακρατοῦντα. ἀλλ' οὐ τῷ αὐτῷ ἐν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, καὶ ἐν τῷ παντί. καὶ γὰρ φέρει τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. * ὁ θεὸς δὲ, καὶ ὑπὲρ πᾶν ὑπόδειγμά ἐστι, καὶ ἐμφάσεις τινὰς νοήσεων, ἐκ τῶν ὄντων, λαμβάνομεν ἐπὶ τοῦ ὑπὲρ τὰ ὄντα, καὶ ποιητοῦ τῶν ὄντων.

* *fort.* ἐγνωσμένα *vel* ἐγνωρισμένα.

* *In altero exemplari Bauarico, hac periodus subtexitur.*

Ἐρωτήθη

# Quæſtio ab infideli Abucaræ propoſita.

XVI.

*Turriano interprete.*

B. Nonne, inquit, Deum in omnibus, & vbique eſſe dicitis? A. Ita eſt. B. Erat autem ſimiliter in ventre virginis, & matris ſuæ; quid igitur amplius in illa fuit? A. Dic mihi, cum tu cogitas, & mente reuoluis, ac conſideras res, quas iam cognitas habes, quomodo ea intelligis? transferuntur ne res illæ in mentem tuam? an potius mens tua ad illas pergit? B. Mens mea ad illas peruadit easq; contemplatione intelligentiæ ſpectat. A. Dicimus ne igitur mentem tuam in rebus, in quibus verſatur, & quas meditatur, ſimiliter atque in te eſſe? minime, in te enim vnita mens eſt ſecundum ſubſtantiam; in rebus verò ipſis non ita: ſic exempli cauſa, intellige mihi Deum verbum & in propria carne, & quando erat in ventre virginali, & poſt partum ſecundum ſubſtantiam, & hypoſtaſim vnitum, & incarnatum; & vbique eſſe prouidentia, & operatione vniuerſum gubernantem, & continentem, * non tanquam aliter ſubſtantia, aliter operatione. non enim in νοερῷ ſubſtantia ab operatione ſeparata eſt, ſed in eodem * ipſo in propria carne ſecundum hypoſtaſim, & in vniuerſo, Deus autem ſupra omne exemplum eſt, quamuis enim quaſdam manus, & adiumenta intelligentiæ è rebus accipimus in auctore omnium, qui ſupra omnia eſt; non tamen κατὰ ταυτὸ, id eſt, ſecundum idem ipſum exiſtimandum eſt eſſe hoc, quod omnia, quæ ſunt ſupra ſubſtantiam ſuperat.

* *Codices Bauarici hic ſunt mutili. Integrius exemplar Turrianus habuit, & Genebrard.*

* *ἐν τῷ αὐτῷ, id eſt, in eadẽ diuinitate, inquit Turrianus.*

XVII. *Ἐρωτήθη ἀβουκαρᾶς *παρ' ἀπίστου πῶς τοῦ Χριστοῦ τρανῶς ἀποφηναμένου, ὅτι ὁ μὴ γεννηθεὶς ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, δυνατόν ἐστι τοὺς πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ δικαίους μὴ βαπτισθέντας εἰσελθεῖν εἰς αὐτήν. καὶ ἀπεκρίθη.

* ἠρωτήθη.
* C.B. παρὰ πιστοῦ.
*Sic habet titulus in codice Græco. In Turriani codice pleraq; pars tituli pars contextus erat, ut apparet ex versione.*

Ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἐκείνων ἐβαπτίσθη, ὥσπερ καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων. ἐγὼ γάρ φησιν, ἐμαυτὸν ἁγιάζω ὑπὲρ αὐτῶν. πλὴν ἀλλὰ καὶ σωματικῶς ἐβαπτίσθησαν. B. πῶς τοῦτο δυνατόν; A. οὐκ οἶδας, ὅτι οὐ πάντη οἱ ἀποθνήσκοντες ἀπόλλυνται, ἀλλ' ἐν τοῖς στοιχείοις ἀναλύονται, ἐξ ὧν καὶ συνετέθησαν; B. οὕτως ἔχει. A. γέγραπται δὲ ὅτι κεντηθεὶς τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἔβλυσεν αἷμα, καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ. B. ναὶ οὕτως γέγραπται. A. οὐκοῦν ἀναλυθέντος ἐν τοῖς στοιχείοις ἐκείνου τοῦ ὕδατος ἡγίασεν τὰ πάντα, καὶ ἐβάπτισεν τοὺς μεμερισμένους, καὶ ἀναλυθέντας εἰς τὰ στοιχεῖα. B. τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ οἱ ἄπιστοι, καὶ πάντες ἁπλῶς ἐβαπτίσθησαν οἱ προαποθανόντες; A. οὐχί. ἀλλὰ μόνον τὰ σώματα τῶν πιστῶν, ὧν αἱ ψυχαὶ ἐν τῷ ᾅδῃ κατελθόντος ἐκεῖσε τοῦ Χριστοῦ, ἢ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ψυχῆς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀγωγὸς, καὶ ῥύαξ ὕδατος ζῶντος δένδρα πολλὰ παραπεπηγότα, καὶ παραπεφυτευμένα ἔχων, τὰ μὲν παντελῶς νεκρὰ, καὶ ξηρὰ, τὰ δὲ ἔτι ζῶντα. τί δοκεῖ σοι; πάντα τὰ δένδρα, ὧν ἅπτεται τὸ ὕδωρ ὠφελοῦνται, καὶ ἀνιμῶνται τὴν πιότητα, καὶ τὴν ζωήν; ἢ μόνα, τὰ δεκτικὴν ἔχοντα δύναμιν, ἤτοι ἑλκτικήν; τὰ γὰρ τελείως ξηρὰ, οὐδὲν παρὰ τοῦ ὕδατος ὠφελοῦνται. οὕτως οὐδὲν ὠφελήθησαν οἱ ἄπιστοι ἐκ τῆς τοῦ ὕδατος ἐκείνου εἰς τὰ στοιχεῖα ἀναλύσεως.

* *
*

# Quæstio ab infideli Abucaræ proposita. XVII.

### *Interprete Turriano.*

B. Infidelis. Quomodo cum Christus clarè dicat, & pronunciet, *qui non est natus ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum,* fieri potest, vt qui ante aduentum eius fuerunt iusti, non baptizati in id ingrediantur? A. Quia Christus pro illis baptizatus est, *ego enim,* inquit, *pro illis sanctifico me ipsum.* Cæterum σωματικῶς, id est, corporibus etiam baptizati sunt. B. Quomodo hoc fieri potuit? A. Nescis, quod qui moriuntur, non penitus in nihilum intereunt, sed potius in elementa, ex quibus compositi sunt, resoluuntur? B. Sic est. A. Scriptum est, quod latere lancea aperto, sanguis & aqua ex latere eius fluxit. B. Sic sane scriptum est. A. Illâ igitur aquâ resolutâ in elementa Christus omnia sanctificauit, baptizauitque diuisos, & resolutos in elementa. B. Hac ratione infideles etiam, & denique omnes baptizati sunt, qui ante fuerant mortui. A. Minimè, sed sola corpora fidelium, quorum animæ cum descendit ad infernum Christus, id est, sancta eius anima, in eum crediderunt. Sicut enim si quis aquę ductus, aut riuus multas arbores habeat iuxta consitas, alias quidem omnino extinctas, & aridas, alias verò adhuc viuentes, & virides, quid tibi videtur, an omnes arbores, quas aqua tangit, vtilitatem capiunt, & *qualitatem, ac vitam hauriunt? an illæ solæ, quæ vim habent recipiendi, & eliciendi? quæ enim ex toto siccæ sunt, nihil eis prodest aqua, sic infidelibus nihil profuit aqua illa, quæ in elementa abiit.

*Ioan. 3.*

*Ioan. 17.*

*Ioan. 19.*

* *Turr. legit* ποιότητα.

XVIII.

## Ex confutationibus beati Theodori Episcopi * Charran cognomento Abucara, * διὰ φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ contra Sarracenos.

*Interprete Turriano.*

** Carum.*

** ex ore seu viua voce Damasceni.*

** Hãc dissertatiunculam non reperi in Bauaricis codicibus; Itaq; Græcum textũ attexere non licuit.*

SARR. Dic mihi Episcope, erat ne mundus idololatriæ deditus, antequam Moyses Iudaismum prædicaret? Theod. Erat. Sarr. Quando Moyses docebat Iudaismum, vtra pars mundi videtur tibi in Deum pia, quæ Iudaismum amplexa est, an quæ perseuerauit in idololatria reiecto Moyse? Theod. Quæ amplexa est Iudaismum. Sarr. Postea, cum venit Christus prædicans Christianismum, vtra pars videtur tibi pietatem coluisse, quæ Christianismum amplexata est, an quæ in Iudaismo permansit fixa? Theod. Quæ Christianismum amplexata est. Sarr. Postea cum venit * Machometus prædicans Machometismum, vtra pars videtur pietatis in Deum cultrix, quæ Machometismum accepit, an quæ in Christianismo remansit reiecta lege Machometi? Theod. Quæ remansit in Christianismo. Sarrac. Conclusionem rationis non consentaneam sumptionibus intulisti. Theod. Non est mihi necesse concludere ex falsis propositionibus. non enim sicut putasti, digni fuerunt fide & approbatione, Moyses & Christus, quia prædicabant, & docebant, vt iam sic etiam Machometo credatur, quia prædicabat, & docebat. sed audi, vnde vterque habitus est dignus fide. quando mittebatur Moyses à Deo, respondit. *Ecce vado, & dicent mihi, non apparuit tibi Dominus, neque Deus misit te, quid faciam?* & ait ad eum Deus, *quid est hoc, quod habes in manu tua?* & respondit, *virga.* & dixit ei Dominus, *proiice eam*, & proiecta conuersa est in serpentem. & rursus cum serpentem manu prehendit, versus est in virgam. Postea dixit ei Deus, *mitte manum tuam in sinum tuum*, quam cum misisset, protulit eam leprosam. Et rursus immissa, educta est sana, & ait

** Dicit Sarracenus quod sicut Moyses Iudaismũ prædicauit, & Christus Christianismũ, sic Machometus Machometismum, & sicut illi recepti fuerunt per prædicationẽ, sic Machometũ receptum esse.*

*Exod. 3.*

*Exod. 4.*

*Ibid.*

Deus

Deus illi. *Si non crediderint primo signo, neque secundo, fac ex aqua sanguinem.* atque ita fecit Moyses, & habita est fides verbis eius propter opera. Sic est, an non? Sarr. Sic sanè. Theod. Venit Christus, & se esse à Deo missum fidem sibi fecit non tantum testimonio & prophetia Moysis, sed post illam missionem signis etiam, & prodigiis, & variis virtutibus, fidem confirmauit. Sarr. Quibus nam istis? Theod. Conceptu sine semine, matre sine viro, & ortu ex virgine. mutatione aquæ in vinum. & post hæc, non obscura, sed omnibus valde manifesta oculorum cœcis restitutione, leprosorum sanatione, paralyticorum corroboratione, & variorum morborum curatione, ostensione diuinitatis in monte, dæmonum expulsione, saturitate multorum millium ex paucis panibus, & piscibus; mortuorum, tanquam è somno excitatione, & denique, vt semel dicam, instauratione naturæ, in quibus exciderat; & lapsa erat. Quid ais ad hæc Sarracene? an minoribus signis quā Moyses fidem sui fecit Christus? Sarr. Nequaquam. Theod. Sic igitur à Moyse prænunciatus, & tot, ac tantis signis à Deo venisse declaratus, edicit discipulis suis: *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem baptistam; qui habet aures audiendi audiat.* Vbi igitur sit Propheta vester, non est obscurum.

*Ioan.2. Ioan.9. Matth.8. Actor.10. Matth.17. Matth.11. Ioan.6. Ioan.11. Luc.16.*

Ερώτη-

XIX.

## Ἐρώτησις, ὅτι ὁ μωάμεθ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ.

*Συναντῶσι

Ἔθος τοῖς τῶν Σαρακηνῶν ὑποκριταῖς, εἰ *συναντῶν Χριστιανὸν μὴ χαιρετίζειν, ἀλλ' εὐθέως λέγειν. Χριστιανὲ μαρτύρησον, ὅτι εἷς ὁ θεὸς ἀκοινώνητος τὸν μωάμεθ ἔχει δοῦλον, καὶ ἀπόστολον. καὶ ταῦτα τὶς τῶν τοιούτων ὑποκριτῶν τοῦ Ἀβουκαρᾶ ἠρώτησεν. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν. οὐχ ἅλις σοι τὸ τῆς ψευδομαρτυρίας κατάκριμα, ἕως οὗ, καὶ ἄλλοις ψευδομαρτυρεῖν ἐπιτρέπῃ; Βάρβ. οὐ ψευδομαρτυρῶ. Χρισ. οὐκοῦν παρῶσι,* ὅτι ὁ θεὸς τὸν μωάμεθ ἀπέστειλε; Βάρβ. οὐχί. ἀλλ' ὡς μαρτυρεῖ ὁ πατήρ μου, μαρτυρῶ κἀγώ. Χρισ. εἰ πάντοτε ἀληθῆ τὰ ὑπὸ τῶν γονέων τοῖς τέκνοις λαλούμενα. καὶ Σαμαρεῖται, καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Σκύθαι, καὶ Χριστιανοὶ, καὶ ἕλληνες καλῶς ἂν πιστεύωσι ἐπειδὴ ἕκαστοι μαρτυρεῖν ὡς οἱ γόνοι ἐδιδάχθησαν. καὶ τί ἐστι λοιπὸν τῆς θρησκείας σου τὸ διάφορον, τῷ πατρί σου πιστεύσαντος; οὕτως γὰρ θεμιστεύεται, καὶ τὰ βοσκηματώδη ἔθνη Βάρβ. ἐπειδή με εἰς ἀπορίαν περιέστησας, εἰπέ μοι σύ. ἆρ' οὐχ ὅσα δεδίδαξαι ὑπὸ τοῦ πατρός σου μαρτυρεῖς; Χρισ. ἀληθῶς. ἀλλ' ἐμὲ ὁ πατήρ μου ἄλλα ἐδίδαξε, καί σε ὁ πατήρ σου ἄλλα. Βαρβ. ὁ πατήρ μου ἐδίδαξέ με δέξασθαι ἀπόστολον ἐκ παλαιοτέρου προδηλωθέντα, ἢ διὰ σημείων ἑαυτὸν ἀξιόπιστον παραστήσαντα. ὁ δὲ σὸς μωάμεθ, ἑκατέρων γεγύμνωται, καὶ ἠλλοτρίωται. παλαιὸς γὰρ αὐτὸν προφήτης, προφήτην οὐ προεμήνυσε, καὶ σημείοις ἑαυτὸν οὐκ ἐπιστώσατο. Βάρβ. ναὶ, ὁ Χριστὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔγραψε λέγων. ἀποστέλλω ὑμῖν προφήτην μωάμεθ λεγόμενον. Χρισ. τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον οὐκ ἔχει. Βάρβ. εἶχεν. ἀλλ' ὑμεῖς ἐξηλείψατε αὐτό. Χρισ. ὁ φέρων πρὸς τὸν δικαστὴν, κατὰ τοῦ ὀφείλοντος *δανείου, χειρόγραφόν τι τῶν ζητουμένων, ἢ λαλουμένων μὴ ἔχον, τί κρίνει ὁ δικαστὴς, ἵνα λάβῃ; Βάρβ. οὐδέν. Χρισ. οὐκοῦν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ἔχετε οὐδέν. Βάρβαρ. κἂν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ἔχω οὐδὲν, ἀλλ' ἐκ τῶν σημείων, ὧν ἐποίησεν, ἀξιόπιστος δείκνυται προφήτης.

*Turr. videtur legisse πάρεσ ὅτι.

* δάνειον

# Mahometem non esse ex Deo. XIX.

*Iacobo Gretsero Interprete.*

CONSVETVDINE receptum est apud Sarracenorum hypocritas, vt si in Christianum incidant, salute eum nequaquam dignentur, sed statim dicant: Christiane, testimonium; quòd vnus & incommunicabilis Deus Mahometem adsciuerit sibi seruum & Apostolum. Et hæc ipsa quidam ex huiusmodi hypocritarum numero Abucaræ proposuit. Cui ille respōdit; an non tibi sufficit, quòd falsi testimonij condēnaris, nisi & alios falsa testari incites? B. Non dico falsum testimonium. C. Omitte igitur dicere, Mahometem à Deo missum esse. B. Nequaquā. Sed quod testatur pater meus, testor & ego. C. Si vera esse oportet, quę filiis traduntur à Patribus, sequitur & Samaritanos, & Iudęos, & Scythas, & Christianos & Græcos rectam fidem colere, quia omnes isti eam persuasionē habent, qua à maioribus suis imbuti sunt. Et quid nam diuersum ab his continet tua religio, qui patri tuo fidē habes; hoc enim & gentibus, quæ pecudum ritu viuunt, solenne est. B. Cum me in dubitationē conieceris, cedo precor, an non & tu ea, quæ à patre edoctus es, sentis ac doces? C. Vtiq;. Sed me pater meus alia docuit; & te pater tuus alia. B. Et quæ nam te docuit pater tuus, & quæ nam me pater meus? C. Pater meus docuit me, vt recipiam Prophetam iam olim prænunciatum, vel qui per signa & prodigia sibi fidem conciliat: vtrisque tuus Mahometus destituitur: Nullus enim ex veterum Prophetarum numero quidquā de illo tanquam de Propheta vaticinatus est, neq; ipse signis & prodigiis fidem sibi adstruxit: B. Imò verò, quia Christus in Euangelio dixit: Mitto vobis Prophetam nomine Mahometū. C. Atqui Euangelium nullam eius mentionem facit. B. Faciebat, sed vos expunxistis. C. Si quis ad Iudicem ferat chirographum aduersus fænoris debitorem, quod nihil eorum, quæ poscuntur, contineat, quid statuit iudex, vt talis actor recipiat? B. Nihil. C. Igitur ex Euangelio nihil habetis. B. Etiamsi ex Euangelio nihil habeam, attamē ex signis, quæ patrauit, fide dignus Propheta

φήτης. Χριστιαν. ποῖον σημεῖον ἐποίησεν; ὁ βάρβαρος εἰς ψευδῆ μυθολογίαν τραπεὶς, καὶ μηδὲν ἀληθὲς εἰπεῖν δυνηθεὶς, ἡσύχασεν.

---

## XX. Ἑτέρα ἐρώτησις, ὅτι ὁ μωάμεθ ἐχθρὸς ἦν τοῦ θεοῦ. καὶ ὑπὸ δαίμονος ἠνωχλεῖτο, δι' ὑποδείγματος.

Εἰ πάσης τῆς ὑπ' οὐρανὸν κτίσεως δεσπόζων, κατὰ χώρας τινὸς οἰκήτορας ἔγνω λοιδοροῦντας αὐτῷ, καὶ παροινοῦντας αὐτοῦ τὸ κράτος, χολωθεὶς στρατοπεδάρχην τινὰ πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν. τὸν, λοιδορεῖν παύσοντα, καὶ εὐφημεῖν διδάξοντα, ἢ μὴ πειθομένους ξίφει τιμωρησόμενον. ὁ δὲ τὴν χώραν τῶν ὑβριστῶν καταλαβὼν, χρήμασι δωροδοκηθεὶς τὸν βασιλέα μᾶλλον ὑβρίζειν αὐτοὺς προετρέψατο. ἀντὶ τῶν χρημάτων ἔγγραφον προτροπὴν ἰδιοχείρως αὐτοῖς χαράξας, ἆρ' ἐστὶ τοῦ ταῦτα διαπράξασθαι τολμήσαντος τῷ βασιλεῖ δυσμενέστερος; οἶμαι οὐδείς. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, καὶ μέχρι τοσαύτης τὶς ἐλάσειεν ἂν μανίας, ὥστε τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην λοιδορεῖν τινὰς παρορμήσας, ἀντὶ τῆς λοιδορίας χρυσὸν λαβών; ἐρῶ δ' ἂν ἐγὼ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὁ μεμηνὼς τῶν Ἀγαρηνῶν ψευδοπροφήτης μωάμεθ. καθὼς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ψεύσμασιν εὑρίσκεται κομπάζων. ἔλεγε γὰρ δαιμονιῶν, ὅτι ὁ θεός με ἀπέστειλεν ἐκχύσαι τὸ αἷμα τῶν λεγόντων τὸ θεῖον, φύσιν τρισυπόστατον. καὶ πάντων τῶν μὴ οὕτω λεγόντων, ὁ θεὸς, μονὰξ, ὁ θεὸς σφυρόπηκτος, ὃς οὐκ ἐγέννησεν, οὐδὲ ἐγεννήθη, οὐδὲ γέγονεν αὐτῷ ἀντιμεριστής τις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ θεολογία μεμηνότος. γεννήτορα φωτὸς, ἁγιασμοῦ προβολέα ἀρνούμενος εἶναι τὸν θεόν. καὶ ὡς λοιδόρους, καὶ τῆς θεότητος ὑβριστὰς, ξίφει τιμωρήσασθαι, παρὰ θεοῦ κεκελεῦσθαι τοὺς χριστιανοὺς ἐκομπάζετο. ἀλλὰ χρήμασιν ἐξαμελιωθεὶς, παρεχώρησεν αὐτοὺς τὸν ἀποστείλοντα αὐτὸν ὑβρίζειν, ὡς ᾤετο, ὁ δαιμονιωθείς. καὶ ἵνα μή τις ἡμᾶς ὑπολάβῃ ψευδηγορεῖν δαιμονῶντα αὐτὸν ὀνομάζοντας, ἀναγνώτω τὴν παρ' αὐτοῖς ἱστορίαν ἐπιγεγραμμένην,

συγγνώ-

apparet. C. Quale ſignum fecit? Barbarus ad falſa commenta conuerſus, cum nihil veritati conſentaneum adferre poſſet, conticuit.

## *Alia interrogatio, ſpecie exempli, quod Mahometus fuerit hoſtis Dei, & à Dæmone obſeſſus.

XX.

* *Melius diceretur diſſertatio.*

*Interprete Gretſero.*

SI vniuerſæ terrę Dominus ira accenſus in prouinciæ alicuius incolas ſibi conuicia dicentes, & potentiæ maieſtatiq; ſuæ illudẽtes, mitteret ad illos quempiam belli ducem, qui à maledictis auerteret, ad benedicta autem conuerteret; gladio in immorigeros animaduerſurum: ille verò in contumelioſorum hominum regionem delatus, pecuniiſque delinitus magis ad maledicta in regem iacienda inflammaret, & hanc ſuam inflammationem proprio chirographo cõfirmaret; num vllus maior & capitalior iſto hæc talia auſo Regis hoſtis reperiri poſſet? Haud equidem arbitror. Fortè dicat quiſpiam: Et quis eò inſaniæ proceſsit; vt pecunia accepta liberã faciat Domini ſui calumniis inceſſendi copiam? Cui reſpondeo; hunc ipſum eſſe inſanum Agarenorum Pſeudoprophetam Mahometum, prout in propriis ſuis mendaciis gloriatur. Profeſſus enim eſt velut à Diabolo actus, ſe à Deo miſſum, vt effundat ſanguinem eorũ, qui affirmant, numen diuinum eſſe perſonis trinum; & omnium illorum, qui non dicunt; *Deus eſt ſolus ſeu ſolitarius vnica perſona conſtans, qui neque genuit, neque generatus eſt; neque conſortem vllum habuit.* Hæc enim eſt inſanientis Theologia, vt genitorem luminis, & ſanctificationis productorem neget eſſe Deum, & vt Chriſtianos, qui hoc profitentur, tanquam iniurioſos & calumniatores, gladio trucidet, idq; ſibi à Deo mandatum iactat. Attamen ære demulſus, conceſsit, vt eum, à quo homo ille à Dæmone agitatus ſe miſſum ferebat; inſectarentur. Et ne quis arbitretur nos falſa dicere, cum Dæmoniacum nominamus; legat, quæ apud illos circumfertur, Hiſtoriam, cuius in-

Συγγνώμη τῆς Σαίοσα. γυνὴ γὰρ αὐτοῦ αὕτη. ἣν ὑποπτευομένην αὐ-
τὴν μοιχᾶσθαι, πρὸς τοὺς γονεῖς αὐτῆς αὐτὴν ἐξεδίωξε. καὶ μεθ' ἡ-
μέρας συγκαθήμενος αὐτοῖς, ἔπεσε δαιμονιζόμενος, καὶ στρεβλού-
μενος, ὥστε λέγειν τοὺς * παρελόντας, χρησμῴδημα βαρύτατον ἐπ'
αὐτὸν κατηνέχθαι. καὶ μετὰ βραχὺ ἀνανηψάμενος, ἠρωτήθη, τί τὸ
ὅραμα; ὁ δὲ ἔφη, κατηνέχθη ἐπ' ἐμὲ Συγγνώμη τῆς Σαίοσα, καὶ ὡς
ὑπ' ἀγγέλου πληροφορηθεὶς εἶναι αὐτὴν τῆς ὑποψίας καθαρὰν,
ἀνέλαβον αὐτήν.

* παρόντας

## XXI. Ἐρώτησις ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἐλαττόνων κηρύγματος βεβαιοῦται τὸ Χριστιανῶν δόγμα.

Τῶν ἐλλογίμων Σαρακηνῶν τις θαρρῶν τῇ ἰδίᾳ τῶν λό-
γων εὐπρεπείᾳ, συναγαγὼν τοὺς ὁμοθρήσκους, ἵνα ὡς
ἀνίκητον δογματιστὴν τοῦτον θαυμάσωσι, φησὶ πρὸς τὸν
ἐπίσκοπον. ἤκουσα ὅτι καυχώμενος ἐπαγγέλλῃ βεβαιοῦν
τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι ἐν αὐτῷ ἐλαττωμάτων.
Θεόδωρος δὲ τὸ θάρσος αὐτοῦ γνοὺς, φησί. ἀληθῶς ἤκουσας. Βαρβ. κἂν
τοῦτο μὴ δυναῖο, τί ἂν πάθοις; Θεόδ. ἐξουσίαν μὴ ἔχειν με μετὰ Σαρα-
κηνοῦ δογματίσαι. Βάρβ. καὶ εἰ τοῦτο δυνηθῇς, μηδὲ ἐγὼ ἔχοιμι ἂν
ἐξουσίαν μετὰ Χριστιανοῦ δογματίσαι. Θεόδ. ἕτερον τί συγκατάθες πα-
θεῖν; Βάρβ. ὅπερ συγκατίθου, ταυτὸν κἀγώ. Θεόδ. οὐ γὰρ ταυτόν. εἰ
ἐμὲ γὰρ παύσειας, ἐκ τῶν Σαρακηνῶν χάριν ἂν μεγίστην ἔσῃ αὐτοῖς
χαριζόμενος. σὲ δὲ κἂν πολλὰ λαλήσῃς, οὐδενὸς ἄξιον ἡγοῦνται οἱ
Χριστιανοί. ὁ Σαρακηνὸς δὲ πρὸς τοῦτο γελάσας, τὴν τοῦ ἐπισκόπου
παρρησίαν θαυμάζων φησί. ἄγε, ὦ ἐπίσκοπε, λαλήσωμεν. Χριστ.
ἐρωτῶντί μοι ἀποκρίθητι. Σαρ. ἐρώτα, ὅσα βούλει. Χριστ. πόσαι εἰσὶ
μοῖραι τῶν ἀνθρώπων; Σαρ. οὐκ οἶδα. Χριστ. πάντως, ὅτι τρεῖς. σο-
φοὶ, μέσοι, μωροί. Σαρ. σύμφημι. Χριστ. ἔστιν ἐκ τούτων τῶν μοιρῶν
τῶν τριῶν κἂν μία, καταδεχομένη ἐσταυρωμένον θεὸν ἔχειν; ὁ δὲ Σα-
ρακηνὸς, ἅτε δὴ ἀγχίθυρος τοῦ νικᾶν γεγονὼς, μηδὲν μελλήσας φη-
σὶ, οὐδεμία. Χριστιαν. πρόσεχε ἀκριβῶς, μὴ συναρπασθῇς, καὶ νικᾶν
προσδο-

ſcriptio. *Dimiſsio Saiſſæ.* Hæc enim vxor eius fuit: quam adulterij ſuſpectam, ad parentes remiſit; poſtque aliquot dies in familiarium congreſſu à Dæmone correptus corruit, vt præſentes dicerent; eum grauiſsima vi cœlitus afflatum inſtinctumq; eſſe. Paulò pòſt, recepta mente, percõtati ſunt, ecquid nam viderit? quibus ille: Decidit ſuper me repudium Saiſſæ, & ab Angelo certior factus, adulterij crimine abſolutam, denuò in contubernium admiſi.

## Dogma ad cõfirmationem Chriſtianiſmi ex vocibus humilibus, & abiectis prædicationis Euangelij.

XXI.

*Turriano interprete.*

QVIDAM ex peritis Sarracenis cum audiſſet de Epiſcopo ſederetq; cum aliis decem ex magiſtratibus, fecit eum accerſiri: confiſus enim eloquentiæ ſuę cõuocauerat eos, vt laudem inuicti doctoris ab eis ferret. ingreſſo autem Epiſcopo, & ſedere iuſſo, audiui, inquit, Epiſcope, gloriari te, idq; profiteri, poſſe Chriſtianiſmum confirmare ex humilibus & abiectis. Theodorus aũt cum audaciam, & confidentiam illius noſſet, verũ, inquit, audiſti. Sarr. Si hoc aſſequi non poteris, Quid vis pati? Theod. Vt non habeam amplius poteſtatem diſputandi cum Sarraceno. Sarr. Et ſi hoc poteris; nec mihi facultas, & poteſtas ſit cum Chriſtiano diſſerendi. Theod. Quid aliud paciſceris, te paſſurum? Sarr. Quod tu pactus es, idem & ipſe. Th. Non eſt idem, ſi enim me à ſermone Sarracenorum excludas, magnam gratiam ab eis inibis, & rem gratiſsimam eis feceris. tu verò, etſi multa loquaris, nullius momenti eſſe putãt Chriſtiani. ad hoc cum grauiter riſiſſet, miratus fiduciam Epiſcopi ait Sarracenus: *Nullo pignore contra nos viciſsim pacto, age iam Epiſcope loquamur. Th. Reſponde percontanti. Sarr. Percontare, quæcunq; libet. Th. Quot ſunt ſortes hominum? Sarr. Neſcio. Th. Tres omnino ſunt. Sarr. Quæ iſtæ? Th. Sapientes, medij, ſtulti. Sarr. Concedo. Theod. Eſt ne aliqua pars ex his tribus vel vna, quæ approbet habere ſe Deum crucifixum? tunc Sarracenus quaſi iam prope viciſſet, nihil cunctatus, nulla, inquit.

**Hæc deſunt in Bau. Græcis codd.*

προσδοκῶν ἢ τἀληθῆς. Σαρακ. οὐ μεταμελοῦμαι. φησι. μὴ γένοιτό πο-
τε φρονίμῳ, ἢ μέσῳ, ἢ μωρῷ καταδέχεσθαι θεὸν ἔχειν ἐσταυρωμένον.
Χρισ. οὐκοῦν οἱ χριστιανοὶ, κατὰ σὲ οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι, ἐν οἷς πάν-
τως εἰσὶ, καὶ σοφοὶ, καὶ μέσοι, καὶ μωροί. ὁ δὲ Σαρακηνὸς ἀπορή-
σας, καὶ ἐν μεταμελείᾳ τῷ * τάχα τῆς ἀποφάσεως γεγονὼς ἀπηνε-
ώθη ἐντραπείς. Χρισ. οἱ χριστιανοὶ ἡμεῖς, τὸ τέταρτον τῶν ἀνθρώ-
πων ἐσμὲν, ἢ καὶ πλεῖον. καὶ σὺ πῶς ἀποφάσκειν τολμᾷς, μηδέ-
να τῶν ἀνθρώπων εἶναι καταδεχόμενον ἔχειν θεὸν ἐσταυρωμένον;
Σαρακ. καὶ τίνι τρόπῳ φῂς, αἱ τρεῖς τῶν ἀνθρώπων μοῖραι, θεὸν ἐ-
σταυρωμένον ἔχειν κατεδέξαντο; διαπορῶμαι γὰρ ἀγνοῶν τῆς κατα-
δοχῆς ταύτης τὸ ἀπόρρητον αἴτιον. Χρισ. ὡς ὑπεσχόμην περὶ βρα-
χέως, δείκνυμι διὰ τῶν δοκούντων σοι παρ' ἡμῖν * ἀπελῶν δογμά-
των, τὸ χριστιανῶν δόγμα κυροῦσθαι, καὶ βεβαιοῦσθαι. Σαρακ. δεῖξον.
Χρισ. ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον ἐπεξιὼν τῷ λόγῳ διατρίψω, σύντομον
μεθοδεύσω σοι ποιεῖσθαι τὴν ὑπογραφήν. θοῦ τοιγαροῦν εἶναι ὑμᾶς
τοὺς δέκα τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας, εἰδωλολατρῶν δηλονότι. ὁ μὲν ἑλ-
λήνων. ὁ δὲ, ῥωμαίων. ὁ δὲ φράγκων, καὶ ἄλλος ἄλλων. ἐξαίφ-
νης δὲ ὑμεῖς ἐπέστη ἄνθρωπος, ξένος, πτωχὸς, καὶ ἀειδὴς τὸ φαι-
νόμενον καὶ μετὰ πολλοῦ τῆς παρρησίας πᾶσιν ἐβόησε. διὰ τί πλανᾶ-
σθε, ὦ ἄνθρωποι, τῆς εὐσεβείας, προτιμῶντες τὴν ἀσέβειαν; ὡς ἔοι-
κε δὲ, ἀπεκρίθητε, καὶ ποταπή ἐστι, ταλαίπωρε, ἡ ἀσέβεια, ἧς τὴν ἀ-
σέβειαν προτετιμήκαμεν; ὁ δέ φησιν· τὸ λατρεύειν θεῷ ἐσταυρωμέ-
νῳ. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ὄντως, εὐσέβεια. ὑμεῖς δὲ ἀκούοντες, καὶ τοὺς ὀ-
δόντας βρύχοντες, * ὡρμήθησαν φονεύειν αὐτόν. οὐκ ἰσχύσατε δέ.
καὶ πάλιν ἀναλαβόντες τὴν ἐρώτησιν, εἰπὲ ἡμῖν, ἀπεκρίθητε, τοῦτο
σαφῶς τὸ δυσπαραδεκτόν σου κήρυγμα. ὁ δὲ φησίν. ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ
καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ ἐκ γυναικὸς ἐσαρκώθη. καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος,
ὡς βρέφος ἀνετράφη. καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ζητούμενος εἰς αἴγυ-
πτον φυγαδεύεται. κἀκεῖθεν ἀνελθὼν, κρατεῖται, ῥαπίζεται, ἐμπτύε-
ται, καὶ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ κολαφίζεται. κοκκίνην χλαμύδα
ἐμπαιζόμενος ἐνδύεται. καὶ ἀκάνθινον στέφανον περιτίθεται. σταυροῦ-
ται, καὶ ὄξος ποτίζεται. καὶ τὴν πλευρὰν τῇ λόγχῃ νύττεται· καί,

θε

* τάχα.

* f. εὐτελῶν vel ἐλαττωμάτων.

* ὡρμήσατε vel ὡρμήθητε.

quit. Th. Aduerte bene, ne * surripiaris, & cum speras vincere, victus reperiaris. Sarr. Non me pœnitet inquit, auertat Deus, vt vllus vnquã prudens, vel stultus, vel medius profiteatur habere se Deum crucifixum. Th. Igitur Christiani opinione tua, non sunt homines, in quibus omnino reperiuntur sapientes, & medij, & stulti. Hic Sarracenus dubitans, & sententiæ celeriter dictæ pœnitẽs, obstupuit pudens. Christiani, inquit Theodorus, qui sunt duæ partes * hominum cum dimidia, profitẽtur habere se Deũ crucifixum. Sarr. Et quomodo ais tres partes hominum voluisse habere Deum crucifixũ? Dubito enim, quia ignoro causam occultam amplectẽdi hanc professionẽ. Th. Doceo quomodo, vt paulò antè promisi, quia per ea dogmata, quę tibi apud nos vilia, & humilia vidẽtur, dogma Christianorum confirmatur, & stabilitur. Sarr. Doce. Th. Ne singulis commemorandis longum fiat, breuem tibi descriptionem facere aggrediar. Pone igitur esse vos decẽ principes populorũ, idololatricorum scilicet, alium Græcorum, aliũ Romanorum, alium Gallorum, & aliorum alium, & derepente adesse vobis hominem peregrinũ, turpi specie ac forma, squalidum, pauperẽ, * nudis pedibus, sine virga, vna tunica, sine ære, & argento. & magna confidentia, sic clamantem, ô homines, quid ita erratis, vt impietatẽ pietati anteponatis? vos verò vt par est, respondisse; & quæ ista miser, pietas, cui impietatem anteposuimus? illum autem dixisse: Deum, crucifixum colere, hanc enim esse veram pietatem: vos autẽ audientes, & dentibus stridentes ad delendum eum aggressos esse, neq; tamen potuisse: & rursus ponamus vos, repetita percunctatione, respondisse: edissere nobis planè istam tuam improbabilẽ prædicationem; illum autem sic exorsum esse; filius Dei è cœlo descendens ex muliere carnem assumpsit, & factus homo, tanquã infans, nutritus est; & ab inimicis inquisitus, in Aegyptum fugit; & inde reuersus, capitur, pugnis impactis cęditur, caput arundine percutitur, conspuitur, coccinea chlamyde illusus, induitur, corona spinea redimitur, crucifigitur, potio aceti adhibetur, & latus lancea transfigitur, & cum clamore dixit; *Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti*; animã emisit, mortuus sepulturæ mãdatur. & tertio die resurgit, ne videatur fefellisse audito-

* συναρπαθῇς; *ne imprudens decipiaris.*

* ἡμιτέταρτον, *dimidiũ quatuor sunt duo; & dimidium duorum est vnum.*

* *Hæc non sunt in Bauarico exemplari.*

θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; ἐβόησε. καὶ τὴν ψυχὴν ἐξέ-
πνευσε· καὶ τῷ τάφῳ νεκρὸς καλύπτεται, * οὐκέτι εἶπε, καὶ τριήμε-
ρος ἐκ τάφου ἀνίσταται. ἵνα μὴ δόξῃ τοὺς ἀκούοντας φρεναπατᾶν,
ὡς μεγαλορρήμων φενακιζόμενος. ταῦτα οὖν ἀκούσαντες, ἀπεκρίθη-
τε. ὦ ξένε, ἄλλος πώποτε οὐ μή σου φανῇ ἀφρονέστερος. εἶτα τί τὸ
ἐπάγγελμα τοῦ ταῦτα παθόντος τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν; ὁ δέ φη-
σι. σκληραγωγία, ἡδονῶν ἀποχή. πολυγαμίας ἀλλοτρίωσις, τῷ
παίοντι τὴν δεξιὰν, καὶ τὴν ἑτέραν παρέχειν, ἀγγαρευόμενον μί-
λιον ἓν, δύο συναπέρχεσθαι, τῷ τὸ ἱμάτιον ἀφαιρουμένῳ, καὶ τὸν
χιτῶνα προσεκδύσασθαι, τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν, τοὺς λοιδοροῦντας,
καὶ καταρωμένους εὐλογεῖν, καὶ ὑπερεύχεσθαι. καὶ ἀπεκρίθητε. τίς
ἐστι τοῖς ταῦτα καρτερεῖν ἀνεχομένοις, παρ' αὐτοῦ ἀμοιβή; καὶ πρὸς
ταῦτα εἶπεν. Ενταῦθα μὲν οὐδέν. ἀλλ' ἀφ' οὗ ἐγερθήσεσθε ἀπὸ τῶν
τάφων ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ἀμφιλαφὴς, καὶ δαψιλεστάτη γενήσεται
τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις τῶν αἰωνίων παρ' αὐτοῦ τοῖς ταῦτα φυλά-
ξουσι. καὶ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίθητε. ὦ ἄνθρωπε, τὸ μὲν ἀσθενὲς τοῦ
διά σου κηρυττομένου, προφανές. καὶ τὸ δυσκατόρθωτον τοῦ διαγ-
γέλματος, πρόδηλον. ἡ δὲ ὑπὲρ τούτων ἀνταπόδοσις, καὶ λίαν μα-
κρὰ, καὶ ἀμφίλεκτος. καὶ τίς ἔσται, ὁ τὴν τοιαύτην θρησκείαν ὑπ-
ελθεῖν ἀνεχόμενος; ὁ δέ φησι· εἴπατέ μοι, ἑτέρῳ τινὶ ἀνέχεται ἡ
κτίσις δουλεύειν, καὶ ὑποτάσσεσθαι μᾶλλον, ἢ τῷ κτίσαντι; ἀπεκρίθη-
τε δὲ, οὐδαμῶς, ἀλλὰ τῷ κτίσαντι. ὁ δέ φησι. φέρετέ μοι τυφλόν. καὶ
ἀχθέντος τυφλοῦ, ἐβόησεν ὁ κήρυξ. σοὶ λέγω τυφλὲ ἐν ὀνόματι Ιησοῦ
Χριστοῦ Ναζαραίου, τοῦ τεχθέντος ἐκ Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ, καὶ φυγόν-
τος εἰς αἴγυπτον. τοῦ, ὑπὸ τῶν Ιουδαίων κρατηθέντος, καὶ ἐπὶ ξύλου
κρεμασθέντος, ὄξος τε, καὶ χολὴν ποτισθέντος, καὶ τὴν πλευρὰν τρω-
θέντος ἐν λόγχῃ, καὶ τῷ τάφῳ καλυφθέντος, ἀνάβλεψον. ὁ δὲ παραυ-
τίκα ἀνέβλεψε. καὶ τῇ αὐτοῦ ἐπικλήσει λεπροὺς ἐκαθάρισε. καὶ πάντα
τὰ θαύματα ἐποίησεν. ὅθεν ἡμεῖς, καὶ πάντες οἱ θεασάμενοι σοφοὶ, καὶ
μέσοι, καὶ μωροὶ, ἀναμφιβόλως ἔγνωσαν πᾶν γένος ἀνθρώπων, ὅτι
θεὸς, καὶ θεοῦ υἱός ἐστιν ὁ Ναζαραῖος. καὶ ταῦτα ἑκουσίως πέπονθε δι' αἰτίαν
ἣν τὰς τῶν ὁρώντων διανοίας λανθάνουσαν. ἰδοὺ, σοι δέδεικται κατὰ
τὴν

*hæc duo verba videntur redundare.

auditores; tanquã magnificis verbis vſus, & eos compto ſermone decepiſſe. deinde hæc audientes reſpondiſſe, ô peregrine, nemo vnquam te imprudẽtior apparere poterit. Sed quid tandem qui hæc paſſus eſt, iis, qui in eum credunt, præcipit? illum verò dixiſſe: multam duritiam vitæ, abſtinere à voluptatibus, alienũ eſſe à multis nuptiis; percutienti maxillam dexteram, præbere ſiniſtram; detrahenti pallium addere inſuper tunicam; angarianti te ad vnum milliare, ire cum eo duo; inimicos diligere; conuitiantibus, & nos maledictis proſequentibus, benedicere, & pro eis precari: Vos autem interrogaſſe: Quæ patienter iſta ſuſtinentes manet ab illo remuneratio? *( Illum verò reſpondiſſe: Nulla equidem in præſenti vita: ſed in nouiſsimo die, cum mortui ex ſepulchris excitabuntur, vberrima & largiſsima æternorum bonorum merces illis dabitur, qui hæc cuſtodire in animũ induxerint: vos autem contrà retuliſſe: Imbecillitas eius, quem prædicas, manifeſta eſt; nec minus clara difficultas præſtandi huius promiſsi: Adde quod retributio ob tot incommoda tolerata nimis diu differtur; & præterea anceps eſt. Et quis fuerit, qui talem religionem amplecti velit?) Illum autem dixiſſe: dicite mihi, patitur ne creatura, vt vlli potius ſeruiat, & ſubiecta ſit quam creatori? Ad quæ vos: nequaquam, illum verò, adducite mihi cœcum. & cœco adducto, clamauiſſe prædicatorem; tibi dico, cœce, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, qui natus eſt ex Maria in Bethleem, & fugit in Aegyptum, qui à Iudæis captus eſt, & percuſſus, & conſputus, & crucifixus, & in ligno crucis clamauit; *Deus Deus meus, vt quid me dereliquiſti*, cui aceti, & fellis potio data eſt, & lancea latus apertum, qui & in ſepulchro humatus eſt; reſpice; ille autem continuò reſpexit, & eadem inuocatione Leproſos mundabat; dæmones expellebat; paralyticos ſanabat; mortuos ſuſcitabat, vnde vos, & omnes, qui viderunt, viri, & fœminæ, iuuenes, & ſenes, ſapientes, & ſtulti, & medij, omne denique genus hominum citra vllam dubitationem cognouerunt Deum eſſe, & Dei filium Ieſum Chriſtum Nazarænum, qui hæc volens paſſus eſt propter cauſam aliquam, quæ mentem eorum, qui viderunt, hactenus latuit.

** Hæc, quæ parentheſi incluſimus, adiecimus ex cod. Bauarico.*

τὴν ὑπόσχεσιν ἡμῶν, τὸ τῶν χριστιανῶν δόγμα βεβαιούμενον, ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ δοκούντων ἐλαττωμάτων.

---

XXII.

## Ἑτέρα ἐρώτησις δεικνῦσα εἶναι τὸν εὐλογούμενον ἄρτον, σῶμα χριστοῦ.

Βάρβαρος. Διὰ τί, ἐπίσκοπε, ἐμπαίζετε ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς τῶν χριστιανοὺς, ἐξ ἑνὸς ἀλεύρου δύο ἄρτους προτιθέντες ὠπτημένους; καὶ τὸν μὲν εἰς κοινὴν ἐᾶτε βρῶσιν, τὸν δὲ τοῖς λαοῖς κατὰ βραχὺ μερίζοντες, σῶμα χριστοῦ ὀνομάζετε. καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχειν αὐτὸν τοῖς μεταλαμβάνουσι δυνάμενον διαβεβαιοῦτε. ἄρα ὑμᾶς αὐτοὺς ἐμπαίζετε, ἢ τοὺς, ὧν ἄρχετε; χριστιανός. οὔτε ἡμᾶς, οὔτε ἐκείνους ἐμπαίζομεν. Βαρβ. πεῖσαί με οὐκ ἐκ τῆς γραφῆς σου, ἀλλ᾽ ἐκ κοινῶν, καὶ ὁμολογουμένων ἐννοιῶν. χρις. καὶ τί λέγεις; ἄρτος οὐ γίνεται θεοῦ σῶμα; Βαρβ. ἑκάτερον ἀπορῶ μέρος τῆς ἀντιφάσεως ἀποκρίνασθαι. χρις. τοσοῦτον σε ἡ μητήρ σου γεγέννηκε; Βαρβ. οὐχὶ, ἀλλὰ μικρόν. χρις. καὶ τίς σε ἐμεγέθυνε; Βαρβ. θέλοντος τοῦ θεοῦ, ἡ τροφή. χρις. οὐκοῦν ἄρτος σοι γέγονε σῶμα. Βαρβ. σύμφημι. χρις. καὶ πῶς σοι ἄρτος γέγονε σῶμα; Βαρβ. τὸν τρόπον ἀγνοῶ. χρις. διὰ τοῦ λαιμοῦ ἡ βρῶσις, καὶ ἡ πόσις εἰς τὸν στόμαχον κατέρχεται, ὡς εἰς χύτραν. παρακειμένου δὲ τῷ στομάχῳ τοῦ ἥπατος θερμοῦ ὄντος, ἑψοῦται ἡ τροφὴ, καὶ χυλοῦται. καὶ τὸ μὲν παχυμερὲς, κάτω χωρεῖ. τὸ δὲ λεπτομερὲς, καὶ κεχυλωμένον, ἐπιπολάζει. ὡς θερμὸν δὲ τὸ ἧπαρ, καὶ συμφῶδες ὑπάρχον, ἀνασπᾷ, καὶ αἱματοῖ. καὶ ὡς δι᾽ ὀχετῶν ἅπαν τὸ σῶμα διὰ τῶν φλεβῶν καταρδεύει, μερίζον τὴν ἐν τῷ στομάχῳ χυλωθεῖσαν τροφὴν, καὶ ἐν αὐτῷ αἱματωθεῖσαν, ἑκατέρῳ τῶν μερῶν συμμεταβαλλομένην, οἷον ἐστὶν ἐκεῖνο, ὀστέοις ὀστέον, μυελοῖς μυελὸν, νεύροις νεῦρον, ὀφθαλμοῖς ὀφθαλμὸν, θριξὶ τρίχα, δέρματι δέρμα, ὄνυξιν ὄνυχα. καὶ οὕτως γὰρ ἡ τοῦ βρέφους εἰς ἄνδρα αὔξησις, τοῦ ἄρτου αὐτοῦ γεγονότος σῶμα, καὶ τῆς πόσεως αἷμα. Βαρβ. ἔοικε. χρις. τὸν αὐτὸν τρόπον γίνεσθαι τὸ ἡμέτερον νόει μυστήριον.

tuit. En demonstratum est tibi, sicut pollicitus eram, nostram Christianorum prædicationẽ iis, quæ in ea videntur vilia, & humilia, confirmari.

## Aliud dogma, quo demonstratur, panem mystica benedictione fieri corpus Christi.

XXII.

*Turriano interprete.*

IN alio conuentũ Sarracenus cœpit percontari, age Episcope, quare vos sacerdotes illuditis Christianis? ex vna farina duobus panibus confectis vnum in cibum cõmunem relinquitis, alterum in particulas partitum, populis distribuitis, nominatisque Christi corpus; & remissionem peccatorum eis præbere affirmatis. vobis ne illuditis, an iis, quibus præfecti estis? Th. Neque nobis, nec illis illudimus. Sarrac. Suade mihi non ex tua scriptura, sed ex communibus, & concessis notionibus. Th. Quid ais? panis non efficitur corpus Dei? Sarr. Ad vtramque partem contradictionis respondere dubito. Th. Genuit ne te tam procerum mater tua? Sarr. Minimè. Th. Sed quantum? Sarr. Paruum. Th. Ecquis te procerum fecit? Sarr. Alimentum, Deo volente. Th. Panis igitur factus est tibi corpus. Sarr. Intelligo. Th. Et quomodo panis factus est tibi corpus? Sar. Modum ignoro. Th. Cibus potusq; per guttur in stomachum, tanquam in ollam demittitur. demissus complexu stomachi, & calore hepatis coquitur, & in chylũ vertitur, & pars crassior deorsum secedit, pars autem tenuis versa in chylum fluitat; hepar verò vt calidum, & molle attrahit, & in sanguinẽ mutat. & per venas, tanquam per ductus aquarum, totum irrigat corpus, alimentum, quod in stomacho mutatum est in chylum, & in sanguinem in se singulis membris distribuens, vt quodque illorum est, ossibus os, medullæ medullam, neruo neruum, oculis oculum; capillis capillos; cuti cutem; vnguibus vngues. atque ita pueri infantis in virum accretio, mutato illi pane in corpus, & potione in sanguinem. Sarrac. Ita videtur. Theodorus. Eodem modo

ριον. τίθησι γὰρ ἐπὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον, ὁμοίως καὶ τὸν οἶνον· καὶ δεόμενος ἐπικλήσει ἁγίᾳ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κάθεισι, καὶ ἐπιφοιτᾷ τοῖς προκειμένοις. καὶ τῷ πυρὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, εἰς σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ τὸν ἄρτον, καὶ τὸν οἶνον μεταβάλλει. οὐχ ἧττον, ἢ τὸ ἧπαρ τὴν τροφὴν, εἰς τὸ τοῦ τινὸς ἀνθρώπου σῶμα, ἢ οὐ δίδως ὦ τᾶν, δύνασθαι τὸ πανάγιον πνεῦμα, ὅπερ τὸ σὸν ἧπαρ δύναται ἐκτελεῖν; βαρβ. δίδωμι φησίν· καὶ στενάξας ἡσύχασεν.

## XXIII. Ἑτέρα ἐρώτησις. ὅτι ὁ χριστὸς γεγονὼς ἄνθρωπος, θεὸς ἀληθινός ἐστιν.

Βάρβαρος. Ὁ χριστὸς εἶπεν, ὅτι οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. πῶς οὖν θεός ἐστιν, ὡς φατέ; ὁ μὴ δυνάμενος ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τι. χρισ. δύνασαι ἵπτασθαι; βαρβ. οὐχί. χρισ. ἐὰν ἴδῃς εἰς τὸ ὕψος ἀετὸν πετόμενον, καὶ δυνηθῇ ὁμοίως εἰς τὸ ὕψος αἴρεσθαι, καὶ ὡς ἀετὸς ἵπτασθαι. πότερος ὑμῶν ἔσται τοῖς ὁρῶσι θαυμαστότερος, σὺ, ἢ ὁ ἀετός; βαρβ. ἐγώ. χρισ. οὐκοῦν τοῦ θεοῦ σου θαυμαστότερος ἐστὶν ὁ χριστός.

## XXIV. Ἑτέρα ἐρώτησις, περὶ μονογαμίας.

Βάρβαρος. Πόθεν ὑμῖν, ὦ ἐπίσκοπε, φαίνεται ἡ μονογαμία τῆς πολυγαμίας ἐννομώτερος; ἐχρῆν γὰρ ὑμᾶς τὴν πολυγαμίαν βδελυττομένους ἀρνεῖσθαι καὶ τὴν μονογαμίαν. εἴ τινος γὰρ κακὸν τὸ καθόλου, καὶ τὸ μερικὸν κακόν. καὶ οὗτινος τὸ μερικὸν καλὸν, καὶ τὸ καθόλου καλόν. τῶν γὰρ καθ᾽ ἕκαστον, τὸ καθόλου ἐξ ἀνάγκης κατηγορεῖται. χρισ. τοῦτο τὸ μερικὸν, οὐκ ἐκ τοῦ καθόλου σου διαιρεῖται. ὡς ὁ δεῖνα ὁ ἄνθρω-

πος

cogita mihi fieri mysterium nostrum. ponit sacerdos panem super sanctam mensam, similiter & vinum, & precante eo precationem sanctam, descendit Spiritus sanctus in ea, quæ proposita sunt; & diuinitate sua panem & vinum in corpus, & sanguinem Christi mutat non minus, quam hepar cibum in corpus alicuius hominis. an amice non das, vt possit Spiritus sanctus perficere, quod hepar tuum potest? Sarr. Do, inquit, & suspirans tacuit.

## Alia interrogatio, quod Christus homo factus, sit simul verus Deus. XXIII.

*Interprete Genebrardo.*

SARR. Christus dixit; *Non potest filius à se facere quidquam nisi quod viderit patrem facientem.* Ioan. 5. Quomodo igitur Deus est, vt dicitis, ô Christiani, qui à se ipso facere nihil potest? Abuc. Volare ne potes? Sarr. Minimè. Abuc. At, si aquilam in sublimi volantem videas, itidemque magnum per inane sublimis ferri, & instar aquilæ volare possis, vter vestrnm maiori spectantibus admirationi erit? tu, an aquila? Sarr. Ego. Abuc. Deo ergo tuo admirabilior est Christus.

## Aliud dogma de vna vxore. XXIV.

*Turriano interprete.*

SARR. Vnde vobis videtur Episcope habere vnam vxorem honoratius esse quam habere multas? oportebat enim vos qui à coniugio multarum abhorretis, à coniugio etiam vnius abhorrere. Cuius enim malum est generale, & particulare etiam malum est. & cuius particulare bonum; etiam est generale bonum: de singularibus enim necessariò prædicatur generale. Theod. Hoc particulare non est particulare generalis sicut quidam homo

πος ἐκ τοῦ καθόλου ἀνθρώπου. ἀλλ' ἔστι τοῦτο τὸ μερικὸν ἀντικείμε-
νον τῷ καθόλου ὡς μέτρον πρὸς ἀμετρίαν. καὶ ὡς δίκαιον, πρὸς πλεο-
νεξίαν. Βάρβαρ. πεῖσόν με. οὐκ ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς Ἡσαΐου τε, καὶ
Ματθαίου, οἷς οὐ πάνυ προσέχω, ἀλλ' ἐξ ἀναγκαστικῶν, καὶ ὁμολογου-
μένων κοινῶν ἐννοιῶν. Χριστ. ὅθεν βούλει, εὐπορῶ σε κορέσασθαι * τοῦ
χάριν ἡ γυνὴ μνηστεύεται τῷ ἀνδρί; Βάρβ. οὐκ οἶδα. Χριστ. δυοῖν
ἕνεκα πραγμάτων. ἡδονῆς τε, καὶ τεκνοποιΐας. Βάρβαρ. πρόδηλον.
Χριστ. ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ, ἕως τοῦ νῦν ἔγνωσταί σοι ἄνθρω-
πος παντοίας ἀπολαύσεως παρὰ θεοῦ τυχὼν ἐκείνου μάλιστα;
Βάρβαρ. οὐδείς. Χριστ. μὴ ἐνδεὴς ἐπεφύκει κἂν ἑνὸς μιᾶς ἡδονῆς εἴ-
δους; Βάρβ. μὴ δῆτα. Χριστ. καὶ πόσαι αὐτῷ πεπλαστούργην-
ται γυναῖκες; Βάρβ. μία. Χριστ. δέδεικται ἄρα ἡ διὰ τῆς μιᾶς γυ-
ναικὸς ἡδονὴ, τῆς διὰ τῶν πολλῶν τελειοτέρα. Βάρβαρος. ἀναγ-
καία ἡ τῆς συγκαταθέσεως ἐπαγωγή. ἀλλ', ὡς ἔοικε, διὰ τῶν πολ-
λῶν, δαψιλεστέρα ἐστὶν ἡ παιδοποιΐα; Χριστιανός. ποῖος καιρὸς
μᾶλλον ἐκείνου φαίνεταί σοι πολυτεκνίας ἐνδεέστερος; Βάρβαρος.
οὐδείς. Χριστ. οὐκοῦν ἡμῖν δέδεικται, καὶ κατὰ πολυτεκνίαν τῶν
πολλῶν, δαψιλεστέρα. καὶ οὐκ ἄδηλον τὸ ἀντίθεον, καὶ φιλόσαρκον
φρόνημα τῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς πολυανθρωπίας πολυγαμεῖν θεμι-
στευόντων, τοῦ δημιουργοῦ τῷ καιρῷ τῆς ὀλιγανθρωπίας μονογαμεῖν
θεσπίσαντος.

*Turrianus hic plura.*

Ὁ δὲ Σαρακηνὸς τὴν ἧτταν ὁμολογεῖν ἐντρεπόμενος, καὶ
τὴν αἰσχύνην τοῦ δόγματος αὐτοῦ συσκιάσαι τεχναζόμενος, πρόσ-
θες μοί, φησι, καὶ ἕτερον ὑπόδειγμα. Χριστ. ἔστωσαν δοῦλοι δύο
δεσπότου ἑνὸς, εἰς ἀποδημίαν στελλόμενοι μίαν. ὧν ὁ μὲν ὑπὸ τοῦ δε-
σπότου κελεύεται ἱμάτια περιβάλλεσθαι, ὅσα ἂν βούληται. ὁ δὲ χι-
τῶνα ἕνα περιτίθεσθαι προστάττεται. καὶ ὁπότερος δ' ἂν ῥιγώσῃ,
ὀγδοήκοντα μάστιγας μαστιχθῆναι. ὁ οὖν οὕτως αὐτοῖς νομοθετήσας
δεσπότης, ἄρα δίκαιος ἢ ἄδικός σοι φαίνεται; καὶ μάλιστα εἰ ἀσθε-
νέστερος ἐστὶν ὁ μονοχιτωνεῖν κελευσθείς; Βάρβαρος. ἄδικος. Χρι-
στιανός. οὐκοῦν ἀδικίας τοῦ θεοῦ ὑμεῖς κατηγορεῖτε, λέγοντες, αὐτὸν

νενομο-

est particulare hominis, immo est hoc particulare oppositum generali, sicut moderatum immoderato, iustum, auaritiæ. Sarr. Proba mihi non ex vestris Esaiis, aut Matthæis, quos non multum attendo, sed ex communibus notionibus, cogentibus, & certis. Theod. Vndecunque velis, suppetit mihi ad saturandum te. Sarrac. Vnde dixi. age ergo ostende mihi modum tuum. Theod. Qua de caussa despondetur mulier viro? Sarr. Nescio. Theod. Duabus de caussis, ad voluptatem, & ad procreationem liberorum. Sarrac. Liquet ita esse. Theod. Ab Adam primo homine hucusque nosti ne aliquem hominem, qui omne genus voluptatis, & delectationis à Deo consecutus sit, magis quam ille? Sarr. Minime. Theod. Num vel vna voluptatis specie caruit? Sarr. Nequaquam. Theod. Quot ei factæ sunt vxores? Sarr. Vna. Theod. Ostensum igitur est voluptatem ex vna vxore perfectiorem esse voluptate ex multis. Sarr. Necessaria est hæc assensionis inductio, sed consentaneum esse videtur, vt liberorum generatio copiosior sit ex multis coniugibus. Theod. Quod tempus videtur tibi magis indiguisse multorum liberorum procreatione, quam illud? Sarr. Nullum. Theod. Ostensum igitur est, habere vnam, plus valere ad suscipiendum multos liberos, quam habere multas. nec obscurum est, contrariam esse, & ex amore carnis proficiscentem sententiam illorum, qui cum erat multitudo hominum, ius habendi multas vxores constituerunt; cum alioqui auctor mũdi tunc cum erat paucitas hominum, coniugium vnius sanxerit.

Hic Sarracenus cum se victum confiteri vereretur, & turpitudinem dogmatis sui obtegere & inumbrare machinaretur, adhibe, inquit, mihi aliud exemplum. Theod. Sint vnius Domini serui duo missi ad peregrinandum, alterum iubeat Dominus indui multis vestibus, alterum vna tantum tunica; & vtrumuis eorum frigore rigentem octuaginta verberibus cędi, qui sic igitur legem istis imponeret, iustus ne an iniustus Dominus tibi videtur? præsertim si is, quem iubet vnam tunicam habere, imbecillior esset? Sarr. Iniustus. Theod. Deum igitur vos iniustitiæ accusatis cum dicitis legem tulisse, vt mulier

νενομοθετηκέναι τὴν γυναῖκα εὐολισθοτέραν πρὸς τὸ πάθος οὖσαν, τέταρτον μόριον τοῦ ἀνδρὸς μόνον ἔχειν, τὸν δὲ ἄνδρα καρτερικώτατον ὄντα, τέσσαρας γυναῖκας ἔχειν, δίχα τῆς τῶν παλλακῶν ἀγέλης, καὶ ἑκάστης τῆς πορνείας εἶναι τὴν ποινὴν, ὀγδοήκοντα μάστιγας. τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς ἀδίκου ταύτης νομοθεσίας ἀδικώτερον;

Βάρβαρος. ἄγε δή μοι καὶ ἄλλο πρόσθες ὑπόδειγμα. Χριστιαν. πότερον ὁρῶν ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἀνθρώποις πολιτευομένην εὐφραίνεται, εἰρήνην, ἢ μάχην; Βάρβαρος. εἰρήνην. Χριστ. εἰ γυναῖκας πολλὰς ὁ ἀνὴρ σχοίη, εἰρηνεύειν σοι μᾶλλον, ἢ τότε δοκεῖ, ἢ ὅταν ἔχει μίαν; Βάρβαρος. ποτὲ μὲν οὕτως, ποτὲ δὲ οὕτως. Χριστιανός. ἐνδέχεται αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας ἀγάπην ἔχειν ποτέ; Βάρβαρος. οὐχί. Χριστιαν. φαρμακείαις πολλάκις οὐ χρώμεναι τὸν ἄνδρα, καὶ ἑαυτὰς φθείρουσιν; ἐν δὲ ταῖς συγγενείαις αὐτῶν ἔριδες ἐπιφυεῖσαι, οὐκ ἀσπόνδους ἐξῆψαν μάχας; ἡ δὲ μονογαμία, τὰ πρώην διεστῶτα γένη τῶν δύο ἥνωσε, καὶ τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι, συνῆψεν. Βάρβαρος. ἔοικεν. Χριστιαν. ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ μονογαμία τῆς πολυγαμίας ἐντιμοτέρα, καὶ ἐννομωτέρα, * ὡς θεῷ προκριθώσεως. ἀλλ' εἰ βούλει, σοι ἕτερον προσθήσω ὑπόδειγμα. Βάρβαρ. ἡ τῶν ὑποδειγμάτων ἀψευδὴς τῆς ἐρωτήσεως ἔκδοσις τὰς ἀκοάς μου διαπετάσασα, μικροῦ με Χριστιανὸν πεποίηκεν.

ἀλλ' ἅλις μοι.

* Locus mēdosus. for. ὡς θεῷ προκριθεῖσα. Tanquam à Deo polygamiæ prælata.

lier, quæ infirmior est ad resistendum libidini, vnum virum tantum habeat; vir autem, qui est alioqui tolerantior, quatuor habeat vxores, vt omittam gregem concubinarum. ait autem fornicationis supplicium esse octoginta verbera. Quid ista iniqua lege iniquius esse potest?

Sarrac. Age, adde adhuc aliud exemplum. Theodor. Vtro duorum magis Deus in re publica delectatur, pace, an pugna? Sarr. Pace. Theod. Si vir vxores habeat multas, videtur ne tibi tunc magis in pace esse, quam cum vnam habet? Sar. Quandoque sic; quandoque secus. Theodor. Potest contingere vnquam, vt ipsæ inter se ament? Sarr. Minimè. Theod. An non potius veneno sæpe numero vsæ & virum, & aliæ alias inter se de medio tollunt? in cognationibus earum nonne ortæ contentiones pugnas commiserunt perpetuas? coniugium verò vnius, stirpes duorum, quę ante dissidebant, coniunxit; & quę diuulsa esse videbantur, copulauit. Sarr. Par est, credere. Theodor. Hinc fit, vt habere vnam vxorē honoratius sit & sanctius, ac diuinius. Sed si vis, aliud adhuc exemplum apponam. Sarr. Dum tibi aures apertas adhibeo, me prope Christianum fecisti. Sed hæc mihi satis.

## Demonstratio* contra Sarracenum, habere Deum filium homousion, id est, eiusdem substantiæ συνάναρχον, & coæternum.

XXIV.

* *Non reperi hanc demōstrationem Græcè in codicib. Bauaricis.*

### *Turriano interprete.*

SARRACENORVM disciplina, & omne studium eorum eò spectat, vt diuinitatem verbi Dei negent, & vndique contra illud aciem instruunt, vt probent non esse Deum, neque filium Dei. eorum enim Pseudopropheta vtpote Ariani auditor, hoc ipsis impium dogma tradidit. vnde quidam apud eos grauitate orationis, & ornatu dicendi politus, & elegans in conuentu populari sedens Episcopum percunctatus est, quid Christum

dicis Theodore? Theod. Deum, & Dei filium. Sarr. Poteſt eſſe Deo filius? Theod. Non poteſt non eſſe Deo filius. Sarr. Quomodo, & qua ratione? Theod. Poteſt Deus nō eſſe ἄρχων, id eſt, princeps? Sarr. Minimè. Theod. Et quorum nam princeps eſt Deus? Sarr. Suarum creaturarum. Theod. Accidit igitur ei, vt princeps ſit, & non ineſt ei natura principem eſſe, & dicetur habere principatum aduentitium, & foris aſcitum, & recentem, & non ϲυνάναρχον, id eſt, ſimul principio carentem. ante enim quam creaturæ eſſent, vt tu ais, nō habebat principatum, fuerunt autem creaturæ cauſſa, vt princeps eſſet, ipſumque ſibi elegerunt, & præfecerunt, quippe qui prius non eſſet natura princeps, & habere illis gratiam debet, quia per eas habitus eſt honore dignus. & ſi videatur ipſi, vt creaturæ rurſus in nihilum redeant, indigebit, quibus præſit, principatu, vt tu vis, & ſentis, nudatus. & præter hæc abſurda aliud neceſſariò abſurdius ſequetur. Sarr. Quod iſtud? Theod. Quod principatus terreni regis multo melior, & nobilior, & ſupra quam dici poſsit, excellentior, quam principatus Dei intelligetur eſſe. Sarr. Quomodo, & quare? Theod. Quoniam rex terrenus princeps eſt eorum, qui ſunt eiuſdem naturæ, & eiuſdem temporis, Deus autem eorum, qui ſunt diuerſæ naturæ, ac ſubſtantiæ, & multo inferiores, & poſteriores. Sarr. Non intelligo, quod dixiſti. Theod. Si quis adiret regem, & diceret, ſalue rex aſinorum; quod ſupplicium graue ei ſubeundum eſſe diceres? Sarr. Summum. Theod. Et vtra ſunt alteri cognatiora, creaturæ Deo? an aſini regi terreno? Sarrac. Aſini regi. ambo enim ſunt creaturæ eiuſdem generis, & conſerua. Sed reſponde mihi percontanti. In quos habet principatum Deus, ſi quidem in creaturas, vt tu ais, non habet? Theod. Triplices ſunt quorum aliquis princeps eſt; vel ſunt maiores principe; vel minores; vel æquales; dicere Deum principem eſſe maiorum, blaſphemum eſt; nihil enim Deo maius eſt; minorum dicere, inhonoratum eſt, conuenienter abſurdis illis, quæ dicta ſunt ſupra. relinquitur, vt dicamus, ęqualium, & ϲυναναρχων, id eſt, eorum, qui non cœperunt eſſe. Sarr. Ecquis eſt Deo par, & ϲυνάναρχος, in quem habet Deus principatum? Theo. In quos

eſt

est principatus, sunt triplices, vnus quidem volens, habebit principem, alius per vim, & tyrannicè; alius verò neque volens, neque per vim. at Deus non est princeps, quia volunt ij, quorum est princeps, ne rursus, si velint, ei succedant; & idcirco non Συνάναρχον, id est, ex æternitate, neque naturalem habeat principatum. post voluntatem enim & recentem, & inhonoratum, sicut dictum est prius, necesse est esse principatum: neq; est princeps eorum, qui per vim & tyrannicè principem habent. trelinquitur igitur, vt dicatur Deus princeps esse non vt volentis, neque tyrannidem subeuntis, sed naturaliter Deum ἀρχῶ, id est, principium, siue principem habentis. Sarr. Et quis est, qui naturâ habet principem? Theodor. Triplices sunt, principes, alius suffragio princeps est, alius per vim, & tyrannicè; alius natura. Deus quidem non est suffragio princeps eorum, quibus præest, propter absurda, quæ diximus, neque tyrannicè, tyrannis enim procul à Deo profligatur. restat igitur tertius modus, quo Deus dicitur princeps, superior, quam vt eligatur suffragio, & ab omni tyrannide liber, qui modus naturalis est. Sarr. Et quis est naturaliter à Deo * ἀρχόμενος? Theod. Filius eius, per quem Deus princeps, & pater non cœptus agnoscitur. Quia omnis res naturalis voluntatem electionis antecedit. Sarr. Quid verbi gratia ais? Theod. Ante enim quam velimus audimus, & antequam velimus videre, videmus. En igitur, negator diuinitatis verbi Dei, demonstratum est, quod est Deo filius eiusdem substantiæ, Συνάναρχός τε καὶ Συναΐδιος, id est, simul cum eo non cœptus, & coæternus, excellentiis diuinitatis cum genitore præsidens, ab omni creatura aspectabili, & inaspectabili tanquam creator & dominus cum ipso cultus, & adoratus, cui thronus cœlum, & terra scabellum, & qui, vt Propheta ait: *Palmo cœlum metitur, & terram pugno*: ante cuius conspectum omnes gentes sunt instar inclinationis lancis, & guttæ ex cado.

* *Principium seu principem habens.*

*Isa.* 40.

XXVI. Τοῦ αὐτοῦ διάλεξις ἀποδεικνύουσα, ὅτι ὁ πατὴρ ἀεὶ γεννᾷ, ὁ δὲ υἱὸς ἀεὶ γεννᾶται.

Αἱρετικός. Πότερόν σοι δοκεῖ; πᾶν τὸ εἰς πέρας ἐλθὸν ἤρξατο, ἢ οὔ; ὀρθόδ. ἤρξατο. αἱρετικός. οὐχὶ πᾶν τὸ ἀρξάμενον ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἦλθεν εἰς ὃ ἤρξατο; ὀρθόδ. πῶς γὰρ οὔ; αἱρετ. ἄρα ἐγέννησεν ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς ἐγεννήθη; ὀρθόδοξ. πάνυ μὲν οὖν. αἱρετ. εἰ οὖν ὁ μὲν ἐγέννησεν, ὁ δὲ ἐγεννήθη, ταῦτα δὲ παρῆλθεν, ἤγουν, τὸ τὸν πατέρα γεννᾶν, καὶ τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι, τὰ δὲ παρελθόντα πέρας ἔλαβε, τὸ δὲ τοιοῦτον ἤρξατο, ὡς ὡμολόγηται, ἤρξατο ἄρα τὸν πατέρα γεννᾶν, καὶ τὸν υἱὸν γεννᾶσθαι. ὥστε καὶ τὸ εἶναι πατέρα ἤρξατο, ὁμοίως δὲ, καὶ τὸ εἶναι υἱὸν, ἢ οὐ δοκεῖ σοι ταῦτα οὕτω συλλελογίσθαι; ὀρθόδ. οὐδαμῶς. αἱρετ. πῶς γάρ; ὀρθόδ. εἰ μὲν γὰρ χρονικῶς ἐλέγετο ἐπὶ τοῦ θεοῦ τὸ ἐγέννησε, καὶ ἐγεννήθη, ἄπορον ἦν, τὸ λεγόμενον. ἐπεὶ δὲ ὁ εὐσεβὴς νοῦς αἰωνίως ὑποτίθησι ταῦτα, οὐκέτι ὡς παρελθόντα ληπτέον αὐτὰ, ἀλλ' ὡς ἀεὶ ὄντα, ὥσπερ γὰρ ἦν ὁ θεὸς, οὐχ ὡς παρελθοῦσαν ἔχων τὴν ὕπαρξιν, καὶ γάρ ἐστιν ἀεὶ, οὕτως, τὸ ἐγέννησε, καὶ ἐγεννήθη. αἱρετ. ἀτελὴς ἄρα ἡ γέννησις, εἰ ὁ μὲν ἀεὶ γεννᾷ, ὁ δὲ γεννᾶται. ἢ οὐχ οὕτως ἔχει; ὀρθόδ. οὐ μὲν οὖν, καὶ γὰρ ὁ πατὴρ ἀεί ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ υἱός. ἀτελὴς ἄρα κατὰ σὲ ἡ ὕπαρξις τοῦ τε πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ. ὅτι, οὐ λαμβάνει πέρας. μᾶλλον δὲ τοῦτό ἐστι τὸ τελειότατον, τὸ οἴκοθεν ἔχον τὸ τέλος. καὶ ἀεὶ ἐν τέλει ὂν, καὶ οὐκ ἔξωθεν ἐπιγινόμενον. ἔτι δὲ ἐπεὶ τὸ γεννᾶσθαι τὸν υἱὸν οὐκ ἄλλο σημαίνει, ἢ τὸ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν ἐκ τοῦ πατρός. ἀεὶ δὲ πατρόθεν ἔχει τὴν ὕπαρξιν, ἀεὶ ἄρα γεννᾶται. ἔδει γὰρ τὸν κυρίως υἱὸν ἀεὶ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν ἐκ τοῦ πατρός. καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς, εἰ τὴν ἀρχὴν μόνον. τὸ γὰρ γεννᾶσθαι ὁμώνυμον. ἐπὶ μὲν γὰρ ἡμῶν ὁδός ἐστιν εἰς ὕπαρξιν. ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, αὐτὴν τὴν ὕπαρξιν σημαίνει, καὶ οὐχὶ ὁδὸν εἰς ὕπαρξιν. μόνῳ δὲ τῷ τρόπῳ διαφέρουσι. τὸ γὰρ

εἶναι

XXVI.

# Theodori monachi * demonſtratio, quod Pater ſemper generat, Filius autem ſemper generatur.

*Turriano interprete.*

HAEreticus. Vtrum tibi videtur omne quod ad finem venit, cœpit, an non? Orthodoxus. Cœpit. Hær. Nonne omne quod cœpit, cum non eſſet, eò deuenit, vt eſſe inciperet? Orthod. Quid nî? Hær. Igitur genuit Pater, & genitus eſt Filius? Ortho. Maximè. Hær. Si ille genuit, & hic genitus eſt, hæc præterierũt, generare ſcilicet Patrem, & generari Filium. hæc autem præterita finẽ acceperunt. quod autem eiuſmodi eſt, cœpit, vt conceſſum eſt; cœpit igitur Pater generare, & Filius generari, cœpit igitur eſſe hoc quod eſt, Patrem generare, & hoc, Filium generari, cœpit igitur quod eſt eſſe Patrẽ; & ſimiliter hoc, quod eſt eſſe Filium, an non videntur tibi hæc ſic concludi? Orthod. Non videntur mihi. Hær. Cur non? Orthod. Quia ſi diceretur ſecundum tempus in Deo, genuit, & genitus eſt, extra dubitationẽ eſſet, quod dicitur. Sed quia mens pia hæc æternè ponit, non iam tanquam præterita accipienda ſunt, ſed tanquã quæ ſemper ſint; ſicut enim erat Deus non tanquam qui haberet præteritam eſſentiã, eſt enim ſemper, ſic genuit Pater, & Filius genitus eſt. Hær. Imperfecta ergo eſt generatio, ſiquidẽ ille generat, & hic generatur. an non ſic eſt? Orthod. Nequaquam. etenim Pater ſemper eſt, & ſimiliter Filius. imperfecta igitur eſt eſſentia Patris, & Filij, vt tu ſentis, quia non accipit finem; quin potius hoc eſt perfectiſsimum, quod habet finem οἴκοθεν, id eſt, è ſe, & ſemper in fine eſt, & non accedit foris finis. Præterea quia generari Filium nõ ſignificat aliud, quàm habere eſſentiam ex Patre, ſemper autem habet eſſentiam ex Patre, ſemper igitur generatur, oportebat enim, vt qui propriè Filius eſt, ſemper haberet eſſentiam ex Patre, nõ ſicut nos, qui prin-

** Hũc titulum habebat verſio Turriani. In altero cod. Bauarico,* θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς ῥαϊθοῦ. Theodori Presbyteri Raithu. *Secundus codex Bauar.* τοῦ αὐτοῦ διάλεξις ἀποδεικνύουσα, *&c.* Eiuſdem diſſertatio, demonſtrans, &c. *Refertur autem illud:* τοῦ αὐτοῦ *ad Abucaram, quia in proximè antegreſſo Dialogo hæc erat inſcriptio;* θεοδώρου φιλοσόφου ἐπισκόπου καρῶν τοῦ ἀβουκαρᾶ, Theodori Philoſophi, Epiſcopi Carum, Abucaræ. *Vtrum autem Theodorus Abucara, & ille Presbyter Lauræ, ſeu Monaſterij Raithu ſint vnus & idem, incompertum habeat. Ex Monaſteriis certè vſitati moris erat Epiſcopos educere. Exſtat Theodori Presbyteri Raithu, ſeu vt alij vocãt, Rhatẽſis libellus Tom. 1. Biblioth. SS. PP. Interpr. Godefrido Tilmanno, aduerſus Hæreſes quibus iam olim hypoſtatica duarum in Chriſto naturarũ vnio oppugnata eſt. Eundẽ latinè reddidit Turrian⁹; imò & Caluinianus Beza nõ modò vertit, ſed Græcolatinè publicauit. Doctores inquirant vtrũ ſub iſtis Theodoris vnus an duo lateant.*

εἶναι αὐτὸ καθ' αὑτὸ μὲν λαμβανόμενον, ὕπαρξίς ἐστιν, ὡς δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς νοούμενον, γεννᾶσθαι λέγεται· ὥστε ἐπεὶ δύο σημαινόμενα ἐδείχθη τοῦ γεννᾶσθαι, κατὰ μὲν τὸ πρῶτον, ἄτοπόν ἐστι τὸ γεννᾶσθαι ἀεί. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον, οὐδαμῶς. τοῦ γὰρ γεννᾶσθαι, τὸ μὲν τέλος ἔχει τὴν ὕπαρξιν. ὅπερ εἰ οὐ λαμβάνει τὸ ἴδιον τέλος, ἀτελές ἐστιν. ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, οὐχ οὕτως ἔχει. οὐ γὰρ ἔχει τὸ τέλος τὴν ὕπαρξιν, τὸ, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ γεννᾶσθαι. ἀλλ' ἔστι τέλος, καὶ τέλειόν ἐστιν. ἐπεὶ οὖν ἐδείχθη ἀεὶ γεννᾶσθαι τὸν υἱόν, τοῦτ' ἔστιν ἀεὶ ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ ὁ πατὴρ ἄρα ἀεὶ γεννᾷ, ἤγουν ἀεὶ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ. καὶ ταῦτα οὕτως διορίσθω.

Σχόλιον τοῦ αὐτοῦ.

Λέλυται ἄρα τὸ δοκοῦν ἄπορον πρόβλημα, λέγω δὲ τὸ, πότερον ὄντα αὐτὸν γεγέννηκεν, ἢ οὐκ ὄντα. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄλλο σημαίνει τοῦτο, ἢ τὸ, ὄντος αὐτοῦ, ἦν αἴτιος τοῦ εἶναι αὐτόν, ἢ μὴ ὄντος. οἵαν ἂν οὖν ἀπόκρισιν ἁρμόζει πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν ἀποδοῦναι, καὶ πρὸς τὴν ἰσοδυναμοῦσαν αὐτῇ προκειμένην ἐρώτησιν, τὴν ἰσοδυναμοῦσαν ἀπόκρισιν ἁρμόσει λέγεσθαι. ἐπεὶ οὖν ὁ πατὴρ ἀεὶ αἴτιός ἐστι τοῦ εἶναι τὸν υἱόν, δῆλον, ὅτι ἀεὶ τοῦ υἱοῦ ὄντος ἐστὶν αἴτιος αὐτοῦ ὁ πατήρ. ὥστε ὄντος αὐτοῦ ἦν αἴτιος αὐτοῦ ὁ πατήρ, τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ, ὄντα αὐτὸν γεγέννηκεν. ὄντα αὐτὸν ἄρα γεγέννηκε. καὶ οὐκ ἄτοπον. ἐπὶ γὰρ θεοῦ, οὐ σημαίνει, τὸ γεγέννηκε, τὸ παράγειν τι ἐξ αὐτοῦ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. τότε γὰρ ἦν ἄτοπον τὸ, ὄντα αὐτὸν γεγέννηκεν. ὡς δὲ διωρίσαμεν, οὐδαμῶς.

## XXVII. Θεοδώρου φιλοσόφου ἐπισκόπου Καρῶν, τοῦ Ἀβουκαρᾶ, περὶ θεοῦ ὀνομάτων.

Τὸ θεὸς ὄνομα, ἀπό τινος ἐνεργείας εἴρηται, οὐ μὴν τῆς ἐνεργείας ἐστὶ σημαντικὸν, ἀλλὰ τῆς φύσεως τῆς ἐνεργούσης. εἰ γὰρ τὸ θεὸς ὄνομα ἐνεργείας δηλωτικὸν, πᾶν δὲ ὄνομα, οὗτινός ἐστι δηλωτικὸν, ἐκείνου ἐστὶν ὄνομα. καὶ τὸ θεὸς ἄρα ὄνομα ἐνεργείας ἐστὶν ὄνομα. ὥστε τὸ ὠνομασμένον θεὸς, ἡ ἐνέργεια τοῦ θεοῦ ἐστι. θεὸς ἄρα ἡ ἐνέργεια τοῦ θεοῦ. καὶ, ὁ θεὸς ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ ἐστι. ταυ-

τὸν

cipium tantum habemus. Generari enim homonymum eſt, ſiquidem in nobis via eſt ad eſſentiam habendam; in Filio autem Dei eſſentiam ipſam ſignificat, & non viam ad eſſentiam; modo ſolùm differunt: eſſe enim per ſe acceptum eſſentia eſt, vt autem intelligitur eſſe ex Patre, generare dicitur. Quare cū duo ſignificata in eo, quod eſt generari, demonſtrata ſint, in primo quidem abſurdum eſt ſemper generari, in ſecūdo verò minimè, in eo enim quod eſt generari, quod duplex eſt, vnum quidem habet finē ipſam eſſentiam, quod quidem ſi propriū finem non accipit, imperfectum eſt, in filio autem Dei non ſic eſt, non enim hoc quod eſt, generari filium; finem habet ipſam eſſentiam, ſed eſt finis, & perfectum eſt. Quia igitur demōſtratum eſt, ſemper generari filium, id eſt, ſemper habere ex Patre eſſentiam, & Pater vtiq; ſemper generat, id eſt, ſemper eſt principium Filij. Atq; hæc quidem ſic explicata ſint.

### *Scholium eiuſdem.*

EX his ſolutum manet problema illud, quod videtur dubitationis plenum, illud inquam, vtrum Pater exiſtentem Filium genuerit, an non exiſtētem. cum enim hoc non ſignificet aliud, quàm iſtud; vtrum Pater fuerit principium Filij exiſtentis, an non exiſtentis; quæ reſponſio ad hanc quæſtionē dabitur, eadem accommodanda erit ad aliam huic æquipollentem. Cum igitur Pater ſemper ſit principium Filij; manifeſtum euadit, Patrem ſemper exiſtentis Filij eſſe principium. Itaq; exiſtentis Filij principiū eſt. Quod idem eſt, ac illud: exiſtentem genuit. Exiſtentem igitur genuit. Neq; hoc abſurdum eſt; Nam illud *genuit*, non ſignificat in Deo aliquid ex non eſſe ad eſſe producere; ſic enim abſurdum foret dicere, Patrem genuiſſe Filium exiſtētem. Eo autem modo, quo nos id affirmamus, omni abſurditate caret.

## *Theodori Hagiopolitani diſputatio de nomine Dei. XXVII.

### *Turriano interprete.*

** Hūc titulum habet verſio Turriani. Sed in vno cod Bauarico expreſſè eſt iſta, quā pe-*

NOmen Dei à quadam operatione dictum eſt, non tamen ſignificat operationem, ſed naturam operantem. Si enim nomē Deus, ſignificat operationem, omne autem nomen cuius habet ſignificationem,

τὸν ἄρα. θεός, καὶ ἐνέργεια θεοῦ. ὅπερ ἀδύνατον. εἰ δέ τις ἐριστικῶς λέγοι, ὡς οὐκ ἀδύνατον τοῦτο τιθέναι, ἴσω, ὡς πολλὰ ἄτοπα συμβαίνει αὐτῷ ὁμολογεῖν. πρῶτον, τὸ πρὸς τὸ αὐτὸ λέγεσθαι. τὰ γὰρ ταυτά, πρὸς τὸ αὐτὸ λέγεται * εἴγε τὸν αὐτὸν ὅρον δέχεται, * ἄλλη τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, τοῦ θεοῦ λέγεται ἐνέργεια. ὁ θεὸς οὐ λέγεται τοῦ θεοῦ εἶναι θεός. ἔτι ἡ ἐνέργεια, ἐνεργοῦντός ἐστιν ἐνέργεια. ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἐνεργοῦντός ἐστι θεός. ἔτι, εἰ ταυτὸν θεός, καὶ ἐνέργεια θεοῦ, κατηγοροῖντο ἂν ἀμφότερα κατὰ τῶν αὐτῶν. ἀλλ' ὁ θεὸς κατηγορεῖται κατὰ πατρός, καὶ υἱοῦ, καὶ πνεύματος. ἡ δὲ ἐνέργεια, οὐχ ὁμοίως. ὁ γὰρ πατήρ, θεός. ὁμοίως δέ, καὶ ὁ υἱός, καὶ τὸ πνεῦμα. οὐκέτι δὲ ὁ πατὴρ ἐνέργεια, ἢ ὁ υἱός, ἢ τὸ πνεῦμα ἀλλ' ἐνεργοῦντα. τὸ δὲ μέγιστον, τὸ λέγειν μὴ εἶναι τὸν θεὸν πρὸ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, ἀλλ' ἅμα. τὰ γὰρ ταυτά, ἅμα ὁμολογεῖν ἀνάγκη· εἰ οὖν ὁ θεὸς ἀΐδιος, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ ἄρα ἀΐδιος. ὥστε καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα ἀΐδιον, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα, ὁ κόσμος· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος κατὰ τὴν προτεθεῖσαν ὑπόθεσιν. ὅπερ οὐ μόνον ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβές ἐστι λέγειν. ἔτι, πᾶν τὸ κυριώτατον, καὶ μάλιστα κατηγορούμενον κατὰ πασῶν τῶν ὑποκειμένων ὑποστάσεων, ἢ φύσις ἐστίν, ἢ μέρος φύσεως. ὁ δὲ θεὸς κυριώτατα, καὶ μάλιστα κατηγορεῖται κατὰ τριῶν ὑποστάσεων. ὁ θεὸς ἄρα ἢ φύσις ἐστίν, ἢ μέρος φύσεως. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ μέρος ἐπὶ θεοῦ ἀδύνατον, λείπεται εἶναι φύσις. φύσις ἄρα ἐστὶν ὁ θεός, καὶ τὸ θεὸς ὄνομα, φύσεώς ἐστι δηλωτικόν. ὥσπερ γὰρ τὸ ἄνθρωπος ὄνομα, παρά τινος ἐνεργείας * ἐστὶ σημαντικόν, ἀλλὰ τῆς φύσεως· καὶ τῆς οὐσίας. ὁμοίως δὲ καὶ ψυχή, καὶ ἄγγελος, καὶ σχεδὸν πάντα τὰ ὀνόματα τῶν οὐσιῶν, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἢ τοῦ πάθους εἴρηται, οὐ μὴν ἐνέργειαν, ἢ πάθος σημαίνει, ἀλλ' οὐσίαν, καὶ φύσιν. οὕτως μοι νόει καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ ὀνόματος. καὶ μὴ πλανηθῇς ἀκολουθῶν ἐτυμολογίαις, καὶ νόμοις γραμματικοῖς. παρορῶν τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα. ᾧ πολλοὶ μὲν ἐπαγγέλλονται χρῆσθαι, ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ χρώμενοι. τοῦ δὲ τέλους εὐχόμεθα σὺν θεῷ.

* *Hæc non habentur in Turriano.*

* ἀλλὰ *legit Turr.*

* *Videtur deesse* λεγόμενον, ἐνεργείας οὐκ ἔστι.

tionem, illius eſt nomen, igitur nomen Deus nomen operationis eſt. Quare quod nominatur Deus, operatio Dei eſt. operatio igitur Dei eſt Deus; & Deus eſt operatio ſua, idem igitur eſt Deus, & operatio Dei, quod eſt impoſsibile. Si quis verò contentiosè dicat, poſſe hoc poni, & concedi, ſciatis, multa abſurda inde ſequi. Primum, ad idem dici; Quæ enim ſunt eadem, ad idem dicuntur, at operatio Dei, Dei operatio dicitur; Deus verò non dicitur eſſe Deus Dei. Præterea, operatio operantis operatio eſt; Deus autem non eſt Deus operantis. Rurſus, ſi idem ipſum eſt Deus, & operatio Dei, dicentur ambo de eiſdem, at Deus de Patre dicitur, & Filio, & Spiritu ſancto, operatio verò non ſic. Pater enim Deus eſt, ſimiliter & Filius, & Spiritus ſanctus. Pater autem non eſt operatio, vel Filius, & Spiritus ſanctus, ſed operantes. Quod verò maximum eſt, non dicere Deum eſſe ante ſuam operationē, ſed ſimul. quæ enim ſunt eadem, neceſſe eſt confiteri ſimul eſſe. * Si igitur Deus eſt æternus, & operatio eius æterna eſt, ex quo fit, vt effectus operationis æternus ſit, eſt autem effectus operationis mundus, igitur æternus mundus, vt poſitum eſt. atqui dicere hoc non ſolùm non licet, ſed impiū eſt. Ad hæc, omnia, quæ propriè, & maximè de indiuiduis ſubiectis dicūtur, aut natura ſunt, aut pars naturæ, Deus autem propriè & maximè dicitur de tribus perſonis, Deus igitur aut natura eſt, aut pars naturæ. Sed quia pars non poteſt in Deo dici, relinquitur, vt ſit natura. Deus igitur eſt natura; & nomē, Deus, naturam ſignificat. Sicut enim nomen homo, à quadam operatione dictum eſt, non tamen ſignificat operationem, ſed naturam, & ſubſtantiam, ſimiliter anima, & angelus, & fere omnia nomina ſubſtantiarum ab operatione, aut affectione ſiue paſsione dicta ſunt, non tamen operationem; aut affectionē, ſiue paſsionem ſignificant, ſic intelligendum eſt in nomine Dei. & non oportet ſequi per errorem etymologias, & leges grammaticæ, neglecta regula veritatis, qua multi profitentur vti, pauci verò vtuntur. Sed de his hactenus.

* * *

*ſuimus, inſcriptio: In altero, iſta. τοῦ αὐτοῦ περὶ θεοῦ ὀνόματος. Præcedit antea diſputatiuncula Theodoro Presbytero Raithu inſcripta.*

** Diſtingue, operatio immanens, æterna eſt, nec à Deo diſtinguitur; tranſiens temporaria eſt; & vt effectus, ita & ipſa à Deo diſtinguitur.*

XXVIII.

## Διάλεξις αἱρετικοῦ πρὸς ὀρθόδοξον περὶ θεοῦ, καὶ θεότητος.

Αἱρετικός. πότερόν σοι δοκεῖ; ταυτόν ἐστι θεὸς, καὶ θεότης, ἢ ἕτερον; ὀρθόδοξος. ταυτόν. αἱρετικός. οὐχὶ τὰ αὐτὰ, καὶ τοῦ αὐτοῦ κατηγοροῦνται; ὀρθόδ. οὐκ ἀνάγκη. αἱρετικός. εἰ μὲν οὖν ταυτά εἰσι τὰ αὐτὰ, πῶς οὐ κατηγοροῦνται κατὰ τοῦ αὐτοῦ; εἰ δὲ οὐ κατηγοροῦνται, πῶς οὐχ' ἕτερα τὰ αὐτά; ὅπερ ἀδύνατον. ὀρθόδ. οὐκ ἀπόχρη εἰς τὸ κατηγορεῖσθαι τὰ αὐτὰ κατὰ τοῦ αὐτοῦ, τὸ εἶναι ταυτὰ μόνον, ἀλλὰ δεῖ συνδραμεῖν εἰς τοῦτο, καὶ τὸ ὡσαύτως νοεῖσθαι, καὶ λέγεσθαι. ἐπεὶ οὖν θεὸς, καὶ θεότης καθ' ἡμᾶς ταυτὸν, ὁ δὲ τρόπος διάφορος, τοῦτ' ἔστιν, οὐχ' ὡσαύτως νοεῖται θεὸς, καὶ θεότης. θεὸν μὲν γὰρ νοοῦντες, καὶ λέγοντες, τὴν ἐν ὑποστάσει φύσιν νοοῦμεν καὶ λέγομεν, θεότητα δὲ αὐτὴν τὴν φύσιν, ὡς γυμνὴν οὖσαν, καὶ ἄνευ ὑποστάσεως θεωρουμένην. διὰ τοῦτο, τὸν μὲν θεὸν κατηγοροῦμεν κατὰ τῆς ὑποστάσεως, ὡς ἐν ὑποστάσει θεωρούμενον. τὴν δὲ θεότητα οὐδαμῶς, ὡς καθ' ἑαυτὴν οὖσαν, καὶ ἄνευ ὑποστάσεως θεωρουμένην.

Ἰστέον γὰρ ὅτι ἡ θεότης οὐκ ἔστιν ἄνευ τῶν τριῶν ὑποστάσεων. θεωρουμένη δὲ καθ' αὑτὴν, ἄνευ τῶν ὑποστάσεων θεωρεῖται· καὶ γὰρ ἡ θεωρία, οὐκ ἔστι κωλυτικὴ τῆς ὑπάρξεως. ἐπεὶ γὰρ ἡ θεότης καθ' ἑαυτὴν νοουμένη, φύσις ἄνευ ἰδιωμάτων νοεῖται, δῆλον, ὅτι καὶ ἄνευ ὑποστάσεων. εἰ γὰρ νοεῖται καθ' ἑαυτὴν, μετὰ ὑποστάσεων, δηλονότι, καὶ μετὰ ἰδιωμάτων, ὅπερ οὐχ' ὑπέκειτο. ἔτι, τὸ μὴ δυνάμενον νοεῖσθαι ἄνευ ἄλλου, ἀνάγκη πρός τι εἶναι, καὶ οὐκ οὐσίαν. ἡ δὲ θεότης, οὐ πρός τι ἐστίν. ἀλλ' ὑπερούσιος οὐσία. ὥστε δύναται θεωρεῖσθαι καθ' ἑαυτὴν μόνην, καὶ οὐ μετὰ ἄλλου. ἔτι, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἄνευ τόπου, θεωρούμενος δὲ καθ' αὑτὸν, καὶ ὁριζόμενος, ἄνευ τόπου θεωρεῖται, καὶ ὁρίζεται. ἔτι μὴν καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου ζῶντος αὐτοῦ,

οὐκ

## Eiuſdem diſputatio de Deo, & deitate. XXVIII.

*Turriano interprete.*

HAEreticus. Vtrum tibi videtur, idem eſſe, Deus, & Deitas? an aliud? Orthodoxus. Idem. Hær. Nonne, quæ eadem ſunt, de eodem dicuntur? Orthod. Non eſt neceſſe. Hær. Si eadẽ ſunt, quomodo non de eodem prædicantur? Sin verò non prædicantur, quomodo non ſunt diuerſa; quæ eadem ſunt? quod quidem fieri non poteſt. Orthod. Non ſatis eſt, vt prædicentur eadem de eodem, eſſe tantum eadem, ſed oportet in eo conuenire, vt ſimiliter dicantur, & intelligantur. quia igitur Deus & Deitas, ſenſu noſtro idem ſunt, modus autem ſignificandi ſcilicet diuerſus eſt; non enim ſimiliter intelligitur Deus & Deitas; ſiquidem Deum intelligentes, & dicentes, naturam tanquam in hypoſtaſe intelligimus, & dicimus. Deitatem verò cum dicimus, ipſam naturam tanquam nudam, & ſine perſonis, ratione tantum conſideratam intelligimus, & dicimus, idcirco Deum prædicamus de hypoſtaſe, tanquam in hypoſtaſe conſideratum; Deitatem verò nequaquam, (non enim dicimus, Pater eſt Deitas, ſed Deus) tanquam per ſe, & ſolum ſine perſonis conſideratam.

Aduertendum aũt eſt, quod Deitas non eſt ſine tribus perſonis. conſiderata verò per ſe & ſola, ſine perſonis conſideratur. Siquidem conſideratio non prohibet exiſtentiam. Quia enim Deitas ſecundum ſe conſiderata, natura ſine proprietatibus intelligitur, liquet ſine hypoſtaſibus cõſiderari, ſi enim conſideratur per ſe cum hypoſtaſibus, liquet conſiderari cum proprietatibus, quod quidem non erat poſitum. Deinde, quod non poteſt intelligi ſine alio, neceſſe eſt ad aliquid eſſe, & non ſubſtantiam, Deitas autem non eſt ad aliquid, ſed eſt ſubſtantia ſupra ſubſtantiam, quare poteſt conſiderari per ſe ſolam, & non cum alio. Rurſus, ſicut homo non eſt ſine loco, conſideratus verò per ſe, & definitus, ſine loco conſideratur, & definitur. item anima hominis viuentis non eſt ſine corpore, conſiderata verò per ſe, ſine corpore conſideratur.

οὐκ ἔστιν ἄνευ σώματος. θεωρουμένη δὲ καθ' ἑαυτὴν, ἄνευ τούτου θεωρεῖται. οὕτως καὶ ἡ θεότης, ἄνευ μὲν τῶν ὑποστάσεων οὐκ ἔστι. θεωρουμένη δὲ καθ' ἑαυτὴν, ἄνευ τούτων θεωρεῖται.

*f. ἄλλο τι.

Αἱρετ. * ἄλλο γάρ ἐστιν οὐσία, καὶ ἄλλο ὑπόστασις; ὀρθόδ. ἄλλο, καὶ ἄλλο. οὐχ' ὡς πρᾶγμα ἄλλο, καὶ ἄλλο, ἄλλο τι σημαινούσης τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἄλλο τῆς οὐσίας, ὡς ὁ κόκκος τοῦ σίτου λέγεται σπέρμα, καὶ καρπὸς, οὐχ ὡς πρᾶγμα ἄλλο, καὶ ἄλλο. ἄλλο δέ τι σημαίνει τὸ σπέρμα, καὶ ὁ καρπὸς ἄλλο. ἄλλο δέ τι σημαίνει τὸ σπέρμα, καὶ ἄλλο ὁ καρπός. ὅτι, τὸ μὲν σπέρμα τοῦ μέλλοντός ἐστι γεωργίου σπέρμα. ὁ δὲ καρπὸς τοῦ παρελθόντος γεωργίου καρπός. αἱρετ. τί σημαίνει ἡ οὐσία, καὶ τί ὑπόστασις; ὀρθόδ. ἡ οὐσία τὴν κοινότητα σημαίνει, καὶ εἴ τι ἐστὶν ἴδιον τῆς οὐσίας, τοῦτο κοινὸν τῶν ὑποστάσεων τῶν ὑπὸ τὴν οὐσίαν. ἡ δὲ ὑπόστασις ἰδιότητα ἔχει, ἥτις οὐκ ἔστι κοινὴ τῶν τῆς αὐτοῦ οὐσίας ὑποστάσεων μετὰ καὶ τοῦ ἀριθμὸν ἐπιδέχεσθαι. αἱρετ. ἡ γὰρ οὐσία οὐκ ἔχει ἰδιότητα; ὀρθόδ. οὔτε ἰδιότητος μετέχει, μὴ οὔσης κοινῆς τῶν τῆς οὐσίας ὑποστάσεων. οὔτε γὰρ ἀριθμὸν πληθυντικὸν ἐπιδέχεται μία * οὐσία. τὸ γὰρ ἀριθμὸν πληθυντικὸν ἐπιδεχόμενον, πάντως ἰδιότητα ἔχει, καὶ τὸ ἔχον ἰδιότητα, ἀριθμὸν ἐπιδέχεται. αὕτη γὰρ ἡ ἰδιότης τὸν ἀριθμὸν εἰσάγει. αἱρετ. οὐ νοῶ, ὃ λέγεις, εἰπὲ σαφέστερον. ὀρθόδ. λέγεις τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν ἀθάνατον, καὶ ἀόρατον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ δημιουργὸν, καὶ θεόν; αἱρετ. ναί. ὀρθόδ.* καὶ τὸν υἱὸν ὁμοίως; αἱρετ. ναί. ὀρθόδ. τὸν δὲ υἱὸν λέγεις πατέρα; αἱρετ. οὐ. ὀρθόδ. οὐκ ἄρα τῆς οὐσίας ἴδιόν ἐστιν ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τῆς ὑποστάσεως. αἱρετ. πῶς; ὀρθόδ. ὅτι τὰ μὲν τῆς οὐσίας ἴδια κοινὰ ὁμοίως εἰσὶ, πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ πνεύματος, τὸ δὲ πατὴρ οὐ κοινόν. εἰ δὲ ἄλλο τῆς οὐσίας τὸ ἰδίωμα, καὶ ἄλλο τῆς ὑποστάσεως, οὐ ταυτὸν σημαινόμενον οὐσία, καὶ ὑπόστασις. αἱρετ. οὐκ ἔστιν ἴδιον τοῦ πατρὸς τὸ ἀγέννητον, καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ γεννητὸν, καὶ τοῦ πνεύματος τὸ ἐκπορευτόν; διὰ τί μὴ καὶ τρεῖς οὐσίας εἴπωμεν; ὀρθόδ. ὅτι * ἀνάγκη τῷ ἀριθμῷ ἰδιώματα δοθῆναι· ἡ δὲ ἰδιότης, ἑτερότης. ἡ δὲ ἑτερότης, οὐσίας ἑτερού-

σιον

* οὖσα.

* Hic Turr. plura.

*C. B. ὅτι οὐκ. *Sed negatio debet abesse & rectè omissa est à Turriano: etsi fortè in suo exemplari eam non reperit.*

Sic Deitas ſine perſonis non eſt, conſiderata verò per ſe, ſine his conſideratur.

Hær. Aliud eſt ne ſubſtantia,& aliud hypoſtaſis? Orthod. Aliud & aliud, non tanquam res alia & alia: ſed tanquam aliud ſignificet hypoſtaſis, & aliud ſubſtantia, ſicut granum frumenti dicitur & eſt ſemen & fructus, non tanquam res alia & alia. aliud vero ſignificat ſemen, & aliud fructus,quoniam ſemen quidem ſemen eſt futuræ agriculturæ; fructus vero præteritæ agriculturæ fructus eſt. Hær. Quid ſignificat ſubſtantia?& quid hypoſtaſis? Orth. Subſtantia ſignificat quid commune, & ſiquid eſt proprium ſubſtantiæ, hoc commune eſt hypoſtaſeon, quæ ſunt ſubter ſubſtantiam. hypoſtaſis autem proprietatem habet, quæ non eſt communis hypoſtaſeon eiuſdem ſubſtantiæ, & numerum recipit. Hær. Num ſubſtantia non habet proprietatem? Orth. Neque proprietatem habet, quæ non ſit communis hypoſtaſeon ſubſtantiæ. neque numerum plurium recipit, cum ſit vna. quod enim numerum plurium recipit, omnino etiam proprietatem habet; & quod habet proprietatem, numerum recipit, ipſa enim proprietas numerum introducit. Hær. Non intelligo, quod ais, dic clarius. Orth. Diciſne patris ſubſtantiam immortalem,& incorruptibilem,& inuiſibilem,& creatricem,& Deum? Hær. Maximè. Orth. Dicis ſimiliter de filio? Hæret. Etiam. Orth. Sicut dicis ſubſtantiam patris immortalem, & reliqua, ſic ne etiam dicis patrem ipſam ſubſtantiam? Hæret. Ita eſt. Orth. Filium verò dicis patrem? Hær. Minimè. Orth. Non eſt igitur pater proprium ſubſtantiæ, ſed ipſius hypoſtaſis. Hæret. Quomodo?Orth.Quia propria ſubſtantię ſimiliter ſunt communia Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Pater autem non eſt commune,non eſt igitur Pater ſubſtantiæ,ſed hypoſtaſeos. Si igitur alia eſt proprietas hypoſtaſis, & alia proprietas ſubſtãtiæ, non eſt idem ſignificatum ſubſtantia, & hypoſtaſis. Hær. An non eſt proprium Patris ingenitum, & Filij genitum, & Spiritus ſancti procedens? Quare non dicimus tres ſubſtantias? Orth. Quia neceſſe eſt dare proprietatem numero,proprietas autem diuerſitas eſt. diuerſitas autem ſubſtãtiæ diuerſum ſubſtantia facit. Quod autem eſt diuerſum ſubſtantiâ,

σιον ποιεῖ. τὸ δὲ ἐπηρεάσιον, οὐχ ὁμοίως ἀθάνατον, οὐχ ὁμοίως ἄφθαρ-
τον, * καὶ τὰ λοιπά. μία οὖν οὐσία πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου
πνεύματος. ὅταν δὲ λέγωμεν τρεῖς ὑποστάσεις, πατρὸς, καὶ υἱοῦ,
καὶ ἁγίου πνεύματος, τὸ ἀληθὲς εἶναι λέγομεν τῶν ἰδιοτήτων
τὴν διαφορὰν ἐν τῇ ὑποστάσει, οὐχὶ δὲ καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ. αἱρετικ.
εἰ μία θεότης, μία καὶ ὑπόστασις. ὀρθόδ. * ἡ θεότης τὸ εἶναι κοι-
νὸν ταῖς ὑποστάσεσι σημαίνει. ὑπόστασις δὲ τὸ τί εἶναι. ἡ δὲ οὐσία,
ταυτότης. οὐ γὰρ πᾶσα ὑπόστασις θεότης. οὐδὲ πᾶσα ὑπόστασις
ἀνθρωπότης. εἰ δὲ οὐ πᾶσα ὑπόστασις ἀνθρωπότης. οὐδὲ πᾶσα
ὑπόστασις θεότης, οὐκέτι ταυτὸν σημαίνει ὑπόστασις θεότητι, καὶ
ἀνθρωπότητι. αἱρετ. ἡ ἀνθρωπότης οὐχ ὑφέστηκεν; ὀρθόδ. ναί.
αἱρετ. οὐκοῦν ὑπόστασίς ἐστιν. ὀρθόδοξ. ἐν ἀτόμοις θεωρουμένη.
αἱρετ. τί ἐστιν ἄτομον, καὶ τί ἐστιν ἀνθρωπότης; ὀρθόδοξος. ἄτο-
μόν ἐστιν ἡ καθ' ἕκαστον ἡμῶν ὑπόστασις. ἀνθρωπότης δὲ, ἡ τῆς
οὐσίας κοινότης. αἱρετ. καὶ τίς ἡ διαφορὰ κοινότητος, καὶ ὑπο-
στάσεως; ὀρθόδ. ὅτι σοῦ μὲν ἡ ὑπόστασις, οὐκ ἔστι πάντων ἀνθρώ-
πων. ἡ δὲ ἀνθρωπότης, κοινὴ πάντων ἀνθρώπων. αἱρετ. ἡ ὑπό-
στασις τοῦ πατρὸς, οὐκ ἔστι θεότης; ὀρθόδ. ναί. ἀλλ' ἡ θεότης τὸ εἶναι
σημαίνει. ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ τί εἶναι. αἱρετ. καὶ ἡ ὑπόστασις τοῦ
θεοῦ οὐκ ἔστι θεότης; ὀρθόδ. ναί. αἱρετ. δύο οὖν θεότητες. ὀρ-
θόδ. οὐ, οὐ γὰρ ἄλλη, καὶ ἄλλη θεότης ἐστίν. αἱρετ. ἄλλη, καὶ ἄλλη
ὑπόστασίς ἐστιν. ὀρθόδ. ἀλλ' οὐ τὸ αὐτὸ σημαίνειν εἶπον θεότητα,
καὶ ὑπόστασιν. ἡ γὰρ θεότης, τὸ εἶναι σημαίνει. ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ
τί εἶναι. ὡς γὰρ οὐκ εἰσὶν ἀνθρωπότητες δύο Παῦλος, καὶ Πέ-
τρος, οὕτως οὐδὲ δύο θεότητες πατρὸς καὶ υἱοῦ. * (αἱρετ. οὐκοῦν
οὐχὶ ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, καὶ θεότης; ὀρθόδ. ναί. ἀλλὰ ἡ θεότης
τὸ εἶναι σημαίνει, ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ τί εἶναι. αἱρετ. καὶ ἡ ὑπόστασις
τοῦ υἱοῦ οὐκ ἔστι θεότης; ὀρθόδ. ναί. αἱρετ. δύο οὖν θεότητες. ὀρ-
θόδ. οὐ. οὐ γὰρ ἄλλη, καὶ ἄλλη θεότης ἐστίν. αἱρετ. ἄλλη, καὶ ἄλλη
ὑπόστασίς ἐστιν. ὀρθόδ. ἀλλ' οὐχὶ τὸ αὐτὸ σημαίνειν εἶπον θεότητα, καὶ
ὑπόστασιν. ἡ γὰρ θεότης τὸ εἶναι σημαίνει, ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ τί εἶναι.

*Hic iterum plura Turr.*

*Et hic.*

*Parēthesi inclusa nō habentur in versione Turriani, sed videntur mera repetitiones.*

ὡς

non est similiter immortale, similiter incorruptibile, & sanctum, & immutabile. Similiter autem sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus immortale, & reliqua. vna igitur substãtia est Patris, & Filij, & Spiritus sancti. cũ vero dicimus tres hypostases, dicimus quod verum est, differentiam proprietatũ esse in hypostasi. Hęr. Si vna est deitas, vna est hypostasis. Or. Si scires donũ Dei, cognosceres, quod deitas significat esse commune hypostaseon. hypostasis vero significat τὸ τί εἶναι, id est, esse hoc aliquid, sicut humanitas significat esse commune, hypostasis vero esse hoc aliquid. non enim omnis hypostasis est deitas, nec omnis hypostasis est humanitas. Si autem non omnis hypostasis est humanitas, nec omnis hypostasis est deitas, igitur non significant idem hypostasis, & deitas, & humanitas. Hær. Humanitas non existit per se? Orth. Maxime, scilicet considerata in indiuiduis. Hær. Igitur hypostasis est. Orth. Dixi, in indiuiduis considerata. Hær. Quid est indiuiduum? & quid est humanitas? Ort. Indiuiduum est vnaquæq; hypostasis nostra. humanitas vero communitas substantiæ. Hær. Et quæ est differentia communitatis, & hypostasis? Orth. Quod tua hypostasis non est omnium hominum; humanitas verò communis est omnium hominum. Hær. Hypostasis patris non est deitas? Orth. Maximè. verum deitas esse siue essentiam significat, hypostasis verò hoc aliquid esse. Hær. Et hypostasis filij non est deitas? Orth. Est. Hær. Duæ igitur sunt deitates. Orth. Nequaquã, non enim alia & alia deitas est. Hær. Alia & alia hypostasis est. Orth. At non idem significant, vt dixi, deitas, & hypostasis. Deitas enim significat esse: hypostasis verò, hoc aliquid esse. Sicut enim non sunt duæ humanitates Petri & Pauli, sic non sunt duæ deitates Patris & Filij. Hær. Non est igitur hypostasis patris deitas? Orth. Hypostasis quidem patris deitas est, hypostasis itẽ filij, deitas etiam est, non tamen quia sunt duæ hypostases, idcirco sunt duæ deitates. Hær. Quomodo non? Orth. Quia hypostasis Patris est immortalitas, & hypostasis Filij est immortalitas. Non sunt autẽ duæ immortalitates. Hær. Quomodo? Ort. Quia non est differentia immortalitatis, immortalitas enim ab immortalitate non differt. Hær. Si verè est alia & alia hypostasis, quomodo non est alia & alia immortalitas?

Orth.

ὡς γὰρ οὐκ εἰσὶν ἀνθρωπότητες δύο Παύλου, καὶ Πέτρου. οὕτως οὐδὲ δύο θεότητες πατρὸς, καὶ υἱοῦ.) αἱρετ. οὐκοῦν οὐχὶ ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, καὶ θεότης; ὀρθόδ. ἡ μὲν ὑπόστασις τοῦ πατρὸς, καὶ θεότης καὶ ἡ ὑπόστασις τοῦ υἱοῦ, καὶ θεότης. οὐχὶ δὲ ἐπειδὴ δύο ὑποστάσεις εἰσὶ, διὰ τοῦτο καὶ δύο θεότητες. αἱρετ. πῶς οὐχὶ; ὀρθόδ. ὅτι ἀθανασία, ἡ ὑπόστασις τοῦ πατρός. καὶ ἡ ἀθανασία καὶ ἡ ὑπόστασις τοῦ υἱοῦ. οὐ δύο δὲ ἀθανασίαι. αἱρετ. πῶς; ὀρθόδ. ὅτι μὲν οὐδεμία διαφορά ἐστιν ἀθανασίας. ἀθανασία γὰρ ἀθανασίας οὐδὲν διαφέρει, εἰ ἀθανασία ἐστίν. αἱρετ. εἴπερ ἀληθῶς ἄλλη, καὶ ἄλλη ὑπόστασίς ἐστι, πῶς οὐχὶ καὶ ἄλλη, καὶ ἄλλη ἀθανασία; ὀρθόδ. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἄλλην, καὶ ἄλλην ἔχομεν ὑπόστασιν, οὐχὶ δὲ ἄλλην, καὶ ἄλλην ἀνθρωπότητα. καὶ ἡ ὑπόστασις Πέτρου, ἀνθρωπότης. καὶ ἡ ὑπόστασις Παύλου, ἀνθρωπότης ἐστίν, ἀλλ᾽ οὐ διάφοροι ἀνθρωπότητες. καὶ ἄλλην, καὶ ἄλλην ὑπόστασιν ἔχομεν. οὐχὶ δὲ καὶ ἄλλην, καὶ ἄλλην ἀθανασίαν, ἣν διὰ τοῦ ἑνὸς βαπτίσματος ἐλάβομεν. ἡ γὰρ ἄλλη, καὶ ἄλλη ἀθανασία, ἄλλο, καὶ ἄλλο βάπτισμα, καὶ ἄλλη, καὶ ἄλλη πίστις, καὶ οὐκέτι ἔσται εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα; αἱρετ. ἀλλ᾽ εἰ ἡμετέρα πίστις, ἄλλη ἐστὶ παρὰ τὴν ἀθανασίαν, καὶ τὸ βάπτισμα, ἄρα ἡ τοῦ θεοῦ ὑπόστασις, ἄλλη ἐστὶ παρὰ τὴν ἀθανασίαν. ὀρθόδ. οὐδαμῶς, ἀλλ᾽ αὐτὴ ἡ ὑπόστασις, καὶ ἀθανασία ἐστί, καὶ οὐ μόνον ἀθανασία, ἀλλὰ καὶ ἀφθαρσία, καὶ δικαιοσύνη. καὶ οὐκ ἔστι κατὰ σύνθεσιν ταῦτα ὁ θεός. ἀλλὰ κατὰ διαφορὰν ἐπινοίας λεγόμενος. ἀθανασία μὲν, διὰ τὸ ἀτελεύτητον. ἀφθαρσία δὲ, διὰ τὸ ἄλυτον. δικαιοσύνη δὲ, διὰ τὸ ἴσον. ἁγιασμὸς δὲ, διὰ τὸ φυλάσσειν ἀπὸ ἁμαρτίας, ἀπολύτρωσις, διὰ τὸ σώζειν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν. κυριότης, διὰ τὸ πάντων κρατεῖν. δύναμις, διὰ τὸ μηδὲν ἀντικεῖσθαι. ταῦτα δὲ πάντα, καὶ περὶ τὴν ὑπόστασιν υἱοῦ θεωρεῖται ὁμοίως τῷ πατρὶ, καὶ οὐ μεθεκτῶς. καὶ διὰ τοῦτο δύο μὲν ὑποστάσεις πατρὸς, καὶ υἱοῦ λέγομεν. μίαν δὲ θεότητα. καὶ ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν.*

* *Quæ sequuntur non sunt in Turriani versione.*

Αἱρετ.

Orth. Nos enim aliam & aliam hypostasim habemus, non autem aliam & aliam humanitatem. & hypostasis Petri homo est; & hypostasis Pauli homo est, & duæ sunt hypostases, & non duę humanitates. & aliam, & aliam hypostasim habemus, non tamen aliam & aliam immortalitatem, quam per vnum baptisma accepimus. alia enim, & alia immortalitas, aliud & aliud baptisma; alia, & alia fides. & non est vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Hær. At si nostra hypostasis alia est præter immortalitatem, & præter baptismum. igitur hypostasis Dei alia est præter immortalitatem. Orth. Nequaquam, imò ipsa hypostasis immortalitas est; & non solum immortalitas, sed incorruptibilitas, & iustitia. & non est hæc Deus compositione, sed sic dictus secundum diuersas notiones. immortalitas quidem, quia caret fine. incorruptibilitas, quia non potest dissolui. iustitia propter æqualitatem. sanctificatio, quia seruat à peccato. redemptio, quia vitam nostram seruat à corruptione. dominatio, quia in omnibus dominatur, & in omnia habet imperium. virtus, quia nihil ei resistit. hæc omnia in hypostasi etiam filij similiter vt in patre & non participatè considerantur. & idcirco duas hypostases dicimus Patris & Filij, vnam vero deitatem, virtutem, & quæcunq; huiusmodi sunt. Hær. Quomodo dictum est de Spiritu sancto: *non loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur,* siquidem eiusdem naturæ est? Orth. Hoc est, quod declarat, ipsum non esse mendacem, & eiusdem naturæ esse. Hær. Quomodo? Orth. Quia omne creatum, si est particeps rationis, quando vult, à se ipso loquitur, quia habet propriam voluntatem, cui imponit silentium, vt voluntatē Dei dicat. Spiritus autem sanctus non sic, sed tanquam spiritus Dei, voluntatem Dei habet. & hoc est, quod ait, *non loquetur à semetipso.* Siquidem de se etiam dixit filius, *à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater loquor.*

*Ioan. 16.* *Ibid.* *Ioan. 8.*

*Ex Codice Bauarico.*

Hær. Nonne omnia, quæ de Deo dicuntur, dicuntur de illo essentialiter vel notionaliter? Orth. Vtique. Hær. An non omnia, quæ de quopiam essentialiter prædicantur, insunt omnibus quæ eandem essentiam participant? Orth. Vtique. Hær. Ea

Αἱρετ. οὐχὶ πάντα τὰ κατηγορούμενα, ἢ οὐσιωδῶς, ἢ ἐπουσιωδῶς κατηγορεῖται; ὀρθόδ. ναί. αἱρετ. πάντα δὲ τὰ οὐσιωδῶς τινὶ κατηγορούμενα, οὐχὶ πᾶσι τοῖς ὁμοουσίοις πρόσεστιν; ὀρθόδ. ναί. αἱρετ. τὰ δὲ ἐπουσιωδῶς κατηγορούμενα οὐχὶ χωριστά εἰσιν, εἴτε ἐπινοίᾳ, εἴτε ἐνεργείᾳ; ὀρθόδ. ναί. αἱρετ. τὸ οὖν πατὴρ ὄνομα πῶς πρόσεστι τῷ πατρί; εἰ μὲν οὐσιωδῶς, ἔσται καὶ τῷ υἱῷ. εἰ δὲ ἐπουσιωδῶς, ἔσται ἄρα ποτὲ ἐπινοούμενος πατὴρ μὴ εἶναι. καὶ πάλιν εἰ τὰ ἐπουσιωδῶς κατηγορούμενα, ὕστερα τῶν οὐσιῶν, φύσει ἔτι ἔσται τῷ πατρὶ τὸ πατήρ. καὶ ἔσται ὁ υἱὸς πατὴρ, ὁμοίως καὶ τὸ πνεῦμα.

XXIX.

## Διάλεξις πρὸς Νεστοριανὸν τοῦ αὐτοῦ.

Ὀρθόδοξος. Ἰδοὺ πάρεστιν ἀγὼν τῆς διαλέξεως. πόθεν οὖν ἀρκτέον ἡμῖν τοῦ λόγου; ἀπὸ τῶν ἐπιστημονικῶν τεχνῶν, ἢ μᾶλλον πρῶτον ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων ζητημάτων ἀναγκαιοτάτου; ποῖον δὲ τοῦτο; τὸ τὰ ἀμφιβαλλόμενα περὶ τῆς πίστεως πολυπραγμονεῖν. αἱρετικός. καὶ πάνυ ἀρκτέον ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν πίστιν δογμάτων. ὀρθόδοξος. ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ γεννηθεὶς ἐκ γυναικὸς, τί ἂν ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς, φύσιν, ἢ ὑπόστασιν; αἱρετικός. φύσιν. ὀρθόδοξος. εἶτα, μετὰ ἰδιωμάτων, ἢ ἄνευ τούτων; αἱρετικός. μόνην τὴν φύσιν ἀνέλαβεν χωρὶς τῶν ἰδιωμάτων. ὀρθόδοξος. λοιπὸν, καὶ ἄνευ χρώματος, καὶ σχήματος, καὶ κράσεως τῶν στοιχείων ἦν, καὶ ἄνευ μεγέθους. ὥστε, οὔτε ἐγνωρίζετο, οὔτε ἑωρᾶτο, οὔτε ἐκρατεῖτο, οὔτε ἐκ παιδὸς εἰς ἄνδρα ηὐξάνετο. τί οὖν; ὁμολογεῖς ἐπὶ Χριστοῦ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ χρώματος, καὶ σχήματος, καὶ τῶν ἑξῆς ἐκτεθέντων; αἱρετικός. μὴ γένοιτο. ὀρθόδοξος. ὁμολογεῖς ἄρα τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν; αἱρετικός. ὁμολογῶ. ὀρθόδοξος. τί δέ; οὐχὶ ταῦτά ἐστιν δὲ ἰδιώματα; αἱρετ. πῶς γὰρ οὔ; ὀρθόδ. μετὰ ἰδιωμάτων ἄρα εἶχε τὴν ἡμετέραν

φύσιν

verò quæ notionaliter, & quasi aduentitiè respectu essentiæ prædicantur, nonne separabilia sunt siue cogitatione, siue reipsa? Orth. Maximè. Hæret. Quomodo igitur nomen patris dicitur de patre? Si essentialiter, ergo & de filio. Si verò tanquam quiddã essentiæ superueniens seu superadditum; concipi igitur poterit pater, quasi non esset. Rursus, si quæ prædicantur tanquam essentiæ aduentitia, essentiis erunt posteriora; naturale igitur erit patri esse patrem. Ex quo sequitur, Filium & Spiritum sanctum æquè esse patrem.

*Animaduersio.*

*Hæc in suo exemplari non reperit Turrianus, quia in versione non expreßit. Et certè non videntur digna Theodoro Abucara.*

## Eiusdem Theodori disputatio cum Nestoriano. XXIX.

*Francisco Turriano interprete.*

ORTH. En, adest certamen disputationis, vnde igitur incipienda nobis est disputatio? ab ea ne arte, quæ ad scientiam comparandam pertinet? an potius primum ab eo, quod ex aliis quæstionibus maxime necessarium est? Sed quod nam hoc est? ea scilicet accurate indagare, quæ de fide dubitantur. Hær. Incipiendum profecto est à dogmatibus fidei. Orth. Filius Dei ex muliere natus, quid ex ea accepit, naturam, an hypostasim? Hær. Naturam. Orth. Deinde, cum proprietatibus, an sine proprietatibus? Hęr. Solam naturam accepit sine proprietatibus. Ort. Relinquitur igitur, vt sine colore, & figura, & mistione elemẽtorum, & sine magnitudine. Quamobrem, neque agnoscebatur, neque videbatur, neque tenebatur, neque crescebat, vt ex puero fieret vir. Quid igitur? confiteris interitum coloris; & figurę & aliorum, quæ exposita sunt, in Christo? Hær. Minimè. Orth. Confiteris igitur fuisse hæc in eo. Hær. Confiteor. Orth. Quid? An non sunt hæc proprietates? Hær. Cur non? Orth. Habuit igitur Christus naturam nostram cum proprietatibus.

φύσιν ὁ χριστός. φύσις δὲ μετὰ ἰδιωμάτων ὑπόστασίς ἐστιν, ἢ οὐ δοκεῖ σοί;
αἱρετ. πάνυ μὲν οὖν. ὀρθόδ. ὑπόστασιν ἄρα προσέλαβε, καὶ οὐ μόνην
τὴν φύσιν, ὡς προέθηκας. αἱρετ. οὕτως ἔχει. ὀρθόδ. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀ-
δύνατον. αἱρετ. καὶ πόθεν ἔχεις δεῖξαι; ὀρθόδ. καὶ γὰρ ἤτοι ἡνώθησαν
αἱ ὑποστάσεις, ἢ ἔμειναν κεχωρισμέναι. εἰ μὲν οὖν κεχωρισμέναι, δύο
ἔσται, ὁ χριστὸς, καὶ οὐχ εἷς. Εἰ οὖν σέβῃ τὸν χριστὸν δύο ὄντα, σέβῃ δὲ τὸν
πατέρα, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, τετράδος κινδυνεύσεις σεβαστὴς εἶναι.
εἰ δὲ ἡνώθησαν αἱ ὑποστάσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, ἔσται ἡ σύν-
θετος ὑπόστασις, οὔτε θεία καθαρῶς, οὐδὲ ἀνθρωπεία, ἀλλὰ μέσον τού-
των. εἰ δὲ σύνθετος ὑπόστασις χριστός ἐστιν, ὁ χριστὸς ἄρα κατά σε οὔτε
θεία ὑπόστασίς ἐστιν, οὔτε ἀνθρωπεία, ἀλλὰ μέσον θεοῦ καὶ ἀνθρώπου.
ἀλλὰ φευκτέον τὴν ἀσέβειαν. πῶς οὖν λύεις ἡμῖν τὸν λόγον; αἱρετ.
οὐδαμῶς ἱκανός εἰμί. χαριζόμενος οὖν ἡμῖν, δίδαξον τί προσέλα-
βεν ὁ χριστὸς, φύσιν ἢ ὑπόστασιν; ὀρθόδ. φύσιν. αἱρετ. μετὰ ἰδιωμά-
των ἢ ἄνευ τούτων; ὀρθόδ. μετὰ ἰδιωμάτων. αἱρέτ. ὑπόστασιν ἄ-
ρα προσέλαβεν; ὀρθόδ. οὐ δῆτα. αἱρετ. καὶ πόθεν δῆλον; ὀρθόδ.
ἐγώ σοι φράσω. ἔστι μὲν γάρ τι, ὃ λέγεται ὑπόστασις, ἔστι δέ τι, ὃ λέ-
γεται ὑποστατικὸν, ἤγουν τῆς ὑποστάσεως, καὶ κοινὸν ἀμφοτέρων
ἐστὶ τὸ συγκεῖσθαι ἐκ φύσεως καὶ ἰδιωμάτων. διαφέρουσι δὲ ὅτι ἡ
μὲν ὑπόστασις, οὐκ ἔστι μέρος τινὸς, * ὥστε ὑπόστασίς ἐστι, τὸ δὲ σῶ-
μα τοῦ Πέτρου μέρος ἐστὶ, Πέτρου γάρ ἐστιν, ὥστε ὑποστατικὸν, καὶ οὐχ
ὑπόστασίς ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Πέτρου. καί τι φύσις ἐστὶ μετὰ ἰδιωμάτων,
ἀλλ᾽ οὐκ ἀρκεῖ τὸ συγκεῖσθαι τὴν φύσιν τοῖς ἰδιώμασιν εἰς γένεσιν
ὑποστάσεως, ἀλλὰ δεῖ συνδραμεῖν εἰς τοῦτο καὶ τὸ μὴ εἶναι μέρος.
ἐπεὶ οὖν μέρος ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ τὸ προσληφθὲν ἔμψυχον σῶμα, διὰ
τοῦτο οὐκ ἔστιν ὑπόστασις, ἀλλ᾽ ὑποστατικόν. ὥσπερ οὖν οὐ συναριθ-
μεῖται τῷ πέτρῳ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἵνα ὦσι δύο, θάτερον γὰρ θατέρῳ
* συνάγεται, οὕτως οὐδὲ τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ σαρκωθέντι συναριθμεῖ-
ται τὸ προσληφθὲν ἔμψυχον σῶμα, ἵνα ὦσι δύο. καὶ ταῦ-
τα δοκεῖ μοι ἱκανῶς εἰρῆσθαι εἰς λύ-
σιν τῆς ἀπορίας.

*Desiderantur hic quædam in Græco.*

*Turr. συνταγήσεται.*

Ἄλλη

natura autem cum proprietatibus hypoſtaſis eſt. an non videtur tibi? Hær. Maximè. Orth. Hypoſtaſim ergo aſſumpſit; & non ſolam naturam, vt prius poſuiſti. Hær. Sic eſt. Orthod. At hoc fieri non poteſt. Hær. Et vnde hoc docere potes? Orthod. Quia vel vnitæ ſunt hypoſtaſes; vel remanſerunt ſeparatæ, & tunc Chriſtus erit duo, & non vnus. Quare ſi colis Chriſtum qui ſit duo, colis etiam Patrem, & Spiritum eius, ergo cultor quatuor videris eſſe. Si autem vnitæ ſunt in vnam hypoſtaſim compoſitam, erit hypoſtaſis compoſita, neque merè, & purè diuina, neque humana. Sed intermedia. Si autem Chriſtus hypoſtaſis compoſita eſt, Chriſtus igitur opinione tua neque hypoſtaſis diuina eſt, neque humana: Sed media inter Deum & homines. at fugienda eſt impietas. Quomodo igitur ſoluis nobis argumentum? Hær. Non ſum idoneus ad ſoluendum. quare in gratiam noſtram, doce, quid aſſumpſit Chriſtus, naturam ne, an hypoſtaſim? Orthod. Naturam. Hær. Cum proprietatibus, an ſine his? Orthod. Cum proprietatibus. Hær. Hypoſtaſim igitur aſſumpſit. Orthod. Minime. Hær. Et vnde hoc conſtat? Orthod. Ego tibi explicabo. eſt enim aliquid, quod dicitur hypoſtaſis; & eſt aliquid, quod dicitur hypoſtaticum. & commune vtrique eſt componi ex natura & proprietatibus. differunt tamen, quia hypoſtaſis nõ eſt pars alicuius; hypoſtaticum verò pars eſt. verbi gratia, Petrus non eſt pars alicuius, quare hypoſtaſis eſt, corpus autem Petri pars eſt, quare hypoſtaticum, & non hypoſtaſis eſt corpus Petri, quamuis natura eſt cum proprietatibus. ſed non ſatis eſt compoſitam eſſe naturam cum proprietatibus ad generationem hypoſtaſis, ſed oportet concurrere ad hoc, & non eſſe partem. Quia igitur pars Chriſti eſt aſſumptum corpus animatum, idcirco non eſt hypoſtaſis, ſed hypoſtaticum. & ſicut non numeratur cum Petro corpus eius, vt ſint duo, alterum enim cum altero συνταγήσεται,* ſic neque cum filio Dei incarnato connumeratur corpus animatum aſſumptum, vt ſint duo. atque hæc quidem videntur mihi ſatis eſſe ad ſolutionem dubitationis.

** Ita coniungitur, vt quaſi vniatur.*

XXX.

## Ἄλλη διάλεξις τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰακωβίτην.

Τὰ λόγια κυρίου κτιστά εἰσιν, ἢ ἄκτιστα; τοῦτο δὲ προὐβάλλετο, θέλων ἀποδεῖξαι κτιστὸν εἶναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ὅπερ οὐκ ἔστιν, εἰ μὲν γὰρ εἴπῃς, κτιστά εἰσιν, εἴπῃ σοι, τὰ κτιστὰ θεοὶ οὐ λέγονται. εἰ δὲ εἴπῃς, ἄκτιστα, ἐρεῖ σοι, ὅτι ἰδοὺ ταῦτα πάντα λόγια θεοῦ ὑπάρχοντα, κτιστὰ μέν εἰσι, θεοὶ δὲ οὐκ εἰσὶ, καὶ ἰδοὺ σὺ ὁμολογεῖς, ὅτι ὁ χριστὸς ὢν λόγος τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔστι θεός. διὸ μήτε κτιστὰ εἴπῃς, μήτε ἄκτιστα. ἀλλ᾽ εἰπὲ, ἐγὼ ἕνα μόνον λόγον τοῦ θεοῦ ὁμολογῶ, ἐνυπόστατον, ἄκτιστον ὄντα, τὴν δὲ πᾶσαν γραφήν μου, οὐ λέγω λόγια, ἀλλὰ ῥήματα. Βάρβ. καὶ πῶς λέγει ὁ προφήτης, τὰ λόγια κυρίου, λόγια ἁγνά; καὶ οὐχὶ τὰ ῥήματα κυρίου λόγια ἁγνά. Χρις. ὁ προφήτης τροπολογικῶς ἐλάλησε, καὶ οὐ κυριολογικῶς. Βάρβ. καὶ τί ἐστι τροπολογία, καὶ κυριολογία; Χρις. κυριολογία μέν ἐστι βεβαία ἀπόδειξις πράγματος. τροπολογία δὲ, ἀβέβαιος ἀπόδειξις. Βάρβ. οὐκ ἐνδέχεται προφήτης εἰπεῖν ἀβέβαιον ἀπόδειξιν. Χρις. ἐν τοῖς προφήταις ἔθος ἐστὶ, τὰ ἄψυχα προσωποποιεῖν, καὶ σκοπῶν θεάσῃ αὐτοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ὄμματα τιθέντας αὐτοῖς. ὥσπερ τὸ, ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν. ἰδοὺ ἡ θάλασσα ὀφθαλμοὺς οὐκ ἔχει, οὐ γάρ ἐστιν ἔμψυχος. καὶ πάλιν τί σοι ἐστὶ θάλασσα, ὅτι ἔφυγες; καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα. τὸ

δὲ

uit. Si enim tandem non agam perfectam pœnitentiam; debitam mercedem reddet.

Barb. Quem dicis esse Christum? Christ. Verbum Dei, sapientiam Dei, filium Dei, brachium Dei, virtutem, & alia innumera. Tu verò quid dicis esse Christum? Barb. Christum dico esse Spiritum & verbum Dei. Christ. Num hæc, spiritus & verbum, increata sunt an creata? Barb. Creata. Christ. Et quis creauit verbum Dei & spiritum? Et antequam hæc Deus crearet, quomodo se habebat Deus? Num spiritu & verbo carebat? Et quis Deum verbo & spiritu carentem statuere ausit? Ad hæc barbarus conticuit.

## Alia dissertatiuncula. XXXVI.

*Iacobo Gretsero interprete.*

ELoquia Dei num creata sunt, an increata? Hoc autem aduersarius proponit, vt ostēdat verbum Dei esse creatum; quod dictu nefas. Si enim dixeris esse creata; mox dicet tibi; creata non nominantur Dij. Si verò dixeris, increata; statim occurret; ecce omnia hæc eloquia Dei creata sunt, Dij verò non sunt; fateris ergo, Christum, qui est Dei verbum (seu eloquium) non esse Deum. Quapropter neq; creata, neque increata dicas, sed dicito: Ego vnicum Dei verbum confiteor, in hypostasi subsistens, increatum; Totam verò Scripturam sacram non voco λόγια, sed ῥήματα. Barb. Et quomodo dicit Propheta; *Eloquia Domini, eloquia casta.* Nonne verba Domini sunt eloquia casta? Christ. Propheta tropologicè locutus est, non propriè. Barb. Et quid est tropologia, & quid propria locutio? Christ. Propria locutio est firma rei demonstratio. Tropologia autem, infirma demonstratio. Barb. Haud asserere licet Prophetam attulisse infirmam demonstrationem. Christ. Mos apud Prophetas receptus est, etiam inanimatis rebus personam tribuere; hinc videas illis oculos aspectumque asignari; vt *mare vidit, & fugit.* Mare profecto oculos non habet; Est enim inanime. Rursus. *Quid est tibi mare, quod fugisti?* Et quæ sequuntur.

*Psal. 11.*

*Psal. 113.*

δὲ φαγεῖν ἐπὶ στόματός ἐστι τρώγοντος, καὶ πίνοντος. ἡ δὲ μάχαιρα τέμνει μὲν, οὐ καταπίνει δέ. ἀλλὰ καὶ ποταμοὺς κροτοῦντας χερσὶν εἰσάγουσι, καὶ βουνοὺς ἁλλομένους, καὶ ὄρη σκιρτῶντα. οὕτω καὶ τὰ ῥήματα τροπολογήσας, ἐκάλεσε λόγια, ἅπερ οὐκ εἰσὶ λόγια, ἀλλὰ ῥήματα.

XXXVII.

## Ἑτέρα ἐρώτησις.

Βάρβ. τὴν λέγετε θεοτόκον, ἀπέθανεν, ἢ ζῇ; χρις. οὐκ ἀπέθανε. καὶ τοῦτο λέγω θαῤῥῶν τῇ γραφικῇ ἀποδείξει. ὡς γὰρ φέρε εἰπεῖν, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὕπνωσε, καὶ τὴν πλευρὰν ἀφῃρέθη, οὕτω καὶ αὕτη τὴν ψυχὴν τὴν παναγίαν τῷ θεῷ, ὡς ἐν ὕπνῳ παρέθετο.

Βάρβ. ἰδοὺ πέπληγμαι ἔν τινι τόπῳ τῆς σαρκός μου, καὶ ἡ σὰρξ πληγεῖσα μώλωπα ἀπετέλεσε, καὶ ἐν τῷ μώλωπι ἐγένετο σκώληξ. τίς αὐτὸν ἔπλασεν; χρις. εἴπομεν, ὅτι μετὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα τῆς κοσμοποιίας, οὐδαμῶς εὑρίσκομεν τὸν θεὸν πλάσαντά τι. ἀλλὰ, πάντα τὰ ὄντα ἐξαημέρῳ ποιήσας, ἐξ αὐτῶν τῶν ὄντων, ἕτερα γίνεσθαι ηὐδόκησεν μόνῳ θελήματι αὐτοῦ. μετὰ γὰρ τὴν παράβασιν κατηράθη ἡ γῆ ἀκάνθας, καὶ τριβόλους ἀνατέλλειν. τότε οὖν, καὶ ἡ σὰρξ ἡμῶν * καταραθῆναι, φθεῖρας, καὶ σκώληκας ἀνατέλλει.

* καταραθεῖσα.

XXXVIII.

## Ἑτέρα ἐρώτησις.

Σαρ. Τίς ἐστι παρά σοι μείζων, ὁ ἁγιάζων, ἢ ὁ ἁγιαζόμενος; τοῦτο δὲ ἠρώτησε περὶ τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ τοῦ χριστοῦ. χρις. ἀπερχομένου σου ἐν τῷ βαλανείῳ μετὰ τοῦ δούλου σου λούσασθαι βουλόμενος ὑπ' αὐτοῦ, τίνα λέγεις μείζονα; ἐκεῖνον τὸν οἰκτρὸν δοῦλον, καὶ ἀργυρώνητον, ἢ σαυ-

τὸν

Et, *gladius meus comedet carnes.* At comedere oris eſt manducantis & bibentis. Porrò gladius ſcindit quidem; ſed non bibit. Quin & fluuios manibus plaudentes inducunt; & colles ſaltantes, & montes exſilientes. * Sic & ῥήματα per tropologiam nominauit λόγια, quæ non ſunt λόγια, ſed ῥήματα.

*Deut.32.*

** Hæc aptè non poſſunt exprimi Latinè. Quamuis nil opus eſt distinctione, quā adfert inter λόγια & ῥήματα. Res aliter expediri poteſt, vt vel pueris notum.*

XXXVII.

## Alia quæſtio.

### *Iacobo Gretſero interprete.*

BArb. Quam appellatis Deiparam, núm mortua eſt, an viuit? Chriſt. Non eſt mortua; Et hoc aſſero demonſtratione ſacrarum litterarum fretus. Quemadmodum enim, exempli cauſſa, primus homo dormiens coſta ſpoliatus eſt; ſic & Deipara quaſi in ſomno ſanctiſsimam animam Deo tradidit.

Barb. In carne mea vulneratus ſum. Et caro ſaucia vibicem acccepit; Et in vibice vermis exſtitit. Quis eum formauit? Chriſt. Reſpondemus, nuſquam proditum eſſe, Deum, poſt primam illam, qua mundus conditus eſt, hebdomadem, aliquid formare; quia cum omnia ſex illis diebus condidiſſet, voluit vt de cætero alia ex aliis naſcerentur ſola voluntate ſua. Poſt tranſgreſsionem enim damnata eſt terra, vt ſpinas & tribulos proferat. Tunc etiam caro noſtra dåmnationis ſententiam ſubiens pediculos & vermes progignit.

*Vide quæ notata diſſert.35.*

XXXVIII.

## Alia quæſtio.

### *Iacobo Gretſero interprete.*

SAr. Quis apud te maior eſt? Sanctificans an ſanctificatus? Hanc quæſtionem propoſuit de Baptiſta & Chriſto. Chriſt. Quando cum ſeruo tuo in balneum te confers, vt ab illo abluaris; quem arbitraris potiorem? Illumne miſerum ſeruulum, & ære compara-

τὸν τὸν καθαρθέντα ὑπ' αὐτοῦ; ὁ δὲ Σαρακηνὸς, πρὸς ταῦτα οὐκ ἀπεκρίθη.

## XXXIX. Τοῦ Ἀβουκαρᾶ, πρός τινα ἐρωτήσαντα αὐτόν.

Εἰ ἀποχὴν, καὶ μετάληψιν ἀκαθάρτων, καὶ καθαρῶν τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ ἡ διάταξις * ἠνόμενον διηγόρευσε, πῶς ἐν τῇ νέᾳ μετάληψιν καθαρῶν, καὶ ἀποχὴν ἀκαθάρτων γινώσκουσιν οὐδενὸς αὐτοῖς νόμου ταῦτα αὐτοῖς ἐκδιδάξαντος τὴν διαφοράν; ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο ποιοῦσι κατὰ τὴν τοῦ νόμου παράδοσιν, ἐχρῆν αὐτοὺς πάντων μεταλαμβάνειν, καὶ ἀπέχεσθαι, ὧν ὁ νόμος ἐκήρυξε. προβάτων μὲν ἐσθίοντες κατὰ νόμον, οὐκ ἐσθίοντες δὲ καμήλου, καὶ παρδάλεως. εἰ δὲ μὴ τῷ νόμῳ δεδούλωνται, πῶς πάλιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀπαγορευθέντων ἀπέχονται, οἷον ἵππου, καμήλου, ἢ μυὸς, ἢ τινὸς τῶν ἀκαθάρτων; νυνὶ δὲ, μὴ καθόλου τῷ νόμῳ πειθόμενοι, μήτε εἰς τὸ παντελὲς ἀπειθοῦντες, πῶς οὐ δώσουσιν ἀπὸ μέρους τὴν ἑκάστου ποιεῖσθαι φύσιν, καὶ παράκλησιν, λέγω δὴ τοῦ νόμου, καὶ τῆς χάριτος, καὶ τῇ ἀμφοτέρᾳ ἀπειθείᾳ, καὶ πεισμονῇ, ὑπὸ νόμον, καὶ χάριν, καὶ πάλιν μὴ * ὑπ' αὐτοῦ καθεστηκέναι;

* *Ita habet C. B. sed quid hoc vocabuli?*

* *fort.* ὑπ' αὐτὰ, *vt referatur ad* νόμον *&* χάριν.

## Ἀπόκρισις.

Ἐν τῇ νέᾳ διαθήκῃ, οὐδὲν τῶν εἰσερχομένων εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. ἀπέχονται δὲ ὧν οὐ μεταλαμβάνουσιν, οὐ κατὰ διαγόρευσιν τοῦ νόμου. ἀλλὰ κατὰ τὸ δυσάρεστον τῆς τῶν οὐ μεταλαμβανόντων ἑκουσίου συνειδήσεως. τινὲς δὲ διὰ τὴν κατόρθωσιν ἐγκρατείας, κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρέσκειαν κοινῶς ἀπέχονται καθαρῶν τε, καὶ μὴ καθαρῶν.

paratum mancipium, an teipſum, qui ab illo mundaris? Saracenus ad hæc nullum reſponſum dedit.

## Abucaræ ad cuiuſdam quæſtionem. XXXIX.

*Iacobo Gretſero interprete.*

CVm lex vetus diſertè explicârit, à quibus, tanquam immundis, abſtinendum ſit; & quibus, tanquam mundis, veſcendum; quomodo in nouo Teſtamento cognoſcitur, quæ, tãquam munda manducare liceat; & quæ, vt immunda, fugere oporteat; cum nulla exſtet lex, quæ horum differentiam tradat? Quod ſi cum legis antiquæ norma homines in horum obſeruatione ſe conformant, debebant ſanè omnia comedere, & ab omnibus abſtinere, quæ lex præſcribat; exempli cauſſa, ouibus veſci debebant; abſtinere autem à camelo & pardali. At ſi legi non ſunt ſubiecti, quo pacto abſtinent ab illis, quæ lex vetat, vt ab equo, camelo, mure, & id genus aliis immundis? Nunc verò cum neque legi perfectè obtemperent, neque perfectè non obtemperent; nonne planum relinquitur, eos vtrinſque præſcripta ex parte exequi, legis inquam & gratiæ, dumque partim non obediunt, partim obediunt, ſub lege & gratia; & rurſus nec ſub hac, neque ſub illa conſtitutos eſſe?

## *Reſponſio.*

IN nouo Teſtamento nihil eorum, quæ in os intrant, coinquinat hominem. A comedendis autem quibuſdam abſtinent aliqui, non legis præcepta ſecuti; ſed propriæ conſcientiæ, eò quod hæc vel illa manducare non libeat, obſecuti. Nonnulli etiam ſtudio & amore continentiæ, proprio arbitratu, omnino & à mundis & ab immundis ſibi temperant; quanquam non ignari omnem creaturam Dei eſſe bo-

καίτοι εἰδότες, ὅτι πᾶν κτίσμα θεοῦ καλόν· καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. ἀλλ' ὅμως τὴν ἐπὶ τῇ κατορθώσει τῆς ἐγκρατείας εὐχαριστίαν, μείζονα τῆς ἐπὶ τῇ μεταλήψει βρωμάτων εὐχαριστίας θέμεθα· διὰ ταῦτα οὖν οὐδέν ἐστι κοινὸν νόμου, καὶ χάριτος, * ἀλλὰ μέρος, ἀλλὰ χάριτος μόνης τὸ πᾶν ὑπάρχει, τῆς τε μετοχῆς, καὶ τῆς ἀποχῆς τῶν μεταλαμβανομένων, κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον.

* L. ἀνὰ μέρος.

## Ἄλλως. Ἀρέθα.

Οὐκ ἐν τοῖς βρώμασιν ἡ πίστις. ἀλλ' ἐν τῇ κεκριμένῃ τῆς πίστεως διαμονῇ· ἡ δὲ περὶ βρωμάτων χρῆσις, ἐφεῖται τῇ συνηθείᾳ τῶν ἐσθιόντων, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι χριστιανούς. ἰουδαίοις δὲ διαστολὴ τῶν βρωμάτων, οὐχ, ὡς ἔτυχε, δέδοται. ἀλλ' εἰς αἴνιγμα τοῦ πῶς ῥυθμίζειν αὐτοὺς χρὴ, τὴν κατὰ τὸν βίον διέξοδον αὐτῶν ἀπὸ τῆς διαίτας ὠφελουμένην. οἷον, ἵνα διὰ βραχέως ὑπομνήσωμεν, λαγωῶν, καὶ συῶν ἀπεῖρξε * τὴν ἐδωδὴν Ἰουδαίους ὁ νόμος. ἵνα διὰ τούτου παραστήσῃ δειλίας αὐτοῖς, ἐν οἷς ἀνδρίζεσθαι εὐσεβὲς, μηδὲν ἴχνος προσεῖναι. μηδὲ συρφετοῦ βίου, καὶ βδελυροῦ ἀντιποιεῖσθαι. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὧν ἀπεῖπεν τὴν μετάληψιν, ἐπισκοποῦντας τὴν ἐνυποῦσαν αὐτοῖς φυσικὴν ἰδιοτροπίαν, πρὸς ταύτην, καὶ ψυχικὴν ῥυθμίζειν ὁρμήν.

* τῆς ἐδωδῆς.

Ἐκ τοῦ

nam; & nihil eorum reiiciendum, quod cum gratiarum a- ctione ſumitur. Nihilominus illam gratiarum actionem, quæ in ſtudio continentiæ ſita eſt, præſtantiorem cenſemus illa, quæ in ſumptione eſculentorum conſiſtit. Propter hæc igitur nihil quaſi per partes commune eſt legi & gratiæ; ſed omnia ſolius ſunt gratiæ, ſiue quis abſtineat; ſiue hæc vel illa ciborum genera ſumat, vt dictum eſt.

1. *Tim.* 4.

## *Aliter. Arethæ.*

FIdes non conſiſtit in eſca; ſed in deſtinata & deliberata fidei perſeuerantia. Vſus verò ciborum permittitur conſuetudini manducantium, etiam prius quàm Chriſtiani fiant. At Iudæis præſcripta eſt ciborum differentia, non fortuitò, ſed vt inſinuaretur, quomodo vitam ſuam inſtituere ac componere deberent; ita vt ex ipſa victus ratione vtilitatem perciperent; verbi gratia, (lubet enim vnum aut alterum exemplum adferre) à leporum & porcorum eſu arcet Iudæos lex; vt oſtendat, nihil formidinis & pauoris eis ineſſe, in his præſtandis, in quibus fortiter agere pietas & æquitas iubet; neque eos vitam impuram, & ſordium immunditiâ deteſtandam ſectari. Similiter & in aliis animalibus, quorum eſum lex prohibuit, conſiderare oportet naturales, quibus prædita ſunt, proprietates; eaſque ad animæ appetitiones accommodare.

## *Admonitio.*

*ALiquoties in altero Bauarico codice diſſertatiunculis Abucaræ ſubiicitur hoc vel ſimile ſeu ſcholium, ſeu quo alio nomine appellare libet.* ἄλλως ἀρέθ. *Quas additiunculas reperit quoque in ſuo exemplari Turrianus; qui aliquot huius generis ſcholia Arethæ Epiſcopi græcè adſcripſit ad oram ſeu marginem verſionis ſuæ; maximè in opuſculo tertio. Quæ nos omiſimus, euulgaturi illa aliâs cum variis veterum fragmentis, quæ ex codicibus Bauaricis excerpſimus.*

XL.

## Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Θεοδώρου ἐπισκόπου Καρῶν περὶ τοῦ Ἀδάμ. Φωτίου.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι δέον ἐννοεῖν, καὶ λέγειν, ὡς τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα, φύσει θνητὸν ἦν, καὶ παθητόν. θείᾳ δὲ χάριτι, ἀθάνατον διεφυλάττετο, καὶ ἀπαθές. μέχρις ἂν αὐτὸ ἡ παράβασις τῆς φυσικῆς ἀπεγύμνωσεν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ τῶν ἁγίων χορὸς ἀποφαίνεται.

XLI.

## Τί ἐστι θάνατος; καὶ πῶς θανατοῦται ὁ θάνατος. δοξάζει γὰρ καὶ τοῦτο ἡ ἐκκλησία. καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκομεν.

Θάνατος οὔτε οὐσία ἐστὶν, οὔτε καθ' ἑαυτὸν ὑφέστηκε. ἀλλὰ πάθος περὶ οὐσίαν γινόμενον· καὶ μέχρι τοῦ γίνεσθαι, τὸ εἶναι * λεγόμενον. ἐπειδὴ κατὰ πλειόνων, καὶ διαφόρως κατηγορεῖται ὁ θάνατος, δέον εἰδέναι· ὅτι θάνατος μὲν ἀγγέλῳ, ἡ τῆς ἐπουρανίου, καὶ φωτοειδοῦς δόξης ἔκπτωσις, ὃν καὶ πρῶτος ὑπέστη ἄγγελος ὢν, ὁ Σατανᾶς. θάνατος δὲ διαβόλῳ, καὶ δαίμονι, ἡ τοῦ αἰωνίου πυρὸς ἀποκλήρωσις ἐπ' ἐσχάτων. θάνατος ἀνθρώπῳ ἡ διάζευξις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. θάνατος ψυχῆς, ἡ ἀπὸ θεοῦ ἀλλοτρίωσις. θάνατος δὲ θανάτῳ ἡ ἀπαρχὴ τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως, ὅς ἐστιν ὁ χριστός. μέχρι γὰρ αὐτοῦ, ὁ θάνατος τῇ διαφθορᾷ τῶν ἀνθρώπων ὑπουργεῖ, καὶ ζωὴ αὐτῷ ἡ ἀνελπιστία τῆς ἀναστάσεως ἐνομίζετο, ἀφ' οὗ δὲ χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὰ τῆς * ὑπουργῶς περιεστράφη. οὐκέτι γὰρ διαφθορᾷ ἀνελπίστῳ, ἀλλ' ἐλπιζομένῃ ἀναστάσει ὑπουργεῖ. καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτῷ θάνατος. τὸ γὰρ θανατοῦν θανατοῦται τῇ ἐλπίδι τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως. ὁσάκις γὰρ ἴδῃ χριστιανὸν ἐλπίδι τῆς ἡμῶν ἀναστάσεως ἀποθνήσκοντα, καὶ κοίμησιν τὸ πρᾶγμα ὀνομα-

* λεγομένην.

* ὑπουργίας.

## Ex eodem Theodoro Abucara, Episcopo Carum, de Adamo.* Photij.

XL.

* Photij, quomodo Abucara? sed num vtriusque, quia Abucara ex Photio?

*Iacobo Gretsero Interprete.*

SCIRE oportet, & sentiendum & dicendum esse corpus Adami naturâ suâ mortale & pasibile fuisse; diuinâ verò gratia immortale & impasibile perstitisse, donec transgresio illud naturali dono spoliauit; & hoc omnes sancti Patres tradunt.

## Quid sit mors, & quomodo mors morti dedatur.

XLI.

*Iacobo Gretsero interprete.*

MORS neque substantia est, neque per se subsistit, sed est pasio quædam substantiæ adueniens; quę esse dicitur, quousque mors aduenit. Cum verò mors de pluribus prædicetur, animaduertẽdum est, mortem Angelo nihil esse aliud, quàm casum ex cœlesti & luciflua illa beatitudinis gloria, quo primo ille Angelus corruit, factus Satanas. Mors autem diabolo est sors & hæreditas ęterni ignis in nouissimis. Mors homini est seiunctio animę à corpore. Mors animæ, est abalienatio à Deo. Mors morti, primitiæ resurrectionis nostræ, qui est Christus. Nam vsque ad Christum mors corruptioni hominum inseruiebat, & vita ipsi videbatur, quòd nulla resurrectionis spes suppeteret. At ex quo Christus mortuus est ac resurrexit, in contrarium recidit hoc ministerium, neq; enim amplius spe destitutæ corruptioni, sed speratæ resurrectioni seruit; & hoc ipsi mors est. Nam quod antea occidebat, id nunc spe resurrectionis nostræ occiditur. Quoties enim intuetur Christianum spe resurrectionis nostræ mori, mortemq; pro somno ducere, corruit; & à validiore percutitur. Est autem resurrectio validior morte. Neci

 igitur

ὀνομαζόμενον, πίπτει, καὶ βάλλεται τῷ ἰσχυροτέρῳ. ἰσχυρότερον δὲ τοῦ θανάτου ἡ ἀνάστασις. τεθανάτωται ἄρα τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσει ὁ θάνατος. καὶ * τοῦ ἀπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ἀποθνήσκουσι * χριστιανοῖς. ἄρα ἀεὶ τῇ τοιαύτῃ * ὑπουργῶς θανατοῦται ὁ θάνατος μερικῶς. ὅταν δὲ τὸ πᾶν ἀναστῇ ἑπόμενον τῇ ἀπαρχῇ, καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν ἀπόστολον μὴ ἔχων ᾧ ὑπουργήσει καταργεῖται ὁλοτελῶς.

*f. τοῦπι χάριν
* χριστιανοί.
* ὑπουργός.

XLII.

## Σύντομος διδασκαλία περὶ θείων ὀνομάτων, τῶν τε κοινῶν τριάδος, καὶ τῶν ἰδικῶν ἑκάστου τῆς τριάδος.

Ἔστιν ὀνόματα κοινὰ διὰ τῆς ἁγίας τριάδος διήκοντα, ὡς ἐπὶ τῆς θεϊκῆς οὐσίας λεγόμενα. οἷον τὸ θεὸς, τὸ κύριος, ἀγαθὸς, δίκαιος, σοφὸς, δυνατὸς, βασιλεὺς, δεσπότης, δημιουργὸς, προνοητὴς, σωτὴρ, ἅγιος, καὶ ὅσα τοιαῦτα κοινῶς ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τιθέμενα. καὶ οὐκ ἔστι μιᾶς ἰδιαζόντως ὑποστάσεως. ἔστι δὲ καὶ ἰδικὰ, ἤγουν ὑποστατικά. οἷον ὁ πατὴρ, υἱὸς, ἅγιον πνεῦμα. τούτων ὄντων κοινῶν ὀνομάτων, τῶν ἐπὶ τῆς οὐσίας λεγομένων ἐλήφθη τὸ μὲν, θεὸς, ἐπὶ τοῦ πατρός. καὶ ἐγένετο αὐτῷ ὥσπερ ἐξαίρετον. διότι αἴτιος υἱοῦ, καὶ πνεύματος. καὶ εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται. τὸ δὲ, κύριος, ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ὡσαύτως. τὸ δὲ, ἅγιον πνεῦμα, ἐπὶ τοῦ πνεύματος. ὅθεν οἱ ἀπόστολοι, καὶ πᾶσα σχεδὸν ἡ θεία γραφὴ, ὅτ' ἂν εἴπῃ ὁ θεὸς οὕτως ἀπολύτως, καὶ ἀπροσδιορίστως, καὶ ὡς ἐπίπαν σὺν ἄρθρῳ, καὶ χωρὶς ἰδιώματος ὑποστατικοῦ, τὸν πατέρα δηλοῖ, οἷον. Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ἤτοι τοῦ πατρός. καὶ πάλιν, πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν. ἤγουν ὁ πατήρ. καὶ τὸ σύμβολον τῆς πίστεως, εἰς ἕνα θεὸν, ἤτοι τὸν πατέρα. καὶ εἰς ἕνα κύριον, ἤτοι τὸν υἱόν. καὶ ὁ ἀπόστολος. εἴπερ γάρ εἰσι πολλοὶ θεοί. ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς, ὁ πατήρ. καὶ εἴπερ εἰσὶ κύριοι πολλοὶ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς κύριος, ὁ υἱός. θεὸς δὲ ἐξαιρέτως λέγεται. ἐπειδὴ ἡ ἕνωσις, ἤτοι ἀνάπτυξις, καὶ ἀνακεφαλαίωσις τῆς τριάδος, ὁ πατήρ ἐστιν, ὡς εἶπεν ὁ θεολόγος. ἡμῖν δὲ εἷς θεὸς ὁ

igitur data est mors per Christi resurrectionem. Et huius gratia spe resurrectionis freti moriuntur Christiani: semper igitur hac spe mors corruptionis minister particulatim perimitur; at quando omnes resurgent, primitias Christum secuti, ipsa etiam mors perfectè euacuabitur, teste Apostolo, non habens amplius cui operam suam locet. 1. Cor. 15.

## Breuis doctrina de diuinis nominibus, tam communibus sanctissimæ Trinitatis, quàm propriis cuiusque personæ. XLII.

*Iacobo Gretsero interprete.*

SVNT quædam nomina sacrosanctę Trinitati communia, & de diuina essentia seu natura dici consueta; vt Deus, Dominus, bonus, iustus, sapiens, potens, Rex, Dominus, creator, prouidus, Saluator, sanctus, & alia huius generis, quæ communiter de natura diuina enunciantur; neque vnius personæ propria sunt. Sunt verò etiam nomina propria seu hypostatica, vt Pater, Filius, Spiritus sanctus. Ex communibus nominibus, quæ de natura prædicantur, hoc quidem, *Deus*, Patri attribuitur; eique quodammodo peculiare euasit; quia est principium Filij & Spiriti sancti, & ad illum referuntur. At, *Dominus*, Filio similiter attribuitur. *sanctus Spiritus*, spiritui. Hinc Apostoli, & vniuersa propemodum scriptura; quando pronunciant vocem *Deus* præcisè & indefinitè; & vt plurimùm cum articulo, & absque personali proprietate, patrem significant; Exempli gratia. *Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei*, siue Patris. Iterum: *Multifariam multisque modis loquens olim patribus Deus*, hoc est, Pater. Et symbolum fidei. *Credo in vnũ Deum*, hoc est, Patrem, *& in vnum Dominum*, hoc est, Filium. Et Apostolus. *Etsi sunt, qui dicantur dij, nobis tamen vnus Deus, Pater.* Et quãuis multi Domini, nobis tamen vnus est Dominus, Filius. Deus verò peculiari ratione appellatur Pater; cum ipse Trinitatis sit vnitio siue explicatio & quasi summa, vt dixit Theologus; *nobis*

Rom. 1. Hebr. 1. 1. Cor. 8.

πατὴρ, ὅτι μία θεότης. καὶ πάλιν. εἷς ἓν αἴτιον τοῦ υἱοῦ, καὶ πνεύματος
ἀναφερομένων, οὐ συντιθεμένων, οὐδὲ συναλειφομένων. καὶ πάλιν.
ἕνωσις ὁ πατήρ. ἐξ οὗ πρὸς ὃν ἀναφέρεται τὰ ἐξ αὐτοῦ. ἐπειδὴ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ
πνεῦμα τοῦ πατρὸς λέγονται. οὐχὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν. οἷον, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. σο-
φία τοῦ θεοῦ. λόγος τοῦ θεοῦ. δύναμις τοῦ θεοῦ. βραχίων τοῦ θεοῦ. δεξιὰ
τοῦ θεοῦ. καὶ τὸ πνεῦμα ὡσαύτως. πνεῦμα τοῦ θεοῦ. δάκτυλος τοῦ θεοῦ.
εἰς αὐτὸν οὖν τὸν πατέρα ἀναφέρονται. οὐχὶ ὁ πατὴρ εἰς αὐτά. εἰ δὲ καὶ
εὕρῃς τὸ θεὸς ὄνομα ἐπὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸ κύριος ἐπὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ
πνεύματος, καὶ τὸ ἅγιος, καὶ τὸ πνεῦμα ἐπὶ τοῦ πατρός. ὡς τὸ, ἅ-
γιος ὁ θεὸς, δῆλον ὁ πατήρ. καὶ τὸ πνεῦμα ὁ θεός. ταῦτα ὀνόματα
τῆς φύσεως ὄντα κατηγοροῦνταί ποτε καὶ τῶν ὑποστάσεων. κατηγορι-
κῶς οὖν ἐκ τῆς φύσεως λέγεται καὶ υἱὸς ὁ θεός. καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον,
χωρὶς ἄρθρου. εἰ μήπω πρόκειται περὶ αὐτοῦ ὁ λόγος εἰ γοῦν ἡ φράσις.
καὶ τηνικαῦτα ἀναφορικὸν γίνηται εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς προεγνωσμένον
πρόσωπον, τὸ ἄρθρον. ὡς ἔχει τὸ, ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα. καὶ ὁ ὢν
ἐπὶ πάντων θεός. καὶ τοῦτο δὲ χρὴ γινώσκειν. ὅτι οὐδὲν τῶν ὀνομάτων
τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ δηλωτικόν ἐστιν. ὥσπερ καὶ τῶν λοιπῶν πραγμά-
των. ἐὰν γὰρ εἴπωμεν λίθον, ἢ χρυσὸν, ἢ βοῦν, ἢ ἄνθρωπον, τὴν οὐσίαν
ἑκάστου διὰ τοῦ ὀνόματος δηλοῦμεν. ἐὰν δὲ εἴπωμεν, θεὸν, ἢ καὶ κύ-
ριον, ἢ βασιλέα, ἢ πατέρα, ἢ υἱὸν, ἢ οἱονδηποτοῦν ὄνομα ἐπὶ θεοῦ,
ἐνέργειαν, ἢ σχέσιν σημαίνομεν. θεὸς μὲν γὰρ ἢ ποιητὴς,
ἐνεργείας. βασιλεὺς δὲ, ἢ δεσπότης, ἢ
πατὴρ, * σχέσεως.

* alter MSS. σχέσεων.

*bis verò vnus Deus pater, quia vna diuinitas.* Rursus: *Vnus Deus retinebitur, si ad vnum principium referamus, non autem componamus aut commisceamus.* Iterum: *Pater vnitio est, ex quo & ad quem referuntur, qui ex ipso sunt, Filius & Spiritus sanctus:* Filius namque & Spiritus dicuntur Patris non Pater illorum; verbi gratia; Filius Dei, sapientia Dei, Verbum Dei. Virtus Dei, brachium Dei, dextra Dei. Similiter & Spiritus: Spirtus Dei, digitus Dei. Ad Patrem igitur referuntur;* non pater ad illos. Quod si nomen *Dei* etiam filio tributum reperias, & nomen *Domini*, patri & spiritui: item nomen *sancti* & *Spiritus*, patri; vt in illo: *sanctus Deus*; vbi manifestum est, significari patrem, & in illo: *Spiritus est Deus*: noueris hæc & id genus alia nomina de natura enunciari solita, enunciari quandoque etiam de hypostasibus. Simpliciter igitur ob naturam dicitur filius, *Deus*; & plerumque sine articulo; nisi oratio, quæ præcesit, sit de ipso filio: Tunc enim refertur articulus ad filium, tanquam ad iam prius cognitam personam; vt in illo: *Ex quibus Christus secundum carnem.* Et: *Qui est super omnia Deus benedictus.* Neque hoc ignorare oportet; nullum nomen diuinam essentiam exprimere; vt fieri solet in aliarum rerum nominibus. Si enim nominemus lapidem, aurum, bouem, hominem, substantiam vniuscuiusque indicamus: At si de Deo dicamus; Deus, Dominus, Rex, Pater, Filius, aut aliud quippiam, actionem vel habitudinem significamus: Deus enim vel creator, nomina sunt actionis: Rex autem, Dominus vel pater; habitudinis.

*Naz. orat. de statu Episcoporum.*

** nisi qua relatiuum refertur ad terminum, & principium ad id, quod ex ipso.*

*Finis opusculorum Theodori Abucaræ.*

*Laus Deo Virginiq; Matri.*

# OBSERVATIO.

AVCTORIBVS in præfatione ad lectorem nominatis, qui viriliter aduersus Eutychianos decertarunt, adde Concilium Chalcedonense, & Epistolam S. Leonis ad sanctum Flauianum Episcopum Constantinopolitanum, quibus vel primus locus tribuendus erat; & Legationem Imper. Manuelis ad Armenios Acephalorum hæresi infectos, quæ Græçè & Latinè ante aliquot annos prodiit.

In Anastasio Sinaita folio 351. illustre habes contra Sacramentarios testimonium realis & substantialis præsentiæ corporis & sanguinis Christi. At solidum non est, quod ex corruptione specierum colligit Anastasius contra Gaianitas seu Aphthartodocetas, corruptionem corporis Christi; quia licet species Eucharistiæ corrumpantur, non tamen corrumpitur corpus Christi; sed desinit sub illis esse; & hoc non modò iam verum est; Christo ad omnimodæ incorruptionis statum euecto; sed & in vltima cœna, cùm corpus adhuc gestaret corruptibile; minimè corpus illius corruptum est; corruptis in sumptione speciebus Eucharisticis; sed desiit esse sub speciebus corruptis. Illud insuper duriusculum est; quod ait; corpus incorruptibile non manducari, cum ipsemet paulò pòst folio 353. fateatur corpus Christi nunc esse incorruptibile; neque neget iam quoque à fidelibus corpus Christi in Eucharistia verè & realiter manducari; licet omnino sit incorruptibile per donum gloriæ, cuius luculentum testimonium inuenies capite 13. Ex quo etiam petere licebit explicationem huius duriusculi dicti, prout primo intuitu apparet: quia loquitur Anastasius de tali incorruptibili corpore, quale fingebant Gaianitæ; quod scilicet in ipsam diuinitatem conuersum esset; & diuinitatis naturam induisset, &

per conſequens, tam latè diffunderetur, quàm diuinitas; neque quidquam cum corporibus noſtris amplius haberet commune; præter nomen, quæ omnia perſpicuè patent ex cap. 13. Et tale corpus planè ſpiritale, & vbique diffuſum negat manducari poſſe; ſicut nec diuinitas manducari dicitur, licet in omnibus rebus, quæ manducantur, exiſtat. tametſi hoc loco non meminit Anaſtaſius, niſi naturæ Angelicæ & animæ rationalis.

FINIS.